



Oddi de Oddis in Hippo
Aphorism
1572











ODDI DE ODDIS PATAVINI PHYSICI AC MEDICI TEMPESTATE SVA CELEBERRIMI,

In primam, & ſecundam Aphoriſmorum Hippocratis ſectionem elaboratiſſima, & lucidiſſima Expoſitio.

Nunc primùm ad Medicinæ candidatorum vtilitatem Marci Oddi filij opera in lucem edita.



VENETIIS,
Apud Paulum, & Antoniũ Meietos fr. MDLXXII.

Cum Priuilegio.

CLARISSIMO AC SAPIENTISSIMO PATAVINÆ VRBIS PRAEFECTO MERITISSIMO PETRO FOSCARO,

Marcus Oddus Oddi filius S. P. D.



VICVNQVE in dubium reuocant, Foſcare Clariſsime, atque Sapientiſſime, nùm homo homini magis prodeſſe poſsit contemplando, an verò agendo, & egregia admo

dum multa nauando non inanem hercle disceptationem suscepére, siquidem qui priorem sententiam tutantur, ad communem, posterumq́ utilitatem: qui verò posteriorem, ad præsentem magis ætatem, neque omnium commodum respiciunt: Ego verò (si res exactius tractetur) eos præ cæteris vel maximè probandos dijudicarim, qui pro humanæ vitæ, ac omnium seorsim hominum salute, ac commodo vtranque viam sectantur: nam vt homo duobus sanè cruribus incedit, quorum altero si destituatur, claudicat: sic & si quis agẽdo duntaxat cuipiam prodest, non toti humano generi opem is con-

is contulisse dicitur: si verò solo con templandi, scribēdiq; munere fungatur, sibi quidem, & his tantum, qui disciplinas colunt, at non cæteris opitulatur. Cum igitur Oddus de Oddis pater meus adhuc viuens non solùm medendi officio functus humanum semper genus iuuisset, verum & legendo, & interpretando medicam præcipuè facultatem eidem vtilitatem præstitisset, cœpissetq; scribendo (quod reliquum erat) posteris opitulari, non sine magno omnium mœrore intempestiua morte sublatus est. Proinde inter cætera medicinalia, quæ in lucem edere proposuerat, interpretatio hæc erat in Di-

uini Hippocratis oracula tum vtilis, tum perquàm necessaria, quandoquidem Galenus tametsi Hippocratis sit interpres, clariori tamen & ipse quadam indiget interpretatione, cum ad ea, quæ sparsim hinc inde conscripsit, plerumque Lectorem releget. Atqui pater meus librum hunc Hippocraticæ doctrinæ interpretem, vti optimus pictor, non solum delineauerat, construxeratq́ue, verum & non inconcinnam ei formam, & figuram tradiderat ea sanè lege, vt per ocium totum demum poliret, atque perficeret: post verò ipsius obitum cum opus id in manus meas incidisset, meumq́ue consilium esset,

eſſet, ut tandem & comptius, & ornatius publicè prodiret, tanti ſanè amicorum & medicinæ candidatorum apud me præces fuére, atque adeo ſtimuli, vt tandem decreuerim primæ, ac ſecundæ particulæ integras interpretationes omnino bibliopolæ excudendas tradere. Cùm verò mecum poſtea diſquirerem, cuinam librum (vt vetus mos eſt) dicarem, atque ſacrarem, ſtatim in te vnum Clariſſime, & Sapientiſſime Vir conieci oculos: noui nanque quanti virtutem ſemper feceris maiorum tuorum æmulus, quippe qui cum non ignores virtute duce alios Reipublicæ tuæ Principes fa-

ctos, alios Romæ in Cardinalium, alios in Episcoporum cœtum cooptatos, ob id virtuti plus tribuisti semper, quàm opibus, quæ largissimæ sunt, quamvè illustris familiæ nobilitati; nosti enim cum virtute omnia coniuncta esse. Res ipsa profectò hoc loco postularet, vt postquàm in maiorum tuorum mentionem incidi, de ipsorum præstantia uerba facerem, sed quia si velim proauorum, auorumq́; tuorum repetere sapienter gesta, magnanimiter, iustè, magnificentissime pro ciuibus, pro patria, annales mihi conficiendi forent, ob id de Patre pauca tantum perstringam, qui cum & ipse ita in

suo-

ſuorum progenitorũ veſtigia greſſum dirigeret, vt tu in Patris imitationem mentem direxiſti, tantus is fuit in Illuſtriſsima veſtra Republica, quæ omnes & præſentes, & præteritorum ſeculorum totius orbis Reſpublicas ſuperauit, ſemper & ſuperat, vt in eloquentia, ſapientia, iuſtitia, benignitateq́; nullum unquam inuenerit ſua tempeſtate parem. Quamobrem nil mirum, ſi maximas vrbis ſemper dignitates geſſit, ad ſupremam facile peruenturus, niſi Reipublicæ fœlicitatem inuidentes Parcæ Senatorem tantum, verum patriæ parentem antea ſuſtuliſſent: ſed quia ceſſat tan

dem

dem aliquo tempore inuidia, ob id quam Patri ſurripuerunt, reddent procul dubiò filio tibi dignitatem: ſi enim eam conſequuntur, qui cæteris omni genere laudis ſupereminent, tot nempè nos te decoratum dotibus videmus, vt longo interuallo relinquas poſt te omnes virtutum tuarum æmulos; & niſi id omnium oculis pateret, veriusq; foret, quàm vt à me dici poſſet, longa ſanè oratione in præſentia indigeret. Iure igitur à nobis factum eſt, vt cum hoc Patris noſtri opus lumen, & patrocinium expoſcat, ſub tuo Illuſtri, ac fœlici nomine in lucem exeat: tu nanque ipſum, ut Sol aerem tuo ſplendi-

ſplendidiſsimo virtutum, nobilitatisq́; lumine illuſtrabis, propriaq́; authoritate à maleuolorum latratibus defendes, quandoquidem acerrimi ſemper oppugnatores adſunt, qui aduerſus probos viros, & de literaria Republica benemeritos inſurgere parati ſunt. Suſcipe itaque Senator optime ea, qua ſoles humanitate cætera, præſentis quoque interpretationis tutelam, quam tibi principi optimo pro vetere inſtituto ſacramus, meq́; tuo immortali nomini, atque illuſtri familiæ, Deosq́; præcamur, vt te, tuaq́; omnia, quemadmodum humana annuunt auguria, eò uſque fortunent, atque ſecundent, quouſque

que

que ad fastigium dignitatum tuarum peruenias, vt te Rempublicam regente, sæcula nobis restituantur aurea. Vale, & hoc meæ in te obseruantiæ signum, quantumcunque sit, boni consule. Patauij Kalendis Nouembris. MDLXXII.

Errata sic Benignus corrigat Lector.

Fol. 5.a.corrumpantur l.corrumpatur. fol.16.b.puniat.l. pariat. fo.20. b.compellans l.compilans. fo.28. a. transfertur l.transferunt. fo.32.a.quid l.qui. fo.34.b. ordinatus l. ordinatis. fo.36.b.gæritudo l.ægritudo. fo.45.a. cum comissionem l.cum eo commissionē. fo.58.b. oc uenit l. cōuenit. fo.67.b.imprimus eius probatiocē l. in primis eius probationem. fo.78. a.in meliori l.molliori. fo.80.a.aut l.ut Gal. fo.87.b.continua l.continuę. fo.98. b.materiam affluere l.materiam affluere. fol.104.a. cum l.eum ad. fo.118.b. propterea que l.propterea ꝙ & parcebatur l.partiebatur .& laterantis l.lateralis,& nec temporis l. tunc temporis. fol. 119.a. conspiciebatur l.conspiciebantur. fo. 125.a. præcognatur l.præcognoscitur. fol.128.b.fluente l.fluentem. fo. 129.b.quocunque l.quacunque. fo.130.a.in uiginti l.in uigenti. fo.134.a.Hæc de temperaturis l.Hæc de ætatibus, & de ætatibus l.de temperaturis. fo.140.b.& existit, primo l. existit,& primò. fo.149. b.aeris non l.aeris nos. fo.151.a. probabilius l.probabilibus , & quod eius l.quod eius. fol. 153.a. ex spiritibus.l.ex spiritus. fo.156.b. habet Gal.Aue. l.habet Auer.& Gal. fo. 165. b.humoris l.humores. fo. 167.a. Apho.enumerat.l.Aph.illo aliàs, & eodem.b.uires.l. uere. fo.179.b. in eum.l.in eo. fo.172.b. in com.ait. l.in com.ubi ait. fo.189.a. sea.l.sed.& ibidem. 6. quam in uentriculo.l.quam ipsa in uentriculo.& tale:l.tales syrupi, & tenes.l.tenues. fo.190.a.imbecillitae.l.imbecillitate. fo.192. a.uacanda l.uacuanda.& ab humores.l.ad humores. fo.197. b. Gal. metho. necnon. l.Gal. necnon. fo.209.a. & non de modo.l.& de modo. fo.11.a. perueniunt.l.prouenniunt :Et excitari l.excitati. fol.110.b.maximæ utilis esse debetur l. maxime utilis esse debet. fol.213.a.aliquo non l.aliquo modo. fo.215.a. esse,& malū l.esse causam, & malū,& ibidē.b. calida l.calido,& parientibus l.patientibus. fo.217.a.naturalitatem l.neutralitatē. fo.219.a.ꝙ quam l.ꝙq́; fo.221.a. in uoluptas l. ita uoluptas: Et etim l.etiam :Et intuere l.intueri. fo.226.b.accedat l.accidat. fo.236.a. neque l.ne quæ fo. 237.b est potest l.esse potest. fo. 245.a.talis l.tales. fol. 246.a.muniri l.nutriri : & operculum quidam l. operculum quiddam:& ibidem.b.tan.& l.tametsi. fo.248.a. talis l. tales. fo.249. b.ad extremum l. ad extremam. fol. 250.a.qui exercitium l.quem exercitium : & motus dicuntur l. motus dicatur. fo.251.b.consueuerat inquiunt,daturos l.consueuerat.

rat. Daturos. fo.252.b.alterius diebus l. alternis diebus. fo.260.b.mentioni l.mentionem, & ipse l. ipsæ. fo.261.b. nec non dum Dioscorides l.nec non Dioscorides. fo.264.a. infertel.inferunt. fo.259.a. curant l. curatu. fo.262.a. remes l.renes. fo.266.a.mutantur l.mutatur in. fo.268.a.excitat perinde l.excitatur perinde fol.271.a.ammouentur. fo.280.a.ordinare l.ordinate. fo.281.a.medicus l.medicus. fo.282.b.quò ante l.ꝙ ante. fo.284.a.quàm dies l.quòd dies & ibidē b.sexus l.sextus. fo.285.a.oppositionē l.oppositione. fo.286.b.dissoluatur l.dissoluentur. fo.287.b.si hęc l.si hæ. fo.291.a.senari l.sanari. f.301.b.melius est l.melius se: & termiuetur l.terminātur. fo.302.b. opertē mouere l.oportet non mouere.fo.303.a.Galenus,non l.Galenum non. fo.306.a.unius uis l.utrius uis. fo.308.a.& dictum est l. ut dictum est. fo.313.b.congrui l.congruit. fo.317.a. non sit l. non sint. fo.321.a. quæ cerebro l.quæ in cerebro. fo.322.a. medicamenta l.medicina. fo.344.a.caput circumregi l.caput circumagi. fo.352.a. ꝙ exigunt l. ꝙ exigue. fo.353.a. autem est ipsius l.autem ipsius: & ibidem b.cura rerum l.curarentur. fo.355.b.suffocationum l.suffocationem.

ODDI DE ODDIS PATAVINI PHYSICI, AC MEDICI,

in primam Aphorismorum Hippocratis sectionem dilucidissima expositio.



IPPOCRATIS Aphorismorum liber proponitur de more hoc anno nobis interpretandus, liber inquam tametsi breuis, ac difficillimus, his tamen qui breui tempore legitimam cupiunt adipisci medicinam perquam utilis. Verum antequam ad præcipuum nostrum institutum accedamus, operæpretium fore arbitramur, si qua ratione libri huius expositores sectabimur, & à quibus abstinebimus, explicauerimus, hinc enim unusquisque facilè intelliget, quibus sibi potißimum, & qua ratione studendum erit. Imprimis itaq; sequemur Galeni expositionem, atque illum ab his defendere conabimur, qui

eius dicta iniustè reprahendunt, etsiquid boni in Philothei expositione, atque Oribasii, siue Oribasio attributa, reperiemus, illud in mediũ afferemus, quæ insuper à Latinis scripta, Iacobo nẽpè Forliuiensi, Vgone, & alijs id genus digna cõsideratione uidebuntur, examinabimus: neque grauabimur, quæ utilia à Neotericis, contemporaneisque nostris dicta sunt, æqua lance ponderare: nihil denique eorum prætermittemus, quæ ad illorum explicationem conferre existimabimus, quæ in aphorismis à nobis exponendis ab Hippocrate scripta fuerunt: addemus etiam aliquando, quæ aßiduo, & longo studio à nobis fuerunt inuenta: Abstinebimus autem à quibusdam inutilibus rebus, quæ potißimum ab expositoribus Latinis in dubium reuocari solent, aut ex proposito, aut ex praua eorum intellectione, quæ ab Hippocrate, & Galeno in hoc libro traduntur. Gal. enim affirmat Hippocratem in huius libri uestibulo proponentem, Vitam breuem, Artem uerò longam, nos reddidisse admonitos, ut superuacaneis omnibus, quæque ad aßequendum artis finem minime conferunt, omißis, utilia tantum inuestigemus. Quare Pamphilum reprehendit, qui de herbis scribens uidetur de anilibus fabulis, & præstigiaturis meminisse, quæ non solum curiosa, & à medicina aliena, uerum etiam falsa existunt. Constituimus tædiosam quo

3.De diff. pulf. 1 principio. 6. de simpl. medic.

que

que nominum interpretationem euitare, neque enim nomina omnia exponẽda ſunt, ut rectè Gal. ſentit, id enim Grammaticæ peritiæ, non Medicæ artis munus eſt. Quamobrem refert, eum non eſſe dignũ uenia, qui de nominibus pugnat, & multum laborat, ac ſolidos, & maximos replet libros, quaſi tantum ei ſuperet temporis, ut & inutilia diſcere, & neceſſaria per ocium poſſit commode indagare, cum tanta alioqui ſit rerum obſcuritas, ut ſi uel in triplum uita hæc noſtra prorogetur, nec tunc quidem exactè nos omnia cognoſcamus: quare de Platonis ſententia præcipit alibi ſæpius, ut nomina contemnamus, interea uerò omni ſtudio, ac diligẽtia rerum ſcientiæ incumbamus: Neque tamen ſilentio prætereundam eorum nominum declarationẽ duximus, quæ aliqua indigebunt enucleatione, ut perſpicua ea fiant, quæ cum ab Hippocrate, tùm à Galeno ſcribuntur, uſus enim nominum, mutuusque inter nos ſermo propterea inſtitutus eſt (ſi Galeno credimus) ut opiniones animæ nobis ipſis explicemus, quas ex naturæ rerum contemplatione cõcepimus: Vnde inquit, Alterum, qui docere uolet, quæ ipſe tenet, huic prorſus nominibus propter res uti eſt opus, in quorum uſu claritas, quaſi meta, ſpectanda erit: nã qui ſic nominare quæq; ſtudet, ut qui diſcit clariſſime intelligat, nimirum is optimus præceptor fuerit.

Lib. de Expoſ. lingu. Hippo. lib. ad Traſſ. an med. & c. 3. de diff. pul ſuum.

6. De anatho. admi. in fine. 10. Meth. mede. 12.

9. De pla. Hippo. & Plat. 2. Metho. med. 1.

Hâc igitur ob causam nos in nostro legendi officio & nominibus, & uocabulis utemur, quæ nũc omnibus nota sunt, & assueta: quòd si non erũt ex Ciceronis gremio accepta, non erit id mihi uitio uertendum, neque enim ut appellemus, aut nomen proprium instituamus, artem medicam tractamus, sed ut præsentia complectamur, & impendentia prouideamus ęgrotis, quę non ex nominibus profectò, sed ex rebus inueniuntur, ad rerum nanque cognitionem nihil nomina referunt, sed tantum ad docendum faciunt: hinc fit, ut Galenus dicat, si uel Dionem, uel Theonem uelis uehementem pulsum appellare, non herclè offendas in docendo, nec curiosus esto, proprie nè an improprie dicatur, hæc enim non nominum cõstituendorum, sed rerum scientia est, nam nõ qui res improprie uocant ad Medicos remittuntur, sed qui sanitatẽ inquirunt: quare nominari rem prout quidem succurrit, dat ueniã Galenus, modo clarè, et ex usu legẽtiũ nominetur, nec qui nominat, mutet postea, uel transponat eorũ usum, sed ꝑpetuò ꝑ omnẽ disputationẽ obseruet, quo & q̃ dicat, facile intelligamus, & refutationes, redargutionesq́; oẽs ad aliquid clarũ, distractumque referamus: etenim rerũ sciẽtia ad salutẽ hominũ ꝑtinet, errorisq́; in ea finis est ꝑnities, quẽ admodũ Gal. asserit, noĩbus uerò siue ꝓpriè, siue impropriè utare ad ęgrotos id parũ attinet, quã do

Primo de diffe. pulſ. primo.

14. Meth. med. 9. Et. 1. eiuſdem. 8.

11. Meth. med. 12.

do (ut uidere licet) nõ ex horũ exquisita ĩpositione, sed ex appositis remedijs ægro salus paritur: Sed quid multis opus est? Plures equidẽ, & ferè infinitos Galeni locos commemorare in præsentia possemus, Iuuenes studiosissimi, meiq; amantissimi, ad eorum, quæ dicta sunt, confirmationem, quos tamen breuitatis studio omittendos esse dijudicamus, ut quod præcipuè intendimus, aliquando aggrediamur.

Cùm itaque uestrum sit institutum medicam facultatem perdiscere, nostrum uerò illam uos paterno quodam affectu docere: iccirco ut eam, cùm opus fuerit exercere ualeatis, imprimis declarandum id mihi sese offert, quidnam medicina intendat, atque operetur, ex qua quidẽ declaratione non despero fore, ut nõ pauca ex octo capitibus Auer. quæ προλέγομενα dicuntur, uobis pateant, multasq; in utrãq; partem agitari solitas dubitationes facilè diluere ualeatis. Verũ imprimis uos non ignorare oportet, quod ut ex Galeno colligitur de Platonis sententia in Gorgia, cum duę sint res, quibus constamus, corpus scilicet et anima, duæ etiam artes existũt, animæ una, quã ciuilem Plato appellauit, altera corporis, quam dixit Plato proprio carere nomine, cuius artis duæ partes cùm sint, una quidem ægrorum, quã proprio nomine medicinam nuncuparunt: altera uerò sanorum, quam Erasistratus salubrem nominauit,

Lib. ad Trass. an med. &. c. cap. 35. 38

minauit, Plato uerò Gymnasticam, non salubrē, cùm enim quatuor genere sint materiæ omnes, à quibus corpus nostrum alterari potest, ut Gale. habet manuaria scilicet functio, medicatio, exercitium, & uictus ratio, quarum duæ priores ad solos ægros pertinent, tertia uerò ad solos sanos, quarta autem utrisque communis est, cùmque pars illa totius artis, quæ circa ægros uersatur, utpote maxime urgens prima fuerit inuenta, in qua de duabus materijs ad solos ęgros spectantibus, & de illa, quæ etiam sanis cōmunis est, pertractatum fuerat: deinde inuenta etiam ea parte, quæ circa sanos uersatur, reliquum fuit, ut in ea de sola exercitatione ageretur, quando prior pars inuenta trium materierum notitiam prę occupauerat: propterea Plato eam Gymnasticā nominauit: cùm inquàm duę artis illius partes proprijs nominibus nuncuparentur, ut dictum est, tota uerò ars proprio nomine careret, obtinuit consuetudo, ut nomine partis prius inuentę appellaretur: quo fit ut medicina nō sit nomen proprium totius artis. Animaduertendum est igitur, quòd huius medicę facultatis ea est intentio, ut homo corporis bona illius beneficio poßideat, quæ tria sanè sunt (tot enim recenset Gal.) sanitas scilicet, naturalis actio, naturalisque pulchritudo, quæ tanta inter se affinitate iunguntur, ut sanitatem reliquæ duæ

Lib. prædicto cap. 34

Cap. ultimo.

Cap. 39.

Libro ad Traſſ. &c.

sequantur, uelut fructus quidam, & filiæ, eaquè egeant, ut causa ad sui generationem, nam cùm procreata sanitas semel fuerit, tunc & si quis maxime uellet, non posset tamen reliquarum duarum productionem ullo modo prohibere, uerum sanitati potest quis arbitratu suo impedimento esse, ex cuius læsione necessariò etiam sequitur actionis naturalis, naturalisque pulchritudinis offensa, neque aliter potest quis actionem, & pulchritudinem lædere, uel iuuare, quàm si sanitatem prius uel læserit, uel iuuarit, non autem contra: quo fit, ut sanitas sit omnium prima, in quam primò, & per se medici operatio dirigitur, in actionem uerò & pulchritudinem non nisi per accidens, & consecutionis cuiusdam ratione: quapropter medicina cùm studeat, ut prædicta bona homini adsint, quicquid agit, & contemplatur, gignendæ sanitatis gratia molitur, qua genita nihil adhuc laborat in reliquis duabus, cùm ad earum generationem satis sit sanitatem genuisse, quam illæ necessitate quadam consequuntur: Cùmque itaque Medicus desinat primùm agere in sola sanitate, ob id sola utique sanitas per se scopus est, & finis medicinæ: actio uerò & pulchritudo secundum accidens, ut supra dictum modo est: Vnde medicæ facultatis scopum sanita-

tem esse dicit Gal. in lib. de sectis in principio, finem uerò eius possessionem. Nec mirari oportet quòd pleraque ab eo, & ab Aui. scripta uideamus quæ ad pulchritudinem, non ad sanitatem attinent, quandoquidem artis comptoriæ scopus is est (ut ex Galen. colligimus (ut pulchritudo fucata inducatur, exornatoriæ uerò partis Medicinę ea est intentio, ut quicquid secundum naturam est, id omne in corpore custodiatur, quod & naturalis consequitur pulchritudo, caput enim alopecia affectum oculique sine pilis palpebrarum, & superciliorum indecoro sunt aspectu, non solùm uerò ad pulchritudinẽ, sed multò prius ad partium ipsarum sanitatem huiusmodi pili conducunt, ut perspicue patet: at uerò faciei colorem per pharmaca nitidiorẽ, aut rubicundum magis efficere, uel pilos capitis crispos, uel fuluos, prætereanigros, & in longitudinem auctos (qui mulierum mos est) hæc ipsa, & quæ huiusmodi sunt, comptorij maleficij existunt opera, medicæ artis minimè: Verum propter societatem quandam, quæ cum illa intercedit, ad regiarum quandoque fœminarum, regumque ipsorum imperium comptoriam quoque adiungimus, quando his negare nihil liceat, docendo tamen longè comptoriam ab exornatoria medicinæ parte differre. Proinde cùm medicæ artis scopus sanitas sit, multifariam

Primo de comp. medica. sec. loc.
Et 7. quarti.

Lib. 11. de us. part.

potest

potest medicus circa sanitatẽ, hac ut homo perfruatur, operari, aut enim præsentẽ conseruare intẽdit, aut ad melius ducere, aut labẽtẽ preseruare, aut iã deperditã restituere, aut restitutam ualidiorẽ adhuc reddere, quæ resarciẽdo, quod prolapsum est, oĩa efficit: resarcit enim dũtaxat medicina labefactatã sanitatẽ, nouã efficere nõ põt, naturę enim illud opus est, ita nos docet plu ries Gal. ita ut non modo curantes, sed & cõseruantes quod prolapsum est, reficiant corpus siquidẽ à natura genitum cùm continue & corrũpantur, & diffluat, præside indiget aßidente, qui quale, quantumvè dißipari animaduertit, tale, ac tantum infundat, quòd si diffluens, infusumq́ue paucum sit, ita ut sensum effugiat, conseruari quidem corpus dicitur, sin autem multum, ut non effugiat sensum curari. Hoc Gal. eleganti admodum, aptoq́ue declarat exemplo, si duo sint dolia (inquit ille) aqua plena multis in locis perforata paruis foraminibus, per quæ paulatim aqua diffluat, alteriq́ue doliorum præses aßistat semper uicißim reddens, quantum diffluit, ita ut minime permittat aquam in dolio sensibiliter ullo temporis momento deficere, alteri uerò nullus adsit custos, sed ubi inanitum ualde fuerit, ita ut sensu percipiatur deficere in dolio aquam, statim quis superueniens semel totum impleat, nouæq́ue tantum aquæ adijciat,

Lib. ad Traſſ. de conſtitut. art. med.

adijciat, quantum fluxerit, prior quidem conſeruare, alter ſecundus ſcilicet curare dicetur: itaque & conſeruantes, & curantes corrigunt corporis prolapſum, qui tamen differunt, quando alter, nempè conſeruans paruum, alter uero nimirum curans magnum corrigit, que correctiones omnes eiuſdem ſunt artis, ut etiam eiuſdem artis eſt paruam muri partem læſam, & magnam corrigere: Neque dicendum propterea eſt, quod cum correctio per contraria fiat, ſi ſanitatem conſeruans paruum emẽdat lapſum; conſeruatio igitur per contraria fiat, perinde atque curatio, cuius oppoſitum ubique ſuſtinet Galenus affirmans ſimilibus effici conſeruationem,
3.art.med. Cap.89. *curationem contarijs: oportet enim ſemper remedium pro morbi magnitudine inuenire, ut Gal. autumat, ut uerbi gratia ſi corpus ad caliditatem decidat decem numeris ea, quæ naturalis eſt maiorem, decem pariter numeris naturali temperatura frigidius adhibendum remedium eſt: ex quo conſequitur, quòd licet & conſeruantes, & curantes contraria applicent remedia, quia tamen conſeruàntes paruum corrigunt lapſum, ita ut ſenſum lateant, etiam contraria applicita ita ſenſum effugiunt, ut ſimilia eſſe uideantur: ſecus*
2.art.med. *autem in curatione eſt: Et quia medicus ſenſu iudicat, ut innuit Galenus, propterea dicimus cõſeruationem, quidem per ſimilia fieri: curationẽ*

autem

autē per contraria. Quod insuper ille, qui corpus humanum ad melius ducit, naturalē corrigat lapsum notat Gal. ubi docet, qua sit illud ratione faciendum, eadem enim ratione, qua & corrigens lapsum præter naturam, contraria admouet: In præseruatione etiā, resumptioneq; quòd lapsus corrigantur, non est quòd quis ambigat, si modo meminerit, id uel in conseruatione fieri, in qua tamē casus minor est, quàm in his, qui aut ī ægritudine incidunt, aut cōualuerunt quidem, nondum tamen antiquum robur receperunt. Constat itaq; quòd medicus, quocunque agat modo, semper lapsus corrigit, quoniam uero quilibet lapsus corporis cōtingit, aut quia ī eo est aliq̇d, quod adesse naturaliter nō debet, aut q̇a deest, quod adesse oporteret, siue illud ad substātiā, siue ad aliquod accidens attineat, ob id iure sanè optimo Hippocrates in lib. de Flatibus Medicinæ diffinitionem afferens dixit, nihil aliud eam esse præterquàm ablationem, & adiectionem: ablationem quidem exuberatium: adiectionem autem deficientium, quam Galenus diffinitionem laudauit, neque ab re, non enim per finem proponitur, sed per ea, quæ semper ut finis contingi ualeat, fiunt, apertè siquidem testatur Galenus diffinitiones per finem traditas non leues difficultates parere, cuius ea ratio est, quoniam artifex non semper sui finis compos fit, etenim medicus haud perpetuò

3.art.med.

11.merh, med.12. & in lib.introduct. med. Capit.6. Lib. ad Trass.

ſanat, ſemper tamen aut quæ exuberant, aufert, aut quæ deficiunt, adijcit, quanquàm id planè de fine pro effectu ſumpto, non pro ſcopo intelligendum eſſe moneo, ſolo nanque fine pro ſcopo, & cauſa finali accepto artes inter ſe diſcrepant: quòd enim materia (inquit Gal.) artes non diſtinguantur, illud iudicat, propterea quod præter id, quòd una ars permultis materijs uti uidetur, ut medicina corpore ſanitatẽ ſuſcipiente, cibo, & potu, medicamentis, & id genus alijs, una etiam materia pluribus artibus ſubijci uidetur, ut lignum nauium artifici, & carpentario, & machinarum ſtructori, & ædes fabricanti, infinitisq; alijs materia eſt, creta quoque multarum eſt artium materia, & lapides, aliasque id genus multa, & inſuper corpus noſtrum philoſophicæ ſcientiæ medicinæ, & exercitatoriæ artis ſubiectum exiſtit: neq; etiam ex operationibus, ſiue particularibus, ſiue communibus artiũ diſtinctionẽ ſumendã eſſe dicendum eſt, quando tùm multæ, tum pluribus artibus, eædẽ poßint eſſe cõmunes: eadẽ ratione artiũ diſtinctio à præceptis minime petenda eſt, cùm & plura eiuſdem artis præcepta eße poßint, & eadem pluribus artibus cõmunia. Si quis uerò obijciet, quòd licet materia, operationes, & præcepta eadem pluribus artibus poßint eſſe communia, cum tamen propria efficiuntur, non item ſunt

Lib. ad Traſſ. an. med. &. c. Cap. 24. uſq; ad 29.

sunt cõmunia pluribus, & ea ratione possunt artes ipsas seiungere, ut corpus humanum, tametsi materia communis pluribus existit, nihilominus quatenus naturale est, phisophicæ scientiæ subijcitur, quatenus uerò sanitatis capax, medicinæ, quatenus autem bono habitu præditum exercitatoriæ, quod similiter de operationibus, & præceptis intelligas, respondebitur de Gal. sententia quòd disiunctiones prædictæ potestate non aliunde, quàm à fine sumuntur, neque enim materia, operationes, atque præcepta, nisi à fine artis propria constituuntur, à quibus si finis summoueatur, remanent communia, minimè propria: Quare Gal. in lib. de opti. secta ad Trasf. cùm proposuisset, oportere præceptum omne uniuersim imprimis esse uerum, mox utile, postremò iactis principijs consentiens, dehinc hoc nobis reliquit, quod utile præceptum, cùm ad artis finem refertur, dignoscitur. Constat itaque artes inter se diuidi capto fine, non proprie quidem, uidelicet pro effectu, sed pro scopo, & causa finali, ut paulò ante dictum est. Quod uerò, ac quale discrimen inter finem propriè pro effectu sumptum, & pro scopo, & causa finali acceptum existat, sæpe nos legendo declarauimus, etenim res in potentia latens in suis causis scopus, & finalis causa nuncupatur, & est, quia cæteras causas ad agendum

Cap. 1.

Cap. 3.

excitat, ut quod est in potentia actu existens fiat:
6. suæ metaph. cap. ultimo. Hanc Auic. & cum eo Auer. causalitatem causæ finalis appellant, nam si res actu esset, acquisita quoque foret, quare nihil efficeret artifex,
2. Meta. 8. ut eam contingeret, unde eadem res, quæ existẽs in potentia scopus dicebatur, cùm actu existit, non adhuc scopus, sed finis uocatur, qui effectus
Cap. 6. est: & propterea author ille introductorij. hæc uerba habet. Quo fit, ut quousque hoc non acquiritur, non finis eius, sed scopus dicatur, cùm autem contingitur, finis: adhæc Arist. de causa fi-
2. Phys. 29 5. Meta. 2. nali agens, cùm eam dixisset esse gratia cuius, subiecit. Quod si interrogati propter quid ambulat? responderimus, ut sanetur, putamus reddidisse causam, qua responsione, cùm dicat, ut sanetur per uerbum scilicet futuri temporis, sanè cõstat non de sanitate actu existente, sed potius de habente esse in potentia in suis causis Aristotelem intellexisse. Animaduersione autem hoc loco opus est, quòd licet Auic. dixerit causam finalem non esse aliarum causam, nisi eam prius simus imaginati in anima, uel alio consimili (ut uerbis utar Auic. aut eius interpretis) non tamen dicendum est (ut quidam falsò crediderũt) rem extra animam non esse finalem causam, sed ut in anima, & mente artificis est. Fortasse ue-
Lib. de cõst. art. 2. rò hallucinati sunt propter Gal. authoritatem quandam, ubi ait, Initium constitutionis artium

à finis

à finis notione sumi, Auicenna siquidem tradit duplicem finem eße (per finem enim causam finalem scopumq́; intelligit) unus quidem per essentiam, alter necessarius per accidens: finis nanque per essentiam causa est, quæ propter seipsam quæritur, necessarius uerò per accidens est quid neceßario requisitũ, ut finis sit causa, & aliquo modo iuuans in causando, quod quidem non principale est, sed accidens neceßarium declarat hoc serræ exemplo, quæ non secaret, nisi dura foret, cuius sectionis principale agens est serræ substantia, durities uerò accidens est neceßariò expetitum, ut serræ substantia secare ualeat: pariter etiam causam finalem per essentiam bonum, optimum, amabile, & desiderabile extra animam in potentia existens in suis causis esse dicimus: quod bonum causa est, ut cæteræ causæ sint causæ in effectu (sic enim loquitur Auic. uel Auicennæ interpres) hoc est ut actu causent, ad quod tamen peragendum neceßariò, & accidentaliter requiritur, ut secũdùm esse cognitum in anima sit, qua ratione desiderium ingenerans agens ad agendum excitat: neque enim agens ipsum agit, ut rei imaginem in anima existentem contingat, sed potius rem extra animam, quam exoptat, & desiderat, quare res extra animam bona, amabilis, desiderabilisq́; primo, per se, & essentialiter causa finalis existit,

stit,& non eius imago in mente artificis,quod ui
12. Meta- detur sensiße Auer. vbi ostendit in nobis agens
phy.36. & finem differre,dicit enim hoc pacto. Hæc au
tem differunt in nobis scilicet, quod mouet nos
in loco secundum quòd est finis,& habet duplex
esse,in anima quippe,& extra animam:quod au
tem est in anima,est agens motum:secundùm ue
rò quòd est extra animam est mouens secundùm
finem,uerbi gratia;quoniam balneum duplicem
habet formam in anima, & extra animam, &
propter formam in anima desideramus aliam for
mam extra animam,forma igitur balnei in ani-
ma est agens desiderium,& motum : extra autē
animam est finis motus,non agens. Hæc Auer-
Lib. de rois : quæ sententia uidetur etiam Galeni ubi
const. art. explicans, qua ratione finis notio comparetur,
cap.2.& 3. inquit. Igitur quam superiori libro methodum
artium didicisti,eam modo tibi ad artem, quam
constituere conaris, transferre tempestiuum est,
idem hic quoque orationi principium statuendo,
quod in illis omnibus nimirum finis notionem,
quam unde consecuti simus, dicere nos præsens
tempus postulat. Primum itaq; nos ipsos sanos,
tùm alios homines cognoscere necessariò diceba
mus,deinde ægrotos,unde sanitatis desiderium,
artisque cuiusdam constituendæ,quæ illam tuea
tur,nobis aduenit. Hæc Galenus. Plura equidē
in hac materia dicere possem,quæ cùm aliàs fu-
sius

ſius declarauerim, illis in præſentia prætermiſſis, ad id redeundum eſt, unde diſceßimus. Cùm enim dictum ante hac ſit artes inter ſe ſolo fine diſſentire pro ſcopo, & cauſa finali accepto, neceſſe planè eſt, ut omnes cuiuſcunque artis diffinitiones implicitè, uel explicitè finem pro ſcopo ſumptum includant, cùm ſine eo ſufficienter aſſignari nequeant, quare prædicta Hipp. diffinitio, non ſatis profectò medicę facultatis naturam explicaret, niſi ſanitatē aliqua ratione includeret: conſtat enim nulla alia ratione ablationem, adiectionemq; à medico fieri, niſi ut ſanitas aut conſeruetur, aut ad melius prouehatur, aut pręſeruetur, aut deperdita acquiratur, aut reſumatur. Cùm itaque huiuſmodi diffinitio manifeſtißime explicet medicinam uerè artem eſſe, & reſarcientem, iccirco eiuſdem medicæ facultatis naturam apertißime patefacit, & ob id non iniuria ſummopere laudata à Galeno fuit. Eſt inſuper obſeruandum, quòd ut medicus vel abſentem queat ſanitatem redimere, uel præſentem tueri, methodum teneat neceſſe eſt tuendæ ſanitatis, curandæq; ægritudinis, quia uerò neutrũ præſtare poteſt ſine auxiliorũ cognitione, inter quę medicamēta ſunt, cibus et potus, reliquaque id genus, propterea ea omnia cognoſcat uelim, neq; hoc ſatis eſt, niſi inditia quoque ſanitatem, ægritudinemq; oſtendentia optimè norit, &

in quibus ægritudo consistit, & sanitas: & quoniam huiusmodi sunt in corpore humano sedem habentia, iccirco partes etiam illius tum compositas, tum simplices per anatomen exploret, atq; tandem usque ad elementa perueniat, sicut Gal.
à cap. 7. ad cap. 10. in lib. de constit. artis medicæ nos monet: quo fit, ut septem generibus contineantur, quæ sunt in medicina consideranda, quorum primum humanum corpus, partesque eius simplices, & cōpositæ sibi uēdicant: alterum sanitas, atque ea, in quibus hæc constat: tertium ægritudini, atq; his, quæ ipsam constituunt, debetur: quartū inditijs sanitatem, & ægritudinem cuiuscunq; corporis, & membri ostendentibus: quinto loco dignoscenda ueniunt medicamenta, cibus & potus, reliquaque, quibus sanitas, uel defenditur, uel recuperatur: sexta de methodo tuendi sanitatē consideratio occurrit: septima demū de curandarū ægritudinum ratione superuenit: de quibus septem, quo ordine enumerata sunt à nobis, Auerrois in septem collectaneorū libris pertractauit, maximeq; talem à se obseruatum ordinem in principio collectaneorum cōmendauit, neque sine ratione mehercule, si quis enim rectè eū perpenderit, non differre illum admodum ab eo inueniet, quem Galenus in his libris secutus est, in quibus particulatim de attinentibus ad medicinam egit. De his autem septem, quæ à medico

tenen-

tenenda sunt medicinã exercitaturo, scripsit ante Auerroẽ Hippocrates noster, primo dũtaxat excepto, ꝙ humanum corpus per anatomicas administrationes non perscrutatur: nam de hoc, nõ dixerim, nihil, sed pauca admodũ posteritati reliquit, ne quis uerò ignauiæ eum accuset, illius in hac re patrocinium suscepit Galenus, ubi demonstrat puerorum antiquitus eam uiguisse consuetudinem, ut quemadmodum lectione, & scriptura domi apud parẽtes exercerentur, sic & cadauerũ dissectionibus, quare superuacaneũ fuisset de anatome commentarios elaborare; accidit aũt temporũ negligentia, ut aboleretur exercitationis usus, in quo pueritia studiosaq; iuuẽtus detinebatur, unde tunc primũ opus fuit cõmentarios exarare, qui integrã eius speculationem conseruarent, & primus omnium fuit Diocles (quorum ad nos memoria peruenit) qui de his libros posteris reliquit. Si quis autem petat, qua doctrina hoc in libro usus fuerit Hippoc. is discat uelim, quòd cùm multa sint, quæ nomine doctrinæ donata fuerunt, quemadmodum super proemium libri artis medicinalis Galeni abunde satis explicauimus, non una, & simplici respõsione respondendum est, sed quantum ad nostrũ propositum attinet, dico, quòd si quis interroget de loquendi scribendique modo, triplicem is discat uelim eße scribendi modum, quem Hippo.

2. De anato. admin.

(si quæcũque literis tradidit respiciamus) usurpat, quod diligenter obseruauit commentator Alexandrinus in comment. Epidem. quorum unus recitatorius dicitur, uerbis quidem ditior, quam sententijs, quo in libris Epidem. ubi solum exempla recitat, utitur, alter aphoristicus apellatur pauper sanè sermonibus, diues autem sententijs, quo in paruo contextu uis magna continetur: est enim aphorismus oratio breuis, uel secundum prolationem, aut phrasin elaborata perfectam alioqui declarans sententiam: quam ob rem Gal. admiratur sermonem illum scilicet. In acutis paßionibus sanguinem detrahes, si morbus uehemens uideatur, flueritque ægrotanti ætas, & uirium affuerit robur, non positum fuisse ab Hippocrate inter aphorismorum seriem, cùm in paucis uerbis uis magna comperiatur, quod aphorismorum peculiare eße consueuit. Tertius subinde modus mixtus est, cũ exemplis breues continens sententias, quo Hippo. in primo Epidem. utitur, ubi aliquando sermonem perstringit, aliquando dilatat exempla commemorãdo. In hoc autem libro, in quo toto hoc anno uersabimur, aphoristicam seruat sermonis formam, scribit enim aphorismos, qui quidem propter sui nobilitatem, atque magnam, quam præseferunt utilitatem, medicinalia præcepta appellari solent, & ad aliquod omnino prædictorum septem dirigun-

4. De art. acut. 19.

diriguntur. De his præceptis dißerit Gal. in lib. de opt. secta ad Traß. cùm enim testatus esset, artis dogmata omnibus his debere prædita esse, ut scilicet uera sint, utilia, iactisque principijs consentientia, mox intulit. Quòd si unum ex dictis præcepto desit, continuò neque preceptum id appellari merebitur: Preceptum autem uerum eße oportet, propterea quòd sub comprehensionem cadit, falsi enim nulla est comprehensio, ueri autem dijudicatio ex orationis concordia cum rebus habetur: rerum enim, ut docet Gal. quædam sensui euidentes existunt, quedam sensum latent, sensui uerò euidentes, bifariam sunt, quedam enim per se fiunt sensui manifeste, ut albus color, niger, calor, frigus, & id genus alia, & que sensu dijudicantur, non ratione, ut etiam Galeno placuit. quedam uerò non per se, sed ab alijs claritatem consequuntur, ut que per signa percipiuntur, quarum est obseruatio: que autem sensum latent duplicia existunt, quedam enim intellectui euidentia sunt, ut quòd Socrates simul & eodem tempore hic sit, & Athenis impoßibile est, & id genus, de quibus ex communi omnium hominum conceptione iudicium fertur: quedam autem per ostensionem agnoscuntur, quorum iudicium per consensum cum his, que omnes concedunt, habetur: iudicatur autem con

2. De tép. cap. 2.

ceſsum ex conſenſu, aut cum ſenſui apparentibus, aut cum intellectui euidentibus, aut cum demonſtratis: oportet inſuper præceptum eſse utile, quandoquidem ad finem aliquem uitæ cōmodum aſſequendum conducit, quare præceptū utile dignoſcitur, cùm ad artis finem refertur, quòd ſi utile ſit, comprehenſibile etiam eſse debet, quare illud inutile nimirum eſt, Hippocentauri fel attonitis mederi, neq; comprehenſibile tantum ſit opus eſt, uerum etiam requiritur, ut non ſit apprehenſio eius cum uulgaribus communis, ſed propria artificis. Quapropter perperam dicunt quidā ſenſui euidētia pręcepta eſſe, & artis initium: ſunt enim principium quoddam potius, quo adiuuantur ad pręceptorū inuentionē, quę deinde uera ſunt artis principia, ut leporis ueſtigia principium quidem inueniendi, leporis uerò ipſius minimè. Dicendum itaque ſenſui euidentia inuentionis pręceptorum eſſe principium, propterea quòd artis inuentores ab his profecti artem ipſam conſtituerunt, minimè autem artis principium: oportet enim principia in eius qualitatem referre, cuius principia exiſtūt: conuenit itaque ut artis principia uulgò ignota ſint, quemadmodum & ars ipſa, & propterea artium principia traduntur, cùm tamen ſenſui euidentia minimè tradantur. Cùm itaque artis præcepta ſenſui euidentia non ſint, neque eorū

appre-

apprehensio cum uulgaribus communis existat, sed artificum propria, ut hactenus de Galeni sẽtentia declaratum est, minime dißimulandum est huiusmodi præcepta, aut in sensui euidentibus, aut in his, quæ ex alijs percipiuntur, aut in præostensis, aut in manifestis intellectui, ueluti latentia consistere: Quare ex his quatuor potißimum ueluti fontibus colligi solent, primum quidem ex sensui euidentibus, ratione colliguntur, ut si quis uideat complures uulnerato corde exanimatos esse, causamq́ue uestigans deprehendat, non id uel uirtutis, uel medicamentorum defectu contigisse, sed necessariò cordis usu, nunc ratione colligens, quæ in sensui manifestis reperit, præceptum statim huiusmodi constituit, [Quicunque corde uulnerantur, morientur:] de quo Hippocrates meminit: Eruuntur deinde ab his, quæ ex alijs percipiuntur qualis est aphorismus: [Quibus urinæ perturbatæ, quales iumentorum, his dolor capitis adest, uel aderit:] nos enim prius percipimus urinas ob crassam à calore agitatam materiam, tales reddi, deinde ut bitumen, picẽ, aliaq; id genus crassa uidemus ab externa caliditate in spiritũ solui, ita putamus materiã craßã à calore interno in spiritũ cõuerti, qui cũ leuis suapte natura sit, ad caput ascendens ipsum replet, extendendoq́ue dolorem excitat:

6.Aph.18.

4.Aph.70.

Eliciuntur præterea ex præostensis, ut si probatum prius fuerit, quid coctio sit, & coquenda fundi prius, & liquari oportere, & cocta mox distribui, ad hæc ægrotantes multo in coctione labore non indigere, ex his præceptum
Prima aphorismi. 16. erumpit: [uictus humidus, seu liquidus febricitantibus omnibus confert] constat enim quòd cùm cibus liquidus per os ingeritur, non laborat uentriculus, ut cum prius liquet, concoquat, sed statim eius coctionem aggreditur, atque ea ratione minus fatigatur, difficilius enim est duo, quàm unum tantummodo conficere. Hinc colligatis, quòd non laudandi hi Medici sunt, qui sine distinctione suis ægrotis conantur persuadere, ut posthabitis cibis liquidis, illis utantur, qui mandi indigent: Extrahuntur demum præcepta ex intellectui manifestis, qualis est aphorismus [Non satietas, non fames,
2. Aph. 4. neque aliud quicquam, quod naturæ modum excesserit, bonum est:] notum siquidem abunde intellectui est, quę uincunt uires, non esse bona, & quę insuper naturę modum excedunt uires ipsas prosternere, quare colligitur inde illud, quod modo dictum preceptum est. Constat igitur omnes ferè aphorismos, aut ex sensui euidentibus ratione oriri, aut ab his quę ex aliis percipiuntur, aut ex preostensis, aut ex intellectui manifestis, patet etiam eos ipsos ad aliquod dictorum

septem,

septem, quę à medico consideranda sunt, spectare, Cùm itaque ferè unusquisque aphorismus aliquo dictorum quatuor modorum colligatur, potest cuiusque aphorismi ratio assignari, quam tamē Hippo. aliquādo subticet, quandoque apponit, propterea quòd ubi Hippo. scripserat: [Victus humidus febricitantibus omnibus confert, maxime uerò pueris, & alijs, qui tali uictu uti consueuerunt:] Gal. exponens inquit, Hippocrates ętatis meminit, & consuetudinis, tu uerò & naturalis temperaturę, & temporis anni, & regionis nō absque ratione memineris, quę et ipse Hippo. adijcit aliquādo, nōnunquā uerò unius, aut duorū mētione facta reliqua, quę sunt eiusdē naturę ꝑtermittit, & cum apponit, interdum illam ante aphorismum collocat, interdum postponit, ut ex ipsorū aphorismorū lectione unicuiq; facile patere pōt. Tertio dēnt artis ꝑcepta iactis principijs esse cōsentiētia, etenim cùm duo sint ꝓgressus, quibus nobis utendum est, siue artem constituere, siue iam constitutam perdiscere uelimus, quorum primus quidē resolutiuus, alter uerò cōpositiuus dicitur: in resolutiuo supposito artis fine, & eo sumpto, ut principio illū resoluimus, & inuestigamus omnia in arte pertractanda, quibus medijs finem consequimur, ut ex Aristotele colligitur, ubi de consultatione agit, unde ꝑcepta illa, quibus necessaria ad artis 3. Ethic. 6
finem

tem præcepta medicinæ illa methodo nobis tradidiße, quam Gal. obseruaße constat, neq; eo ordine, quo hac aphoristica doctrina conscribi potuißent, ut Gal. in sua expositione plerunq; an-
6. mert. 4. notat, quandoquidem (si huic fides adhibenda est) quanquam Hippocrates idonea usus uia uideatur, tamẽ totã nõ cõpleuit, quædã enim nõ limitata, quædã imꝑfecta, nõnulla obscura ab eo ꝑdita inuenire licet; quare (dicit Galenus) studui parũ discreta optime distĩguere, deficiẽtibus supplemento succurrere, tenebricosa lucide explicare, neque enim omnia præstare Hippocrates potuit, qui primus ea scriptis mãdauit, quæ ad artis opera attinẽt, ut legimus in lib. de atra bile apud Galenum. satis enim fuit Hippo. opti
7. meth. 2. ma dedisse semina, quæ ad boni agricolę manus peruenirent, qui ea tum seminet commode, tum augeat, tum perficiat: Vos tamen non lateat, quod quamuis Hippocrates medicinæ methodum non docuerit, perinde ac Galen. in eius tamen monimentis methodus ipsa rudiores latens, eruditis non est occulta, non secus atque peritus quispiam auditor Lazari nostri Bonamici disertißime orantis, neque tamen orandi methodum docentis, in illa oratione methodum facile deprehendit. Neque sunt audiendi, qui Hippocratẽ in hoc libro nulla methodo incedere dictitant, cum eius intentio sit medi-

cinę

einę usum docere, cuius gratia egit in prima particula de Dieta, & Euacuatione, quę ad usum pertinent, Hęc isti: sed falluntur, propterea quia non per libros usus comparatur, sed exercitatione, quæ circa singularia uersatur: Qui si quidem pro usu intelligant pręcepta ad usum conferentia, quatenus eorum ope ad usum descendimus, rectè sanè in hac se se habent opinione, sed cùm doceri methodo non poße præcepta arbitrantur, ualde admodum falluntur. Quòd si per doctrinam interrogans intellexerit locutionem, uel scripturam methodum aliam dialectices, ut formam comprehendentem, quæ (ut dictum fuit) ab Auer. uia doctrinæ, & maneries disciplinę appellatur, illi respondebitur, Hippocratem hoc in libro non una sola specie methodi dialectices, seu uia doctrinæ uti, sed pluribus: Vnde cùm (ut superius diximus) Hippo. aliquando sermonis aphoristici rationem aßignet, illam quandoque ex prioribus deducit, quandoque ex posterioribus: ex prioribus quidem, ut in prima aphoris. cum enim in 13. scripsißet Hippoc. [senes facillime ieiunium ferunt, secundo loco qui ętatem constitutã habent, minus adolescẽtes, omniũ minime pueri, præsertim qui inter ipsos sunt uiuidiores:] deinde in 14. aphorismo. omniũ dictorũ rationẽ ex prioribus sũptã aßignauit Hippo.

po. scribens: [Qui crescunt plurimum habēt calidi innati, plurimo igitur egent alimento, alioqui corpus absumitur, senibus verò parum calidi innati inest, paucis propterea fomitibus egent, quia à multis extinguuntur]: pariter & in 2. aphor. cum Hipp. in aphorismo 29. dixisset: [Cùm morbi inchoant, si quid uidetur mouendum moue, cum uerò consistunt, ac uigent, melius est quietem habere:] causam deinde subiecit in aphorismo 30. inquiens: [circa initia, & fines omnia imbecilliora, cùm verò consistunt fortiora:] Ex posterioribus verò, vt in prima aphoris. 15. cum dixisset Hippoc. [Ventres hieme, & vere natura calidißimi sunt, & somni longißimi, quare per ea tempora alimēta copiosiora sunt exhibenda, etenim tunc calor innatus plurimus est, unde & pluribus egent alimentis:] subintulit rationem ex posterioribus sumptam, inquiens: [Inditio sunt ætates, & athletę:] itidem & in 2. aphoris. particula 17. aphorismo scribit Hippoc. [Vbi cibus præter naturam plus ingestus est, hic morbum facit:] deinde rationem ab euentu sumptam, ut testimonium subdit dicens: [Ostendit autem sanatio:] interdum etiam Hippo. exemplo utitur, ut Gal. testatur in expositione tertij aphorismi primæ particulæ, ubi ait Hippo. in 2. & 3. aphorismo quoddam exemplum supponens ad illud

illud, ut consueuit, totum sermonem dirigit, reliquis autem methodis dialectices nunquam, vel rarißime in præsenti aphorismorum libro Hippocratem uti constare potest cuilibet totum hũc librum perlegenti. Quod uerò ad alias doctrinæ significationes attinet, non est quòd de illis significationibus longum habeamus sermonem, quando ex librorum Hippocratis lectione satis patet, qualis fuerit eius doctriua, qualisq́, in discipulorum animis doctrina procreari sit apta ex huiusce libri explicatione. Ex his, quæ hactenus declarata sunt multa ex illis capitibus, quæ in exordijs librorum examinari solẽt satis, manifesta (ni fallor) sunt, quorum primum est de libri intentione: alterum de vtilitate, de qua etiã in expositione primi aphorismi sermo habebitur: tertium ad uiam doctrinę spectat: quartum ad nomen libri, siue inscriptionem: præterea ex iam dictis responderi nullo negotio posse uidetur ad eam, quę tractari consueuit dubitationem, nempè an medicina ars propriè sit, uel scientia, cùm enim constet factiuam ipsam esse, artemq́ue propriè factibilium existere (ut colligimus 6. Ethic. ubi Aristoteles dixit artem esse habitum recta ratione factiuum) cui quęso dubium esse potest, quin medicina uerè, proprieq́ue ars sit? quę licet multa contempletur, quemadmodum Galenus notat, non tamen scientia propriè

dici

Primo me tho. 4. & 5. lib. de Op. secta ad Trasi. 2. Meth. 3. lib. ad Trasi. an med &c.

dici meretur, cùm non speculetur, ut scientiam puniat, ut clare cùm Aristotele Auerroes inquit, à quibus non discrepat Galenus. Quòd si quis vt sciat duntaxat, non ut aliquando operetur, medicinam adipiscatur, non ob id mea quidẽ sententia consequitur, eam illo casu scientiam esse, atque habitum intellectus speculatiui, quãdo artẽ habens nõ necessariò operatur, potest enim nunquam ad operationem deuenire, perspicua enim sunt Auicennæ uerba, ubi habemus, quòd quis utranque medicinæ partem Theoricam scilicet & Practicam habere potest, licet nunquã fuerit operatus: ut autem artem poßidẽs operetur, præter artem requiritur electio, quę fit ab appetitu. Quòd si quis etiam dixerit, cùm medicina uniuersalium sit, & necessariorum non ars propriè, sed scientia nominari debet, ars enim (teste Aristo.) eorum est, quę possunt esse, & non esse, quorum principium in nobis est facientibus, sciẽtia uerò necessariorũ: Amplius illis intueri, & cognoscere facile est, prudentiã circa singularia occupari, & ea cognoscere, quod de arte pariter intelligendum esse palam constat, id siquidem probans Philosophus inquit, prudẽtia actiua est, actio modo singularium est, unde necessariò tenet hæc consecutio, quòd singularium prudentia sit, quare infert, non scientes homines efficaciores aliquãdo in agẽdo esse, quàm

1. primi doct. prima. cap: 1.

3. De anima 46. & 47. & 6. Ethi.

quàm ſcientes, quam rem ſumpto ex medicina exemplo declarauit, ſcientibus enim leues carnes nullo negotio digeri, neſcientibus autem quæ nã leues carnes ſint, illi efficacius operantur, qui quidem carnes uolatilium leues, & ſanas eſſe p comperto habent, ignorant autem uniuerſalem illam propoſitionem, omnes carnes leues ſanas eſſe, ceu igitur Philoſophus prudentiam probat circa ſingularia addictam eſſe, eodem pariter modo artem circa ſingularia eadem uerſari, probari poteſt, cũ enim ars factiua ſit, & factio ſit ſingularium, quis eſt, qui non concludere cogatur artem eſſe ſingularium? qualis nimirum Medicina non eſt, quæ uniuerſalium eſt, quæ propterea ſcientia fertur, atque ab ea differt medicina, quæ propriè ars eſt, & circa ſingularia detinetur. Huic pro tuenda ueritate reſpondeamus artem uniuerſalium eſſe dicentes, & habitum intellectus perinde, ac ſciẽtiã, à qua diſſentit, quoniam ars habitus eſt intellectus practici, ſcientia uerò ſpeculatiui, ut rectè uoluit Ariſto. qui licet dixerit, duas eſſe rationalis animæ partes, quas duos intellectus appellat, alterum quidem ſpeculatiuum, alterum uerò practicum, non tamen hos duos intellectus duas eſſe diſtinctas ſubſtantias accipiendum eſt, ſed una duntaxat ſubſtantia eſt, quæ ſpecies recipit omnium rerum, tum ſpeculabilium,

tùm operabiliũ, atque eas intelligit, quæ inquàm intellectus substantia cùm rerum speculabilium species recipit, & contemplatur, intellectus speculatiuus dicitur: cùm verò rerum operabilium idolum suscipit, & considerat, intellectus practicus appellatur, hæc enim substantia intellectus perinde se atque speculum, habet, quod species omnes rerum omnium; quæ illi obuiæ fiunt, quãtumcunque, & quomodocunque differentium suscipit: horum autem duorum intellectuum, siue duarum animæ potestatum quinque esse habitus dicit Aristo. quibus anima uerum dicit affirmãdo, vel negando, atque existimationem ab eis excludit, quanquàm enim potest tamen falsum quoque enunciare. Ex quo consequitur quinque illos habitus semper uerum dicere, de quorum numero cùm ars sit, etiam artem ipsam semper verum dicere omnino fatendum est, licet in his uersetur, quæ aliter se habere possunt, quorum principium in nobis est facientibus, non in re facta, & circa generationem distineatur, inuentionem, & contemplationem eorundem, quod minime fieri posset, nisi in ipsa arte necessariæ propositiones efficerentur: unde sequitur neminem inficiari posse in ea necessitatem aliquam inueniri: Propter quod animaduertendum est duplicem esse necessitatem, vt Arist. sensit, una quidem est simpliciter dicta, quæ in æternis potissimum

Primo de part. anim. primo.

tißimum

tißimum reperitur, altera autem ex suppositione, quæ in gignendis, & his, quæ arte fiunt, inuenitur: materiam enim (ut tradit Aristo.) talem adesse necesse est, si domus, aut quis alius finis futurus sit, atque etiam fieri, moueriq́ue illud primũ oportet, deinde hoc, ac deinceps ad hunc modum itur ad finem, cuius gratia res quæque & efficitur & est, eodemq́ue modo in rebus natura gignendis agitur: Quare in hac habentibus neceßitatem posteriora non sequi ex prioribus docet Aristote. sed contrà ex posterioribus priora deducuntur, vt si sanandum, talia, vel talia fieri opus est. Constat itaque non solum scientiam, sed & artem uniuersalium esse, atque eorum, quæ aliquam in se neceßitatem claudunt, tametsi ars etiam contingentium sit, in quibus licet neceßitas simpliciter minimè comperiatur, ea tamen offenditur, quæ ex suppositione est. Verum præter uniuersalium cognitionem in artibus est altera cognitio nempè singularium, quæ experientia, non doctrina habetur, ut primo artis curatiuæ ad Glau. inquit, ubi ait hoc pactò, Ipsum uerò ad unguem proprium nec scribi omnino potest, nec dici &c. quæ particularium cognitio nec ars est, nec alius aliquis ex quinque habitibus intellectus, de quibus dictum est, quæ tamen particularium cognitio artem utique reddit certiorem, vt verbi gratia, si ha-

2. De gen. & cor. in fine.

2. Meth. 3.

beamus dandũ eſſe in omni febre tertiana pharmacum, quod flauã bilem educat, ſi poſtea experimento compertum fuerit exhibito rhabarbaro. Socrati tertiana febre laboranti, purgataq́, flaua bile, febrem in eo deſiiſſe, tunc uniuerſalis ille habitus certior efficietur. Hinc Gal. ait, nul-
9.Meth.6. lius artis ſcientiam acquiri poſſe, niſi methodum quandam habuerimus per uniuerſalia uocata theoremata, & in particularibus exemplis te exercueris: ſi quis autem ſolam habet ſingulariũ cognitionem non artifex, ſed expertus, nec artẽ habens, ſed experiẽtiam tantum dicetur: Ariſt. enim in proœmio primi metaph. oſtendit artificẽ differre ab experto, & artem ab experientia, quandoquidem ars uniuerſalium eſt, experientia particularium. Et quoniam actiones a ſingularibus in ſingularia proficiſcũtur, ob hoc dixit Ariſto. expertos ſine arte, & ratione efficacius operari, quàm artifices inexpertos: hi enim particulari cognitione carẽt, licet uniuerſalẽ obtineant: illi uerò uniuerſali carent, particularem autem callent ilicò, & immediate operationi deſeruientem: hoc idem in 6. Ethic. habetur, ubi quamuis Ariſt. artifices appellet ſcientes, non tamen id proprie facit, at ſolum prout ad ſolam habentes experientiam comparantur. Eſt igitur ars uniuerſalium, quemadmodum & ſcientia, & inſuper ſingularium, cum ipſa propter opus
ſit,

ſit ut illud fiat, cuius gratia ars inuenta eſt. Quare patet, quod licet medicina contingentium ſit, de his tamen eſt, ut neceſſitatem habent ſuppoſitionis, unde ars propriè dicenda eſt, ſciẽtia uerò communiter, ut uiſum eſt Galeno primo artis medicinalis. Quòd ſi quis contendens dicat medicinam coniectricem eſſe, non ergo artem, quæ eſt uniuerſalium neceßitatem ex ſuppoſitione habentium, ut nos diximus: coniectricem autem eam eſſe, colligi, ubi ſæpe non ſolum ex alijs libris, ſed potiſsimum ex lib. de lo. affect. dicit Galenus in agnoſcendis affectibus partium internarum opus eſſe, ut artificiali utamur coniectura: huic quidem reſpondemus ex eo, quod in lib. de opt. ſecta ad Traßib. didicimus, cum enim omne medicinale commune ſit, & firmum præceptum, erant qui dicunt artem coniectricem, quoniam coniectorijs præceptis continetur: non enim a præceptis coniectrix cognoſcitur (etenim hæc perpetua ſunt) uerum ab actione, & medentium opera, quæ incertum euentum ſortita, coniectricem artem reddit, nam omnium artium præcepta æque perpetua ſunt, atque æterna, ſed quia non omnium artium finis attingi ſemper poteſt, eò fit, ut ipſarum nonnullæ coniectrices appellentur, quæ incertum, ancipitemque euentum habent: Et licet Galenus 2. de compoſ. med. ſecun-

dum locos significatiuam medicinæ partem coniectricem asseruerit, inuenta autem ægritudine artificiali coniectura partem curatiuam certißimam esse, methodus tamen, quam ille in libris de locis affectis instituit, qua morbi, & loci patientium corporis membrorum coniectura deprehenduntur, perpetuò uera est, & sic aperte iam constat, unde nam medicina coniectrix dicatur. Neque dedecus ullum est (ut nonnulli arbitrãtur) quòd medicina ars appelletur, cum militaris peritia maximo alioqui in honore habita, & ars sit & dicatur: adde quòd medicina (sicut in fine libelli ad bonas artes legitur) non est de genere earum artium, quæ contemptibiles sunt egentes laboribus corporeis, quæ artifices grauatos senectute solent destituere, quas sedentarias uocãt, & manuarias, sed sub genere continetur, quod liberale est, & honestum, & est optima liberaliũ artium. Iam quæ hucusque explanata sunt, fidẽ (ut arbitror) facere possunt, totam medicinæ facultatem practicam nuncupari debere ratione finis, & scopi communis, quo ab alijs differt facultatibus, & nomine artis appellatur, ad quẽ finem, scopumq́ue communem tendunt omnes partes eiusdem facultatis: qui finis, & scopus sanitas est, cuius gratia uniuersæ medicinæ partes considerant & faciunt, quicquid in illis consideratur, efficiturq́ue. Verum cùm ꝑter scopum,

& finẽ cõem in quacunque facultate fines etiã particulares diuersarum partium eiusdẽ facultatis reperiantur, quibus partes illæ inter se differant, ut ex Galeno deprehendimus, propterea nõ adeo absurdũ esse uidetur, ut nonnulli insulsè crediderunt illam facultatem, quæ tota ratione cõis scopi practica est, etiam ratione finium particularium in Theoricam, & Practicam diuidi, cuius finis particularis unius sit speculari tãtum, alterius uerò modum operandi explicare. Quare dicit Auerroes quòd pars medicinę, qua naturali coniungitur philosophię, est scientia ꝓpriè, talis scilicet (hęc enim sunt eius uerba) ꝙ finis intentus in ea est scire solum, non opus, ex quo loquendi modo, dum ait, finis intentus in ea &c. innuit, quòd ratione particularis finis est scientia propriè illi parti comparata, cuius finis particularis est operandi modum ostendere, atque hęc quidem diximus practicum nomen accipientes, vt à Latinis ferè communiter capi solet: Quòd si proprie accipiatur, cum medicina post operationem rem factam ostendens factiua sit, ut ante ex Galeno declaratum est, non debet ea quidem nomine practicæ donari. Aristote. nanque 6. metaphisic. διάνοιαν in theoricam diuidit practicam, & factiuam, quare nec factiua practica proprie dici debet, nec practica factiua, cùm illic Philoso-

Libro ad Trasib. an medi. &c.

1. Cãti. cõmen. 2.

Contex. 1.

phus practicam à factiua secernat. Ex eisdem quoque, quæ dicta sunt, elici facillime potest Latinos expositores præter rem (ut aiũt) difficultatem illam examinare, in qua quærunt, quodnam sit in medicina subiectum, & quæ de illo demonstrentur paßiones, perinde ac si medicina scientia propriè foret, qua in re inter se digladiantur, & multa, quæ sunt de lana (ut est in prouerbio) caprina stulte effutiunt. Vobis igitur obseruandum est subiectum quidem (quantum attinet ad propositum) trifariam capi, uno sane modo pro materia circa quam, sicut Ammonius in prædicab. Porphirij testatur, quomodo corpus humanũ pro ut sanitatis existit capax subiectũ cõstituitur in medicina, & materia. Secundo modo usurpamus subiectum pro genere scibili, de quo Aristo. primo Poster. meminit, unam scientiam cõpellans unius generis subiecti, q̃ partes, & paßiones eius cõsideret &c. quo pactò frustra Latini ipsi subiectũ aßignare in medicina conantur, & licet in aliqua medicinę parte ueluti in Theorica passio aliqua de aliquo pticulari subiecto pbari uideatur, non ob id tamẽ id subiectũ in medicina genus scibile dici pmeretur, de quo talis paßio in ipsa medicina probari debeat, quando id, ut sciatur, non fiat: quemadmodũ .n. medicina licet speculetur, non eò speculatiua uocari digna est, quia non speculatur

Prima aphor. 1. & li. ad Tras si. an med. &c.

ut

ut sciat, sed ut operetur (ut superius annotauimus tùm ex Auerroe, tùm ex Aristot.) ita & subiectum illud in medicina non meretur genus scibile uocari, de quo in ea paßio proprie, & per se probetur, cùm id propter scientiam nõ efficiatur. Cæterum ut in scientia unum est subiectum, quod supponitur, atque insuper passiones, quæ de illo & quæruntur, & per scientiæ principia comprobantur, ita etiam in arte unus est finis & scopus, qui supponitur, & modi operandi, quibus finis & scopus contingi potest, per principia inuestigantur. Vnde Galenus scripsit omnia, quæ in medicina demonstrantur, esse perducenda ad primas, & indemonstrabiles propositiones, & quæ fidem ex se faciant, ut in Arithmetica fit, & Geometria. Tertio modo subiectum accipitur pro obiecto, ut facit Aristot. cum dixit, unusquisque quidem igitur sensus subiecti sensibilis est, & quæ sequuntur, quod obiectum, propositum, & intentum, & scopus dicitur, secundum quem modum dicimus sanitatem, quæ scopus à nobis medicinæ posita est, in ea subiectum eße, de quo subiecto, seu materia Galenus uidetur libro de partibus artis medicatiuæ meminisse, ubi diuisionem medicinæ ex diuisione dispositionum humani corporis dixit esse per materiam propriã. Quòd si quis dicat huiusmodi subiectum ui

1.Meth.4.

2. De anima. 14.

tam

9.Meth.10 tam potius statui debere, quàm sanitatem Galeni authoritate motus, ubi legimus quòd in libro de tuenda sanitate primum propositum est sanitatis tuitio, in libro uerò meth. med. est morbi sublatio, quorum utriq; unũ cõmune est uitæ custodia, ego illi respondendum ita esse existimarẽ, custodiam sanè uitæ esse commune propositum non per se, & primo, sed secundum consecutionem: nam ut naturalis tùm actio, tùm pulchritudo sanitatem consequuntur, quemadmodum supra ex Galeno retulimus, ita & uitæ custodia,
9.Meth.13 quam quidem vitam nihil aliud esse censuit ipse, nisi aut uires, aut actiones uirium. Cæterum urgebit fortasse iterum quispiam hoc pacto, medicus non potens sanare non quidem ad sanitatem, sed solum ad uitæ custodiam agit, occurro cum Galeni authoritate lib. ad Traßib. an med. an gymn. testantis. Cuiusque artis unum esse finem, quod est bonum, & optimum, secundum illam substantiam, huiusmodi autem finis, & scopus in medicina optima sanitas est, quam medicus pro uiribus conatur attingere, q si efficere non potest, saltem propius ad illã accedere, quantũ ei datur, omni ope, ac studio laborat: patet. n. ex his, quæ leguntur in introductorio medico-
Cap.6. rum. Artificem non semper finis compotem esse, cùm ergò medicus sanare impotens est, non consequitur propter hoc, quin scopus eius adhuc

huc sanitas sit, quam cũ non ualet contingere, facit quod potest, unde uitã conseruando, ne vè ægritudo augeatur prohibẽdo, quoad fieri potest, ad sanitatẽ actiones suas, ut satis manifestũ est, dirigit. Præterea omnia, quæ hactenus deducta sunt, ex iã declaratis, deduci facilè quoq; illud potest, nonnullos malè profiteri medicinam uera subalternatione philosophiæ naturali subalternatã esse, ad quã cum tres dicant postulari cõditiones, quarũ una est, ut sciẽtiæ inferioris subiectũ positũ sub subiecto superioris sit : altera, ut inferior scientia superioris subiecto conditionẽ addat accidentalẽ, constat ex dictis duas has in medicina inueniri non posse conditiones, quoniã patefactũ est, non esse unum subiectũ in medicina huiusmodi, ut de eo paßiones probẽtur, ut fit in naturali philosophia, cũ ipsa medicina ars ꝓpriè sit, neq;.n. ars propriè dici potest subalternari sciẽtiæ uerè, & propriè, quando uera subalternatio in his inueniẽda est, q̃ eiusdẽ sunt generis: tertia conditio sequitur, ut sciẽtia inferior à superiori principia desumat, quã dicũt cõditionẽ in medicina reperiri, freti dicto quodã Aui. ubi habet, medicinam à naturali philosophia sumere, an sint elemẽta, quid sint, quot sint, præterea & cõplexiones, & id genus alia, de quibus Aui. illic dicit, medicum supponere eße à philosopho naturali sufficienter declarata. Nos autẽ in no- 1. Primi doct. 1. cap. 2.

stra

ſtra expoſitione ſuper prima primi ipſius Auic. exactè (ni fallor) declarauimus ex Galeni, Hippocratisq; conſenſu (licet opinio recens eſſe, & contra communem hominum ſententiam uideatur) quòd medicus ut medicus non ſumit à naturali philoſopho ea, de quibus Aui. meminit, ſed illa inueſtigat, & perquirit : quam rem nunc eſſet nimis longum recenſere, non tamen equidem negauerim poſſe medicum aliqua à naturali philoſopho capere, ut ab alijs etiam mutuatur non pauca: ſumit enim quædam ab Aſtronomis, quibus dies creticos oſtendit, quemadmodum declarat Gal. ab arte ſimiliter, quæ corpora ſecare docet, methodum capit, qua notitiam membrorum, vtilitatemque ab eis proficiſcentem acquirit, ceu naturalis quoque, ab arte pariter experimentandi rationem colligit, qua medicinarum vires perſcrutatur, vt quòd rhabarbarum flauam bilem attractione educat, uel tale, aut tale medicamentum, talem uel talem edat operationem, ſola enim experientia certiſſima eſt medicaminum iudicatrix, ſi Galeno fidem præſtamus : quòd autē abſynthium amarum ſit, plantago adſtringens, mel dulce, hæc à ſenſu omnia medicus habet, ſicut & naturalis philoſophus, qui ab eadem experimentandi arte non ſecus, ac medicus modum medicinarnm uires perquirendi uenatur. Reliquum modo eſt, ut iam ad ordinē libri huius tranſeamus,

3. De diebus crit.

Primo de ſimpl. medic. ultimo

ſeamus, qua in re, cùm uideam Hippocratem in aliјs ſuis libris ſigillatim pertractaſſe de attinentibus ad artem medicam, atque in hoc libro medicinaliũ præcepta ſermone aphoriſtico, ut facilius memoriæ mandentur, collegiſſe, propterea in eam ſententiam deſcendo, ut librum hunc ultimum legendum eſſe arbitrer, poſtque alios omnes Hippo. libros particulares, quemadmodum etiam diximus poſt particulares Galeni libros, poſtremo loco legendum eſſe Tractatum artis medicinalis, qui totius medicinæ compendium continet. Hoc quidem ego ſentio, dicant aliј quicquid uelint, qui hũc librum inter introductorios repoſuerunt. Nec ſine ratione, meo quidem iudicio, inſtitutum fuit, ut inter tot Hippoc. libros ſolus hic publicè legeretur quandoquidem cùm totius ferè medicinæ præcepta breui, & aphoriſtico ſermone contineat, iure optimo tota fermè ars medica ab eo præceptore, qui in operibus Galeni, & Hippo. fuerit exercitatus, diſcipulis rectiſsime enucleari poterit. Quod non ita commodè efficeretur, ſi liber aliquis particularis exponendus eſſet, neq; enim omnes eius particulares libros poſset quis commodè publice in Scolis profiteri, ut etiã de Gal. libris dictũ eſt, deq́; arte medicinali eiuſdem. Non ab re igitur Oribaſius dicit bis eſſe opuſculum hoc legendũ, primo legant (inquit ille) initiati ſacramentum Hippocratis,

ſecundo loco librum de præceptis, tertio hunc, in quo totius artis habetur ſpeculatio, quod tamen non à diſcipulis tantum & medicinæ candidatis inter parietes domeſticos faciendum eſt, ſed cum præceptore omnia perſpicuè declarante (ita enim legendum eum eſſe Oribaſius intelligit) Galenus enim in commentatione primi aphoriſmi dicit, formam doctrinæ aphoriſticam, quæ omnes rei proprietates quàm pauciſsimis uerbis circũſcribit, illis eſſe utiliſsimam, qui uolunt breui tẽporis interuallo artem docere longam; Docti uerò hunc librum poſtmodum relegant, ut quæ in alijs legerint, hic omnia commemorent. De diuiſione hæc Oribaſius ait, Librum ſ. præſentem à Sorano in tres partes diuidi, à Ruffo in quatuor, à Galeno uerò nos ipſum in ſeptem diſsectum eſſe uidemus. Accedit poſtremò & Braſauolæ Ferrarienſis medici ſanè doctiſsimi, optimeque de re medica meriti octaua particula, tametſi in ea multi ſint aphoriſmi, qui etiam in alijs particulis reperiuntur, perinde ac in ſeptima. Hæc hactenus de diuiſione, in qua nimia curioſitas parũ admodum utilitatem affert. Proportio huius libri ad reliquos particulares libros Hippo. diuiſim quidem eſt, ut totius ad partes, coniunctim uerò, ut pueri ad hominem perfectum, quam proportionem liber artis medicinalis Galeni habet ad alios particulares ab eodem conſcriptos,

scriptos, ut rectè dixit Haly, quemadmodũ enim in puero eædem partes corporis inueniuntur, quæ etiam in homine adulto, sola magnitudine differentes, ita & liber artis medicinalis, & liber aphorismorum, qui præ manibus nobis est, eadem compendiosè continent, quæ in pluribus libris particularibus tùm Gal. tùm Hippo. diffusius pertractarunt. Quod attinet ad nomen autoris Galenus, ubi de legitimis Hippo. libris meminit, testatur hunc inter legitima eius scripta enumerari. Est itaque Hippocrates nomen autoris, qui fuit ex familia Asclepiadarum, ut inquit Gal. rationalis sectæ author, & princeps, Heraclidæ filius, cuius auus, & ipse Hippocrates nominatus fuit Gnosidio patre genitus, qui nihil, ut quidam referunt, omnino scripsit, secundùm alios uerò duos edidit libros, unum quidem de Membris fractis, alterũ de Articulis. Et hæc sunt, quæ de Hippocrate referenda erant, quantum ad rem nostram facit: neque enim expectetis uelim uberius me disserentem nunc hoc loco de patria, de familia, de opibus, de corporis pulchritudine, & denique de ipsius Hippocrat. uita, de quibus alij copiosos habuerunt, ut nostis, sermones, qui quamuis profiteantur se solos Hippocrat. uitam rectè illustrasse, quicquid tamen dixerunt; & plura quoque unusquisq; perlegere ex operibus Hippoc. potest Basilicæ impreßis

3. De diff. resp. ĩ principio.

Primo de nat. hu. lib. introduct. 6. 1, de rat. uict. ĩ acut. 18.

preßis anno M. D. XXVI. in quibus de illius uita ex Sorani historijs legitur. Accedit adhoc, quòd cum hæc ad Historicum potius pertineant, quàm ad Medicum, cuius munus eße debet ueram medicinæ methodum, & præcepta explicare, quibus artis scopum contingere possit, propterea non puto eum seruare Medici dignitatem, qui his, quæ artis suæ sunt, omißis, totum suum studium, ut aliena declaret, impendit. Quare nos id genus hominum permittentes curiose ea omnia indagare, quæ superius relata sunt, conabimur uobis Hippocrat. præcepta, quantum uires nostræ perferre poterunt, explicare, seruatis omnibus his quæ in principio sermonis nostri obseruaturos nos esse promisimus: in sequenti itaq; lectione dijs annuentibus, uobisque fauentibus primum aphorismum exponere aggrediemur.

APHORISMVS PRIMVS.

VITA breuis, ars uerò longa, occasio autem præceps, experimentum periculosum, iudiciũ difficile. Nec solum scipsun præstare oportet opportuna facientem, sed & ægrum, & assidentes, & exteriora.

EXPONAM imprimis hũc Aphorismum iuxta Galeni interpretationem, mox alterum nouam meã expositionem subijciã: Galenus itaq; in principio commẽti scribit, ꝙ omnes ferè expositores fatentur Aphorismũ hunc eße huiusce libri procemiũ, siue unus sit, pluresve Aphorismi, etenim ante Galenũ, ut & post eum Oribasius, in duos secarunt Aphorismos. Vnde Aphorismus hic iure in duas partes diuiditur: in prima quidẽ Aphorismus cõtinetur: in secũda uerò Hippoc. pactum, siue conuentionẽ facit, uel hunc librum lecturis consilium præbet: uerùm quo pacto Hippoc. auditores reddat dociles, attẽtos, atq; beneuolos, ut in procemijs fieri solet, expositis his, quæ circa Aphorismũ dicẽda sunt, dilucidißime

declarabimus. Hippoc. igitur primum proponit, uitam esse longam artis comparatione, ut asserit Galenus ex omnium fermè expositorum sententia, & è conuerso artem longam non absolute, sed uitę respectu, siquidem ait Galen. magnum, paruum, celer, tardum, lōgum, breue, & huiusmodi quantitatem indicantia cum relatione talia cū alijs collata, non absolute dicuntur: Vita autem licet uel pro animæ uiribus, uel pro earum actionibus usurpetur ex Galeni sententia, attamen hoc loco capitur ab Hippocrate, ut eam diffinit Aristoteles, inquiens, Generatio est prima altricis animæ cum calore communio, uita autem illius mansio: Per artem uerò intelligit Hippoc. habitum intellectus practici, qui est ratione factiuus, non autem usum prodeuntem, & directum ab habitu intellectus, ut quidam asserunt: nullibi enim neque Galenus, neque Arist. usum illum artem nuncupant, quinimmo Arist. in proœmio metaph. ait artem ab experientia, & artificem ab experto longe differre. Quod uerò dicunt hi Gal. uoluisse unumquemque uniuersalem methodum unius anni curriculo discere posse, & ob id non posse per artem habitum dictum intelligi, qui doctrina sit acquirendus, id quidem nihil efficit, quandoquidem Gal. non dicit in omnibus id habere ueritatem, sed in quibusdam duntaxat; Vnde postmodum exempla tradit de raciotinatoria,

2. de dign. pul. & primo de temper. 6.

9. meth. 13

Lib. de iuuent. & senec. mor. uit. & resp.

9. de decr. Hippo. & Pla.

hoc

hoc est Logica, Rhetorica, & Musica, quæ instrumentis efficitur, sed de hoc etiam inferius sermonem habebimus. Deinde Hippo. rationem subdens sententiæ aphoristicæ propositæ, cur scilicet ars lõga sit uitæ comparatione, id esse ob tria inquit, quorum primum est, Occasio præceps, hoc est momentanea: Gal. & omnes ferè expositores per occasionem intelligunt medicationem, curationemvè in tempore opportuno factam, quomodo diffinitur in lib. de præceptis ab Hippo. quę καιρὸς dicitur, quam quidem occasionem in omnibus reperiri facile declarari potest: uidemus etenim quotidie, quòd si quis uult adire principem expectet occasionem, hoc est tẽpus opportunum opus est: pariter qui ab aliquo cupit habere pecuniam uel mutuò, uel solutione: item qui amasiam adire intendit: Est autem tempus idoneum, & opportunum aliquid peragendi, cum nihil ex parte agentis deficit, neque potißimum ex parte paßi, sic .n. cõueniẽs sequitur actio, ꝙ si quid deficiat, non ita conueniẽs actio efficietur: cùm itaque medicæ artis materia, corpus scilicet nostrũ, sit mutationibus obnoxium ex causis tùm intrinsecis, tùm extrinsecis, non eodem permanet statu sed continue fluit, ita ut nunc corpus non sit illud quod erat pauloante, & ob id agendi occasio momentanea est, neque comprehensibilis, nisi ab homine exercitato: Vnde Gal. ait primo ad Glau. tẽ

poris occasio, est præ omnibus cognitu difficilima, quæ cum præceps sit, plerunque medicos etiam præcellentes aberrare facit: dicebat nanque quòd medicinæ certo tempore exhibitæ iuuant, quæ intempestiuè uel maxime lædere possunt: Insuper inquit ipse, Cùm dixit Hippo. Artem esse longam, subdidit, Occasio præceps, quæ si latitudinem magnam haberet, ars longa non esset. Aduertendum autem est, quòd Gal. in principio libri de quatuor temper. uniuersal. mor. uelle uidetur, quòd καιρὸς non significet tempus simpliciter, neq; est occasio temporis, seu tempus conueniens, quo præsidia sunt adhibenda, sed morbi ætas uicißitudine temporis inalterascens, quo quidem stante ætatem morbi eße præcipitem dicendum foret, quoniam corpus à causis superius dictis facile alteratur, ad quam sequitur alteratio ætatum morborum, qui sunt corporis affectus, ex quo sequitur occasionem, & tempus conueniens præsidia adhibendi esse præcipitem, atque non facile percipi, ut hoc loco Gal. interpretatur. Verum cùm dicat Galen. Quod enim inquit opportunitate, græcorum more dictum est, qui καιρὸν, id est, opportunitatem pro conueniente interdum ponere consueuerũt, dicendum uidetur, quòd καιρὸς plura habet significata, & ob id præsenti loco pro opportunitate capitur, in libro autem de quatuor temp. mor.

3. de tẽp. 3

12. de us. par.

4. de artic. 50.

uniuers. pro morbi ætate, ubi dicit, quòd pro opportunitate non capitur, uerum non ob id consequitur, quòd pro opportunitate capi non possit. Vel dicatur, quòd sumitur, ut omnes comprehendit significationes: ob id nonnulli tempus acutum transferunt, ut omnia comprehendat, sicut & Oribasius, qui apto exemplo ostendit, quàm celer sit mutatio temporis mutatione: sumas (inquit) pro exemplo currentem fluuium sine intermißione, in quem si digitum ponas, & releues, & iterum deponas, non eandem aquam tangis; quatuor igitur sunt tempora, seu generalia, seu specialia morbis cognoscendis, uel præsidijs adbibendis, seu cibo dando initium, augumentum, status, & declinatio, atque inter sese ob opportunitatem temporis distincta, ut alibi diffusius dicemus. Secundum, quod artem esse longam ostendit, est experimentum periculosum (dicit Gal.) non ob facilitatem mutationis, hoc enim in momentanea occasione continetur, sed ob materiæ dignitatem: neq; enim medicus agit in lignum, coria, & id genus, ut alij artifices, qui impune citra periculum circa suam materiam experiri possunt, quod non fiet in homine, sed adhibenda sunt experientia comprobata, cum mala experientia ad totius animalis interitum terminetur: unde cum alibi dixit Hippo. te ad hoc exerceto, mor- 1. Epid. sect. 2. 50.

bis ut prosis, aut ne quid noceas, Gal. in commento ait, alias se putasse id non esse Hippocrate dignum, cùm omnibus id perspicuum sit, sed postea cùm uidisset multos claros medicos ob id reprehensos, quod offendissent uel in mittendo sangui ne, uel medicamento dando, putauit id non temerè ab Hippocrate dictum, cui forte idem aliquã do contigit; quare cauendum est, cum magnum adhibetur auxilium, ut non lædat si non sit pro-
6. Epid. sec 2. 25. futurum: & rursus, cum dixit Hippo. Nihil negligere, nihil temerè, &c. Gal. in cõmento inquit, in Hippo. & aliorum scriptis id obseruo, ut non temere approbem, quę dixerint, sed experientia,
10. de simpli. med. & ratione uerumnè, an falsum sit examino, & dicebat, quòd temere scribunt de simplicibus medicamentis, qui posthabita experientia ex alijs sumunt: neque enim in ægritudinibus periculosis
Primo Catage. De emplastro Heræ. prius medicinis nõ expertis utendum est, ex eiusdem sententia, quod quidem præcipue uerum est de agẽtibus proprietate substantiæ: Quamobrem
5. can. tra. 1. Cap. 1. Aui. dicebat, quòd medicina experta melior est, quàm non experta, idq; præsertim uerum censetur de compositis, quæ non solum ex simplicibus, sed & ex tota sua forma dijudicantur: cùm uerò
2. Catag. à Principio. experta non habemus, cognoscenda, percipiendaque methodus est, qua componere, & experiri sciamus, ut in cronicis ait Gal. siquidem in acutis occasionem habemus ualde præcipitem, ut tem-

pus

pus experiendi non superſit: Quòd autem experientia neceßaria ſit in arte medica, habetur ex Gal. ubi ait, Empirici quidem per experientiam inueniri omnia contendunt, nos partim experientia, partim ratione, cũ neq; illa inuenire omnia queat neq; ſola ratio. Cæterũ quoniam ᾽ξὐς interpretatur fallax, et periculoſum, ideo quidã tranſfertur experimentum fallax. Vnde Oribaſius inquit, ſi des in augumento, quod in ſtatu conuenit, fallit experimentum: Si dixeris, ſi eſt experimentum, quare fallitur, cum præſertim prĩcipium ſit artis, ex Ariſt. ſententia. Reſpondet Oribaſius, quòd in ſe fallax non eſt, ſed quia in tẽpore adhibetur incongruo, quod enim fallit (dicit ipſe) tribus modis fallit, aut ex opifice, aut ex materia, aut ex organo, & ſi opifex peccat, medicina non peccat: uel reſponderi poteſt, quod ſeruatis ſeruãdis nõ eſt fallax, ſed quoniã difficile eſt, ut omnia exacte ſeruentur, ideo fallax eſt, etenim Gal. aſſerit tria potißimum ſeruanda in experimento eſſe, primum ut medicina applicetur tepida à ſua natura non ualde alterata: ſecundum, applicetur temperato homini uel ſimplicẽ ægritudinem ſufferenti: tertium, ponenda eſt diſtinctio inter effectum per accidens, & per ſe, qui primus eſt poſt applicationem conſequens, Auicenna uerò ſeptem obſeruanda cenſet, ſed aut ſuperflua ſunt, aut ad illa tria Gal. dicta ſuperius reducuntur:

3. Meth. Cap. 1.

Primo metaph. contex. 1.

3. De temper. 5. primo de ſimplic. med. in principio.

Quòdsi nos dicamus experimentum fallax ob ipsius subiecti nobilitatem, periculosum quoq; esse consequitur. Tertium, quod ostendit artem esse longam, inquit Hippoc. iudicium difficile: iudicium autem dupliciter capi potest, ut habet Gal. in commento, uno quidem modo pro ratione, per quam agenda dijudicantur, quomodo sumit Hippoc. qui fuit dogmaticus, quam esse difficilem ostendit signo, scilicet multitudine hæresum, ita quòd ad hoc usque æui ambigua remansit: certum enim est antiquos medicos fuiße inter sese discordes circa principia corporis, quando alij ponebant unum tantum eßе elementum, alij plura, item quidam corpuscula indiuisibilia, uidelicet athomos esse principia statuebant, ut Epicuri, & Asclepiades: quidam uerò, ut Hippocrat. Aristot. & Galenus ex quatuor elementis: præterea nonnulli, ut Erasistratus, & Aristot. uolebant unum tantum esse humorem nempè sanguinem, cæteros uerò humores superfluitates, & ob id corpus solo sanguine nutriri, & generari: quidam uerò ut Hippocrat. & Galen. quòd quatuor sint humores corpus nostrum nutrientes, utpote sanguis, utraque colera, & pituita: mitto multa alia id genus, in quibus antiqui discreparunt. Hæc igitur differentia, & opinionum multitudo in nobis est, propte-

rea

rea quòd ratio difficillima est, quæ etiam multitudo ostendit, quòd ratio uera non facilem habet inuentionem, siquidem Gale.dicit, quòd discordia ignorantiæ suspicionem parit: altero uerò modo capitur iudicium ab Empiricis pro dijudicatione eorum, quæ experientia sunt inuenta, quod etiam est difficile, cùm enim multa fuerint adhibita corpori, quæ iuuerint, ignoramus. Sic igitur cùm occasio agendorum præceps sit, & momentanea, & duo instrumenta ad artes inueniendas necessaria, necnon & remediorum inuentionem experimentum scilicet, & ratio. alterum nempè experimentum sit periculosum, & altera ratio difficilis sit, relinquitur artem medicinæ longam esse, ita ut uitam hominis excedat. Proinde quidam doctißimus Iunior aduersus Gale.insurgit, illumq; redarguit, quòd uidetur uelle Hippo.dixisse artem esse longam occasione, experimento,& ratione,etenim his non potest ars ab uno solo homine reperiri, & perfici quã tumuis diligenti, & laborioso,sed satis est, ut quæ unus inuenerit, tradiderit posteritati, & deinde secundus, & iterum tertius inuentis addiderit,donec ars pfecta euaserit: dicit enim aduersus Galenum, quòd Hippo. in hoc libro non docet artem medicam inuenire, sed iam inuentam tradit; neque enim ipse Hipp.artem inuenit,

Primo de rat. uict.a. cót. 15.

uenit, sed ante ipsum Aesculapius methodo artem tradere cœpit: Quare Hippo. in hoc libro artem medicam non inuenit, sed iam inuentam docere intendit: item frustra Hippo. artem longam comprobaret, quoniam occasio preceps est, si de arte inuenienda intelligeret, cum occasio ad artē inueniendā, constituēdamque non requiratur, quocunque enim tempore habetur occasio inueniendi artem, & constituendi, ponendique theoremata: & propterea addit erroris Galen. causam extitisse, propterea quòd Galen. artem ab usu artis non distinxit, ars enim ipsa breui tempore per doctrinam haberi potest, usus autem non per doctrinam, ut ex ipsomet colligitur, sed per exercitationem comprehendi potest, que ab uniuersali methodo per doctrinam acquisita dirigetur, cum enim exempli gratia nobis occurrit, æger ex repletione, quia uniuersalis methodus docet, quòd indicatione sumpta à morbo, pro curatione cōtraria sunt adhibenda, et repletioni contraria est inanitio, ideo corpus inaniendum est, quod efficitur euacuatione: & cùm euacuatio medicamentis fiat, dandum igitur medicamentum talem, uel talem humorem euacuans est. Hucusque uniuersalis methodus est, cum uerò ad particularia accedere uolumus, & ad usum descendere, imprimis se nobis offert occasio, quæ præceps est, & momentanea, & ideo

Primo de die. cret. 5.

Primo ad Glau. & 3. meth. 7.

non

nō nisi ab homine exercitatissimo cognosci potest, secundo experimentum, quod est periculosum ob subiecti nobilitatem, & fallax, quia multa requiruntur, ut experiamur, cognoscendaque plurima sunt, ac consideranda medico, ut si sit euacuandum, scire opus est, quis sit humor peccans, neque hoc satis est, sed non ingnorandum adhuc, quantum sit euacuandum: hoc autem ex quantitate lapsus dignoscetur, quæ lapsus quantitas teneri non potest, ni prius huius corporis temperiem cognouerimus: dicebat nanque Galenus primo ad Glau. oportet medicum non solum communem hominis naturam cognoscere, sed & propriam uniuscuiusque, & eos exactius curat, quorum ante ægritudinem habuit consuetudinem, & cognouit, quem colorem habuerit, quam habitudinem, natiuumq; calorem, atque arteriarum pulsum: & rursus dicit, cuiusque naturam propriā esse quæ ineffabilis est, atque cuiusque propriam esse curationem, quod quàmmaxime difficile est, ita ut dixerit Galen. 3. Meth. 7 quòd si cuiusque priuatim naturā explorare ad unguē sciret, talem se esse putaret, qualem fuisse Aesculapium mente concipit: insuper dato, quòd habeatur quantum sit euacuandum, hoc etiam satis non est, sed sciendum adhuc, quæ sit ægrotantis consuetudo, qua inquam medicamenti quantitate soluatur, propter quod Galen.

nisi medicus nouerit & naturam, & consuetudinem ægrotantium, quorum aliqui difficulter ex natura purgantur, aliqui uerò copiose euacuantur, modico etiam assumpto medicamento, ꝑcipit, ut in pleuritide potius sanguis mittatur, quàm exhibeatur medicamentum, etiam quòd purgatio magis congruere uideatur. Cùm igitur prædicta à medico consideranda sint, quæ infinita sunt, & indeterminata in indiuiduis, quæ experientia sunt cognoscēda, relinquitur, quòd experientia facile fallax esse potest: & sic ars longa erit hac ratione, quandoquidem si medicus ēt uiueret per mille annos in omnibus indiuiduis prædicta omnia exquisite cognoscere nō posset: usus igitur artem esse lōgam efficit, tertio se nobis offert iudicium, cùm operari uolumus, quod est difficile: cum enim, ut superius dictum est, multa sint a nobis cognoscenda, sæpeq́ue morbi, & morborum causæ sensum effugiant, ita ut medicum uti artificiali coniectura oporteat, ut morbum, & causas cognoscat, rerumq́; differentias, quæ circa corpus agendæ sunt, quæ non facile dijudicari, atque cognosci queunt: ideo & iudicium difficile, atque artem ipsam esse longam consequitur. Hæc sanè omnia in se & rectè dicta & uera sunt, uerum uir hic iniuste Galenum increpat, pro cuius defensione animaduertendum est, quòd uoluit Galenus artem ipsam, quæ intel

2. De rat. uict. acut. 2.

lectus

lectus est habitus non solum ratione, sed experimento, & exercitatione perfecta acquiri, quod expresse habet ipse, inquiens, Ad uniuersalem denuò exercitationem reuertamur, pro compertò habentes non licere ullius artis scientiam nãcisci, nisi & methodum quandam habueris per uniuersalia uocata theoremata, & in particularibus te exemplis exercueris: & tandem inquit, quòd ut qui iter agit, ne claudicet, utroque crure inuicem uti debet, ita & in qualibet arte ratione utẽdũ est, atq; exercitatione duobus uelut i cruribus, ut.n. dictũ est superius, nõ oĩa ĩ medicina sola ratione, sed & experimẽto haberi possunt; insuper inquit Gal. uniuersalis inquàm methodus sine exercitatione multa in singularibus artificem bonum efficere non potest, atque hoc tibi in omnibus huiusmodi uidere licet. Nam si aliquis, quamuis optimo præditus ingenio, quapiam in re exercitationem negligat, nunquàm illis, qui licet natura sint inferiores, diligentia tamen, & studio superant, melior euadet: quod quidem præcipue contingit, quoniam exercitatio circa particularia habitum illum uniuersalem in intellectu existentem firmiorem ac stabiliorem reddit, utpote si cognouero, quòd tertiana febris ex euacuatione flauæ bilis remouetur, si deinde Reubarbarum Socrati exhibuero tertianario, quod flauã bilem euacuet,

9. Meth. 6.

9. De decre. Hippo. & Plat.

ex qua quidē euacuatione Socrates a febre tertiana liberetur, uniuersalis tunc illa notitia, in me stabilior, & firmior fiet, eique maiorem fidem adhibebo: Vnde dato quòd etiam uniuersalis illa methodus in se breui temporis spatio teneri poßet, quia tamen perfecta, ac præsertim in medicina sine exercitatione esse non potest, relinquitur, quòd ob illa tria ars longa sit, & uitam hominis excedat non solum ratione usus, sed & habitus uniuersalis, si perfici debent: Ex quo sequitur, quod in arte perdiscenda eisdem utamur instrumentis, quibus & in arte inuenienda, experimento scilicet, & ratione. Insuper si in arte inuenienda utimur experimento, cum ea quę experiri debeant, in tempore idoneo, & opportuno experimento subijciantur neceße sit, relinquitur, quòd & in arte indaganda occasio erit præceps, & momentanea. Quod uerò dicit Hippocratem artem medicam inuenire, non docere, sed artem inuentam tradere, nihil efficit, quandoquidem uult Hippo. quòd cum ars hæc inuentu difficilis existat, ut ab uno solo inueniri, & perfici non poßit, ideo unusquisque quæ inuenerit, literis mandare debet, atque aphoristico sermone, tùm ut alij superuenientes & aliquid addentes, eam tandem perficiant, tùm ut unusquisque breuiori tempore, quæ scripta sunt, perdiscere poßit, &

ad exercitationem accedere, qua uniuersalis ille habitus perficitur, ut dictum est; & hoc quidem modo ea arti inueniendæ uel optime accommodantur. Quòd uerò Hippocra. artem non perfecerit, omnino habet Galen. & licet Hippo primus artis medicæ inuentor non extiterit, fuit tamen primus, quid ea prodidit, quæ attinēt ad artis opera, ut refert Gal. Nihil igitur habet uir ille contra Galenum, ut ex nostra defensione satis constat, atque iuxta illius placita rectè dicendum est, artem inueniendā esse longam uti declaratum est, uniuersalem uerò habitum breuiore tempore disci poße, ut Galen. affirmat, & etiam uidetur dicere Rasis inquiens, quòd legentes libros antiquorum poßunt omnes breui perdiscere, ac si mille annis uixissent, quòd si quis ditior, & acutior sit omnibus, longißimæq; uitæ, medicinam inuenire, atque perficere non poterit: uerum quia multa sunt, quæ & artem per doctrinam acquirendam perdifficilem reddunt, qualis est pars prognostica, de qua dixit Galen. quòd si unum aliquod ex signis, aut etiam plurium collectio haberetur, quę firmiter indicarēt quod futurum est, nec Hippocrates artem esse longam dixisset, ideo contingit artem per doctrinam adhuc non esse breuem, nisi quis aptus natura, & cui suppetat tempus, eam impensiori studio doctrina aphoristica addiscere conetur

6. Meth. 4
7. Meth. 2
Libello de atra bile.
Primo de dieb. criti. 5.
4 ad Almā. ultimo.
1. De cris. 13.

tur, ut asserit Galen. in commento: Multa etiam sunt alia in medicina cognoscenda, quæ hanc artem longam per doctrinam reddunt: & ideo dicebat Galen. tanta est rerum obscuritas, ut si etiam in triplum uita nostra prorogetur, non sufficiat, ut omnia exacte cognoscantur, sed præter cætera exercitatio necessaria est, ut habitus perficiatur, ut superius à nobis dictum est: Quare Auer. inquit, quòd præter cognitionem uniuersalium experientia necessaria est, qua particularia principia habeantur in eo, quòd in unoquoque indiuiduo fieri debet, quæ principia scribi non possunt omnia, siquidem infinita sunt, & ista medicinæ pars in hac arte nos perfectionem habere prohibet, quandoquidem magis est experientiæ appropriata, quàm rationi: & ob id dixit Hippocra. uita breuis, ars uerò longa: & Insuper dicit ipse, Artem eße longam ratione partis, qua quotidie experimento medicinas inuenimus, qua ratione Hippocra. protulit, quòd uita breuis est, ars uerò longa: Constat itaque ex dictis, quod licet uniuersalis habitus, ut habetur ex libris antiquorum, breuiori tempore perdisci poßit, non tamen is eo temporis spatio, ob rationes superius tactas, ad summam perfectionem deduci ualet. Dices, Gal. inquit, Ipsa. n. ueritas celerrimã inuentionem obtinet, ut quæ ab euidenter apparentibus

3. De diff. pul. à principio.

7. Coll. 6.

Primo Col li. 1.

2. De simpli. medi. penultimo

rentibus exoriatur, cuius tamen oppositum hoc loco Gal. asserere uidetur. Responderi potest quod ueritas agit sui ratione apud dispositum septem illis conditionibus, de quibus Gal. habet libro de const. art. med. inuētionem celerrimam habet, qui uero harum qualibet destituti sunt, haud facilè ueritatem reperire poßunt: at quia pauci conditiones illas septem obtinent, ideo diuersæ hæreses ortæ sunt, quæ artis inueniendæ adaugent difficultatem. Ars itaque inuenienda uitam excedit, propterea quòd & qui illas habet septem conditiones, pluribus indiget, ut inueniat, quàm ut per doctrinā acquirat, ut ex Gal. collligitur, cum inquit: Fides enim artium contra se habent, quàm inuentiones: creduntur enim ex operibus, inueniuntur ex principijs; quare mihi necessarium fuit, naturalem scientiam perdiscere, tibi uerò iā artis operibus adinuētis uiā discere sufficit, &c. plura adhuc alia sunt, quibus inuentor indiget, uerum hæc recensentes nimis longum sermonem protraheremus. Sed ea ipsa missa facientes unum uobis aduertendum esse putamus, quòd nonnulli uolunt medicinam sola experientia haberi posse, ut declarat Gal. lib. de sub fig. empir. Sed aduersus hoc imprimis uidetur artis diffinitio ab Arist. 6. ethi. tradita, quæ non congruit empiricorum medicinæ: Vnde medicina empiricorum non est ars propriè,

cap. 7.

3. de cris.

sed communiter, atque empirici potius experti, quàm artifices dicuntur, etenim ex Arist. primo metaph. in principio artifices expertis sapientiores sunt, hi nanque quia sciunt, sed propter quid ignorant, illi autem propter quid & causam comprehendunt. Quòd uerò Gal. ait libro de subfig. empir. ut empiricus protulit, siquidem ferè in principio libri dixit ipse, Tu uerò, quæ deinceps dicturus sum, ut ab empirico dicta suscipias, prius enim dixerat se uelle sub compendio colligere, quę, qualis ve sit empiricorum disciplina; adde quòd Gal. scriptum reliquit (empirici qui
3. meth. 1. & 2. *dem per experientiam inueniri omnia cõtendũt: nos partim experiẽtia, partim ratione, cùm neq; illa inuenire omnia queãt, neq; sola ratio &c.) & contra empiricos loquens idipsum longo sermone corroborabat: quare ad artes inueniẽdas non solum ratione, sed & experiẽtia indigemus, de ratione quidem res clara est, cum dicat Aristot. quòd artifex scit causam, & propter quid, empiricus autem quia duntaxat, ut superius dictum est, de experimẽto autem inquit Aristo. in calce secundi Post. ex sensu memoriam, ex memoria experientiam, ab experientia consurgere in intellectu uniuersalis notitiam, quæ est artis, uel scientiæ initium: cùm autem ait expertos magis proficere, quàm artifices sine experientia, de dicta non loquitur experientia ar-*

tibus

tibus necessaria inueniendis, sed de altera, qua indiget artifex, ut circa singularia operetur, cũ ars circa singularia uersetur, cùm enim sit factiua, & factio sit singularium, erit ergo ars non solum uniuersalium, sed & particularium. Vnde Aristot. dicebat, quòd Calias sanatur, non homo nisi per accidens, propterea quòd accidit ei, q̄ sit homo, itidem Gal. corroborat inquiens, quòd commune ad usum secundum obtinet locum, & Cuiusque hominis propriam esse curationem, non omnium communem, ut dicunt studiosissimi Methodici: non enim curatur homo communis, & generalis, sed nostrum quisque: & de huiusmodi experientia loquitur etiam Gal. quæ requiritur, tùm ut artifex operetur, tùm ut habitus intellectus stabilior, & certior fiat. Sequitur secunda Aphorismi pars, [Nec solum seipsum præstare oportet opportuna facientem, sed & ægrum, & aßidentes, & exteriora.] Quæ sanè pars à quibusdam exponitur, quòd probet artem eße longam, quandoquidem difficile admodum est inuenire infirmos, in quibus quatuor hic ab Hippoc. proposita obseruentur. Verùm cùm dicat Gal. occasionem esse momentaneam ob materiæ mutationem à causis tùm intrinsecis, tùm etiam extrinsecis, dicendum uidetur hoc, quod est, quatuor dicta non obseruare, inter causas materiam alteran-

Principio primi ad Glau.
3.meth.7.
9. meth.6.
1.de dieb. crit. 11.

tes contineri, atque hunc in modum ad momentaneam mutationem reduci. Altero modo exponi potest, quòd hoc loco tractatio exordium sumat, & secundus sit Aphorismus, in quo Hippo. modũ operandi docere incipiat, quòd scilicet medicus non tantum faciat, quæ debet ipse ex se, & infirmi obediant; sed & quòd aßidentes disponat, qui pariter opportuna conficiant, præcipiantq́ue, ut omnia exteriora ita administrẽtur, & disponantur, ut nullum unquàm contingat incommodum. Huic adstipulatur Hippoc. & Gal. sententia 6. epid. ubi quæ agenda circa ægrum

Sect.4.con tex.8. & 9. sunt, ostendunt, siquidem dicunt ipsi, ꝙ ordinatus intentionibus curatiuis medici facere debent, quæ infirmos delectent: quod declarat Hippoc. quoad attinentia sensui uisus, atque tactus, qui

4.de.lo. af fe.2. duo sensus extremi sunt, ex his medicos comprehendere uolens, ut annotat Gal. addit Hippoc. eo in loco, Nisi multum noceat &c. neq; enim concedendum est, quod magnam læsionem affert: debet igitur ei obtemperare pro posse,

2.Aph.38. tùm propter id, quod dicit, Parum deterior cibus, aut potus, tùm ut æger amans medicum ei magis obediat, & (ut uno uerbo dicam) ex Hippo. colligi uidetur, ꝙ ipsius sententia fuit, ut omnia prædicta medicus ordinet, uti par esse uidetur. Quæ sanè expositio Oribasii esse censetur, qui ob id hunc secundum fecit Aphorismum,

non

non autem partem primi. Gal. autem in commē to alio modo secundam hanc partem exponere contendit, nempè quòd Hippocrat. scribit hæc uerba non similis pronuntianti, sed consulenti, uel conuentionem facienti, quod experturi an uera sint hoc libro contenta hunc in modum procedere debent, ut hæc quatuor adamusim ob seruentur, alioquin continget, ut asserit Gal. in fi ne commenti uel præcognitionem, uel curatio- nem, uel utrunque interrumpi. Cuius etiam par tis Aphorismi sententiam habet, ubi etiam de- clarat, quæ ad aßidentes attinent, quæque ex- teriora sunt nominanda: Aßidentes utiq; in om nibus medico parere debent, atq; ita se gerere, ut infirmus ne irascatur, nec contristetur, aut re latione rei tristis, aut non recta eorum, quæ pa- randa sunt, administratione: Exteriorum quine tiam plurimæ sunt species, utpote pluuia, toni- truum, coruscatio fulmē, tumultus uicinorū, la tratus canum, ingressus latronum, ruina domus, lapsus tegularum, incendiū, percußio, & istius- modi, & in fine commenti addit Gal. habitatio- nes idoneas plenas turbarū, uel omni turba ua- cātes, quæ nūciātur, aut agūtur quæ irā, aut tri stitiā, aut quid aliud infligunt ægrotāti, quæ ue rò casu eueniūt, attinēt ad exteriora, sicuti q̃ ab astātibus nunciātur, ad eos spectant. Quare Gal. enumerat inter ea, in quibus peccāt aßidētes, &

2. de dieb. crit 2. & 1. eiusdē 11.

1. de dieb. crit. 11.

9. meth. 1. pariter, quæ nocturnum soporem obrumpunt. Dices, Gal. alibi ait, Ephemerã mutari in aliud genus febris uel ob ignorantiam medicorum, uel intemperantiam ægrorum, uel ob ministrantium errorem, de exterioribus autem nihil meminit. Respondendum est, quòd licet quatuor sint seruanda, ut experiamur, nùm hoc loco scripta uera sint, error tamen in tribus duntaxat contingit, exteriorum enim nõ est error, sed casus. Dices denuò, cur uigiliæ factæ actione naturæ in materiam crisim, & prognosticum non impediũt, quæ uerò à causa externa fiunt, crisim prohibẽt. Respondeas uelim ex Gal. quòd medicus intueri potest nocumentum contingẽs à necessariò actionem naturæ consequentibus, at nocumentum ab extrinsecis prospicere medicus non potest, nec non addere nocumento facto à natura operante. Nocumenta igitur naturæ crisim non impediunt, siquidem coctionis signa ostendũt, quòd natura materiam superat non obstantibus nocumentis eius actione contingentibus. Et quoniam Gal. in commẽto, quatuor Hippocratis dicta esse obseruanda inquit, quãdoquidem ob illa plerũq; uel præcognitionem, uel curationem interrumpi contingit, ideo uidetur, ꝙ quatuor illis seruatis, nullo alio addito, medicus prognosticari potest: cuius tamen oppositum sensit Conciliator, etenim uoluit quatuor etiam seruatis, ut addatur, nisi

1. de dieb. crit. 11. & lib. de cõst. art. 18.

Diff. 2.

nisi quid accidat inopinatum. Et imprimis adducit fundamentum unum ex secunda apho. Acutorũ morborũ non omnino sunt certę prænũciationes salutis, uel mortis: uerum hoc soluitur ex Gal. in com. dicente, quod Hippo. in longis uidetur fidere præcognitionibus, in acutis uerò non omnibus, sed quandoque falli præcognitionem fatetur, cum aliquando, licet raro, contingat medicum optimum errare, quod ob subitam in iudicatione mutationem efficitur, quæ naturam consequitur humorum morbificorum: & quoniam humor noxius aliquando ex uno loco transfertur ad alterum, idcirco dixit Hippoc. in Aphorismo non omnino, id est, raro falluntur: quod idem sensisse uidetur Gal. ubi inquit, in quibus humores non defluunt, sed partem obsederunt, licet prognosticari quatuor Hippoc. obseruatis, hæc enim una est setnentia, quòd seruatis his quatuor, ut plurimum prẹnunciationes certæ sunt salutis, uel mortis, cùm tamen Conciliator asserat id semper addendum esse: Secundo aliud fundamentum adducit ex 6. Apho. A morbo laterali, uel pulmonia habito alui profluuium adueniens malum: Gal. in com. dicit, communiter autem in his, & alijs omnibus quæcunque eodem modo dicuntur, id meminisse oportet, quòd nullus alius extemporaneus casus superueniat, ut etiam nunc alui

Apho. 19.

Lib. de const. art. 18.

Apho. 16.

profluuium non ex cibo, uel potu, ſed morbi ratione contingit, ſed aliud eſt dicere, niſi quid ſuperueniat, & aliud ſi alui profluuium non ex cibo, uel potu, ſed ab ęgritudine: uel quòd conſiderare oportet, an gæritudo ſit magna, uel mediocris cum ſignis coctionis, et iſtiuſmodi. Tertio corroboratur idipſum ex Gal. authoritate 5. de lo.
cap. 7. affec. recenſentis hiſtoriam Glauco. & Medici Siculi putantis pleuritidem habere, cùm tamen laboraret hepatis inflammatione, qua de cauſa abſolute prognoſticari noluit: Sed noluit abſolute dicere iugulum inferius trahi, ſiquidem non in omnibus id fit, ſed in magnis duntaxat inflammationibus, ob id nil ualet illius ratio, quam ex Galeni deſumit authoritate. Proinde Galenus in commẽto expoſita Aphoriſmi ſententia, quærit, cur Hippocrates tali uſus ſit proęmio, datq; ſeptem reſponſiones, primam quidem, ut hortetur homines ad artem nauiter exercendam: ſed inquit Gal. licet uerũ ſit hoc, non tamen uidetur congruere huius libri proęmio, niſi dicatur hunc eſſe totius artis procemium, uerũ inquit ipſe Hippocratem feciſſe totius artis procemium in libro, quæ in Medica trina fiunt, ſeu de officio Medici inſcripto: Secundã autem reſponſionem, ut dehortetur homines ab arte Medicinæ: quod (ait Galenus) non debet facere, qui libros exarat, etenim illius proculdubiò extrema dementia fo-

ret,

ret,qui homines ab eis totaque arte alienaret: Tertiam uerò,ut deligat aptos ad artem nauiter exercendam: at dicit Gal.hoc esset dicendũ si pro communi procemium haberetur, quo solos natura aptos ostenderet,quibusq; suppetit tempus,posse artem discere longam,itẽ delectio illa fieri debet non quidem per libros,sed per mutuos sermones,ut etiam Plato docuit : Adhæc quartam subijcit,ut causam afferret,cur commẽtationes scribere oporteat ,& quintam quartæ similem,præter id quòd addidit , Aphoristicas. Gal.licet quartam laudet,magis tamen quintam comprobat,quãdoquidẽ forma doctrinæ Aphoristica utilißima est illis,qui uolunt breui artem docere lõgam:His responsionibus adstipulatur, & reducitur,quod dicit Gal.ubi reprobans pugnantes de nominibus ait , tanta est rerum obscuritas,ut si uel in triplum uita nostra prorogetur , exacte omnia cognoscere non possemus: Quare dixit Hippo.uita breuis, ars uerò longa, & alibi dicit,quod loquuturus de uiribus medicamẽtorũ aniles fabulas,& incantationes omittet,quibus Pamphilus usus est,cũ falsa,& inutilia sint,quare ab Hippocrate dictum est , uita breuis,ars uerò longa:Sextam postea responsionẽ subdit Gal. ut aßignet causam,cur ars sit cõiecturalis,& septimam postremo,quot de causis medicus fine frustretur.Verum,asserit ipse , ex-

3. De diff. pulsu.[...] in principio.

6.De simpli.med.1.

trema

tremæ esset dementiæ, nec Hippocrate dignum in principio operis docere, quòd ars est coniectu ralis, uel quòd fine frustramur siue id ex nobis, si ue artis magnitudine cõtingat: itẽ in secunda Aphorismi parte dixisset: Et medicus etiã ipse de linquit, & ægri: sed loquendi modus magis uide tur eius, qui omnia hæc scripta uera esse profitea tur: ex declaratis autem facile ostendi potest Hippo. hoc Aphorismo reddere auditores doci les, attẽtos & beneuolos, ut in proœmio fieri de cet: reddit enim docilem, cum proponat, de quo agendum sit, cum ait se in medicina doctrinam Aphoristicam ob artis longitudinem esse scriptu- rũ: attentum, cum magna admodum pollicetur: beneuolum, cum hoc ualde utile sit uolenti bre ui artẽ docere longam. Cæterum alio etiam modo hic Aphorismus exponi à nobis potest, salua sẽ per Galeni interpretatione, quòd Hippo. hoc li- bro scripturus artem medicam, primo medicum cautum reddit, quòd oportet, si uult hanc artem adipisci, & ea uti, ut sit studiosus, diligens, exer citatus, natura prudens, & imitator naturę be- ne operantis: imprimis autem dicit oportere ip- sum esse studiosum: uita enim breuis, ars uero lõ ga est, quę tota unico & breui uolumine doceri non põt: dicebat nanq; Gal. libro de plenit. quòd si res tam magnę ea comparatę essent natura, ut unico libro explicari possent, ars utique lon-

ga

ga non esset: Diligentem autem illum esse opus est. si quidem occasio preceps est, ne descendens ad usum bene agendi opportunitatem omittat: exercitatum uerò, quandoquidem experimẽtum est periculosum ob subiecti prestantiam, neque enim oportet adhibere presidia, que experientia comprobata non sint, ut superius à nobis dictum est: Natura quinetiam prudentem esse debet, etenim iudicium est difficile, siue pro ratione, siue pro dijudicatione sumatur: quòd.n.hoc uel illud conferat uel ledet, & per se, uel per accidens, difficile est iudicare, quod si talis medicus fuerit, non solum ipse faciet opportunu, sed curabit, ut & eger & minister & exteriora bene sint preparata: adhec imitatorem etiam nature recte operantis esse oportet, quoniam uidemus in euacuationibus à natura factis, si talia purgentur, qualia purgari conuenit, confert, & leuiter ferunt egrotantes: sin minus, contra. sic etiam medicus debet studere, ut in euacuationibus, q̃ ab ipso fiunt talia purgentur, qualia purgari oportet, quòd ut optime fiat, debet medicus inspicere & regionem, & tempus, & etatem, & morbum, in quibus conueniat, aut non, talẽ, uel talem facere euacuationem. In hoc autem aduertenda Hippocratis admiranda breuitas est, qui simul & scribit procemium, et medicine precepta tradit, cùm enim ait. Nec solum seipsum pre-

stare

ſtare oportet opportuna facientem &c. præceptum unum conſtituit, ut ſuperius declaratum eſt, pariter in ſecundo Aphoriſmo aliud præceptum ponit, quòd medicus debet euacuare humorem ſua qualitate corpus moleſtantem. Poteſt ēt & tertius, & quartus, & quintus Aphoriſmus poni in proœmio, in quibus Aphoriſmis reddēs medicum cautum, eum facit attentum, docilem, atque beneuolum, & unà medicinæ præcepta cōſtituit. In tertio enim reddit medicum cautum, vt cum vult euacuare, aut replere, ſummas uitet repletiones, & euacuationes ad extremum, quoniam utræque ſunt periculoſæ: in quarto uero ſimiliter medicum cautum reddit, vt ipſe uſurus uictu tenui, & tenuiſsimo, & pleno caute agat, ne magni contingant errores ex magnis in
2. De uict. acut. 18. et 44. uictu mutationibus, nam ut habet Gal. non faciendæ inſignes in uictu mutationes, niſi etiam in corpore inſignes fiant mutationes, & hoc potiſsimum ſcripſit Hippo. quoniam ut habet primo de rat. uict. acut. quidam omnibus ægris to-
Cōtex. 13 tam ptiſſanam dabant, quidam eius ſuccum, quidam ſummis inedijs cruciabāt, ægros quidam immoderate replebant, ut Petronas, qui uinum & carnes exhibebat. Quodſi dixeris Galenum ibi dixiſſe, quòd Hippo. relictis monſtruoſis opinionibus, quales ſunt, aut nihil dantes omnibus ægris, aut replentes, ad moderatiores ſe contu-

lit,

lit, huic respondetur, quòd Gal. ait Hippo. ibi nõ loqui de monstruosis eas reprobando, ut Erasistratus fecit in libro primo de febribus, pariter etiam dico, quòd eas hic non reprobat, sed solum reddens medicos cautos, ut à prædictis opinionibus abhorrere uelint, dat illud sine reprobatione præceptum, quòd uictus tenuis, & exquisitus in longis semper, in acutis, in quibus non conuenit, periculosus. At in quinto Aphorismo reddit medicum cautum, ut cum usurus est tenui uictu caute procedat ita, ut non cõtingãt errores: propterea quòd si etiam uictus tenuis conueniret, si fient errores, lædet etiam magis, quàm si æger uteretur uictu paulò pleniori: Et hoc quidem modo satis manifestum est, qua ratione simul & proœmium conficiat, & medicinæ præcepta tradat, quæ sanè præcepta attinent ad euacuationem, & repletionẽ, & uictus rationẽ. In hac autem prima particula loquitur Hippo. de ratione duntaxat uictus, & euacuatione: propterea qa cũ medicina (ut dictũ superius fuit) ab Hippo. diffinita sit, quòd est adiectio, & ablatio, cumq; hæc duo fiant potißimum euacuatione, repletione, & uictus rõne, ut satis patet, Hip. de his euacuatione. s. & repletione, & rõne uictus ĩ hoc Aphorismorũ libro loquutus est, uerũ in hac prima particula ĩ uniuersali oẽs ponẽs cõditiones, seu regulas, uel distinctiones uniuersales,

uersales, in alijs vero particulis in particulari, & regulas, conditionesque particulares, ut exẽpli gratia in Aphorismo 21. huius dicit Hippo. Quò uergit natura, eò ducere per conuenientes regiones, hæc utique regula docens modum euacuationis uniuersalis est, cùm uerò in quarta Apho. ait ipse, Medicari æstate superiores magis, hieme uerò inferiores, partialis est regula, quæ potestate in illa prima uniuersali continetur, & per eã corroboratur, etenim æstate (inquit) magis medicari superiores, quia æstate, cum humores magis sint biliosi, & tenues, quos natura ad superiores partes uergit, propterea per regulã uniuersalem per superiora purgandi sunt, hieme uerò per inferiora, eo nanque tempore humores craßi, & graues ad inferiora tendunt, & uergunt: & ita omnes regulæ particulares, de quibus agit in alijs particulis, ad has regulas uniuersales reducuntur, & per eas probantur: et licet Hippo. hæc præcepta medicinæ non doceat methodo, seu licet methodum ipsam non doceat ut fecit Gal. in lib. de const. art. med. & libro methodi med. attamen in his præceptis omnino methodus apparet, ut audiens Lazarum disertißime orantem, licet orandi methodum non doceat, uel qua in orando utatur methodo, is tamen in illa oratione methodum, ut paulo ante dixi, percipiet. Neque audiendi mehercle sunt, qui di-

Aph. 4.

cunt

cunt Hippo. methodo medicinã non tradere, propterea quòd hoc loco usum medicinæ tradere intendit, & ob id agit de euacuatione, & dieta, quæ attinent ad usum, quoniam usus habetur exercitatione, quæ est circa singularia, non per libros: Quod si intelligant per usum præcepta ad usum attinentia, ex his nanque descendimus ad usum, hi utique recte dicunt, ac sentiunt. Hæc de primo Aphorismo sat dicta sufficiant: ad secundum condescendamus.

APHORISMVS SECVNDVS.

IN perturbationibus uẽtris, & uomitibus spontinis, si talia purgentur, qualia purgari oportet, confert, & leuiter ferunt, sin minus, contra: sic & uasorum inanitio si talis fiat, qualis fieri debet, confert, & bene tolerant, sin minus, contra: Inspicere itaque oportet & regionem, & tempus, & ætatem, & morbos, in quibus conueniat, aut non.

IN secundo hoc Aphorismo incipit tractatus, qui in septem particulas diuiditur: in prima quidem habetur uictus ratio,

tio, & euacuatio, in secundo nanque, & tertio de modo euacuandi, & à quarto usq; ad decimũ nonum inclusiue de ratione uictus agit Hipp. & à uigesimo ad finẽ usq; admodum redit euacuationis. Aduertẽdũ aũt est, quòd in euacuatione quatuor sunt consideranda, qualitas, quantitas, modus, & tẽpus euacuationis: de qualitate quidẽ in hoc secundo, de quantitate in tertio loquitur, sicut de modo in 21. & de tempore in 22. Aphorismo, ut in fine huius cõmẽti à Galeno colligitur: & quoniã cõueniẽs erat, ut in principio artis Hipp. eos cautos redderet, qui cupiunt eã & perdiscere, & exercere, ideo primum docet loquens de qualitate euacuationis, quòd medicus debet naturam imitari rectè operantem, Aristo. ait artem debere imitari naturam, & Gal. hic in cõmẽto, & alibi addit, rectè operãtẽ, quã in operibus artis medicum imitari Hippo. hortari est assuetus, & com. 21. huius Gal. dicit, oportet medicum naturæ motum aduertere, & si idoneus fuerit, ei adminiculari, si uerò contrarius, & noxius, hunc prohibere, transferre, ac diuertere oportet. Supposito itaque Hippo. exemplo ab euacuatione à natura sumpto, ostendit, quòd medicus purgans debet purgare humorem noxium, uel talem, qualis purgandus est, hunc in modum inquiens [In perturbationibus uẽtris] hoc est, euacuationibus per inferiora, quibus ægri

2. Phy. 78. 3. metaph. 28. 6. aph. 15.

grimodo torminibus, modo rugitibus, & huiuſ modi perturbantur, ſubdit [& vomitibus] id-eſt motibus, quibus ventriculus expellit ea, quæ in eius ſpatio continentur [ſpontinis] hoc eſt à natura factis, etenim dicebat Gale. ſponte euacuantur, quæ ſine medicamine excernũtur, 4. Apho. 2. & ſpontaneum dicitur, non quod ſine cauſa fit, & 6. Aph. ſed quod ſine cauſa ex nobis efficitur: Subiun- 14. git [Si talia purgẽtur, qualia purgari oportet] Purgatio eſt humorum euacuatio, qui ſua qualitate moleſtãt, vt inquit Gal. in cõmento, quod ſanè uocabulum dicit ipſe. duo ſignificat, alterũ 5. De ſimplic. medi. 20. quidem commune omnium, quæ quouis modo animalis expurgant recrementa: alterum verò p excellentiam de his tantum dicitur, quæ aut per vomitum, aut per ventris deiectionem purgent; & quoniam ſecundo modo capit Hippo. ideo de euacuatione ſolum per inteſtina, & per uomitum loquitur, atque de hac ſecundum qualitatem, non autem quantitatem, quemadmodum cuique ex loquendi modo ſatis conſtat: nam cũ talia, & qualia qualitatis ſint relatiua, ſicut tãta & quanta, quantitatis, Hippo. inquiens [ſi talia purgentur, qualia purgari oportet, confert, & leuiter ferunt, ſin minus, contra] hoc eſt non confert, non niſi de eius qualitate loquutus eſt, vt recte etiam interpretatur Galenus, cuius inſequimur expoſitionẽ. Non deſunt autẽ nonnulli,

inter quos adest quidam cōtemporaneus noster, qui aduersus Galenum contendunt, Hippocratem in hoc Aphorismo de quantitate quoque euacuationis loquutum fuisse, dicentes, quòd cū humor multipliciter peccare poßit, nempè in substantia, qualitate, quantitate, & ubi; corpusque lædere, quomodocunque peccet, euacuari debet, quòd indicatur ex morbo, & molestia quā infert, ex qua sanè indicatione habetur quid agendum sit, non autem quantum, aut quomodo, aut ubi, quæ partiales sunt indicationes, & quemadmodum illa uniuersalis, cuius quidē signum est, quod facta conuenienti euacuatione confert, & bene tolerant ægrotantes, siue humor euacuatus peccet in substantia, siue quantitate, siue qualitate, siue ubi: quare (dicunt hi) Hipp. intelligit de quocunque humoris peccato, utpote quòd quocunq; modo peccet humor, si euacuatio talis erit, qualis fieri debet, hoc est, si euacuetur humor molestans, quacunque ratione molestet, confert, & bene tolerant, & Galenus perperam facit Hippocrat. sententiam particularem proponere, quæ tamen (ut dictū est) uniuersalis existit, siquidem in hoc Aphorismo de quantitate, alijsq; euacuationis modis in genere loquitur, in sequenti uerò de quantitate in specie, & de cæteris particulatim in alijs Aphorismis: Cæterū decipiūtur (ut et in primo Aphorismo

rismo

rismo) iniusteq; Galenum calumniantur, licet enim quocunque modo peccet humor, si euacuabitur id, quod molestat ægrotantem, conferentia, & tolerantia consequetur: non tamen sententia illa ita uniuersaliter prolata digna erat Hippocrate, quandoquidem uidetur hoc esse uulgaribus etiam satis manifestũ: quòd si dixeris, hoc fecit Hippo. ut inditium tradat bonæ euacuationis, quæcunque sit illa siue in quantitate, siue qualitate. unde infra commento 23. dixit Galen. quòd cum nullum habeamus inditium quantitatis, ob hanc causam nobis dedit Hippo. de eadem quantitate iudicandi uiam ex tolerantiæ facilitate, & quoniam talia euacuantur qualia oportet: respondeo, quod hoc nihil est, nam aliud est dicere quod tradat inditium bonæ euacuationis, qua id fuit euacuatum, quod quantitate molestabat, et aliud, quòd nobis det uiam iudicandi de humoris quantitate, qui euacuandus est, uel uacuatur: cùm enim humor sola quantitate peccat, & adsunt tria, de quibus Hippo. & Gal. inquiunt, nempè uirtus ualida, ætas, & morbus magnus, tũc habemus absolute, quòd per sectionem uenæ euacuandum est, facilitas autem tolerantiæ inditium est quantitatis euacuationis, non quòd absolute, & uniuersaliter euacuandum sit: Quare optime sequitur, quod dicit Gal. quòd sententia hæc non differret ab illa tertij Aphorismi, & 4. de rat. acut. 19.

23. in quibus agit de quantitate, præterea cum sanguis aliquando mittatur ad animi vsq; defectum, vt à Gal. colligitur, licet vltra uirium tolerantiam non mittatur, eo tamen casu tolerantiæ facilitas non apparet; quare loquendo de quantitate in genere id signum necessarium non erat, sed solũ in specie: verum cùm humor peccat qualitate, tametsi pspicuũ sit, q sit euacuãdus, quoniã molestat, quia tamen, vt dicit Gal. oẽs artificiosæ in actionibus coniecturæ aliquãdo aberrant (similitudines .n. non solum vulgares, sed & medicos eruditos aliquãdo decipiũt) propterea Hipp. dedit indiciũ, quo sciamus, quãdo euacuatio facta fuit talis, qualis fieri debebat, vt vel simus fidẽtiores in altera euacuatione, si recta fuerit prima, vel si errauerimus, magis cauti pro altera euacuatione efficiamur. Quod autẽ dicunt hi, Gale. immemorẽ esse sui ipsius, qui infra commento 14. inquit, vocabula quãtitatem significantia aliquando ab Hippocrate ad qualitatem transferri, dico q nihil efficit, siquidem illud facit Hippo. quãdo est assuetũ aliquod vocabulũ in quopiam significato sumi, quòd in eo, quod ei proprium est, vtpote cum febrẽ magnã, aut paruã dicimus, verũ non est assuetũ, vt per tale tantum, & per quale quãtum intelligamus. Supposito itaq; exemplo, quod ab Hippo. hoc loco proponitur, dicit [sic & uasorum inanitio]. i.

5. meth. & infra. & Apho.

4. Aph. 20.

euacuatio,

euacuatio, quæ à medico efficitur, etenim ex Galeni sententia hanc Hippo. non nominat inediam, nec uenæ sectionē, sed euacuationem ab euētu: solent.n. in omnibus euacuationibus uasa inaniri, addit Hippo. [Si talis fiat, qualis fieri debet confert, & bene tolerant]: Quare (dicit Gal.) medicus volens purgare, eorum purgationē moliri debet, quæ corpora molestant, vtpote si pituita, nō bilis euacuāda, sed pituita. Illa verò duo vocabula in contextu reposita, diuersa vtique importare debent, nam vt asserit Gal. Hippo. nihil superfluè, vel frustra dixit: vnde dico, quòd aliquid conferre potest, sed conferentia non apparebit, quæ ex facili, cùm apparet, tolerantia dignoscitur: vel dicatur, quòd si euacuetur corpus sanum, conferre non potest, sanus nanque non eget euacuatione, sed vi valida tolerare ualet. Proinde Aui. hanc sententiam ponens inquit, quòd malo humore euacuato sequitur alleuiatio, nisi sequatur laßitudo receptaculorum, aut caliditatis ebullitio, aut ephemera, aut intestinorum excoriatio, aut vlcera vesicæ: quę sanè dicta non sunt contra Hippocratem, proptereaque subdit Aui. & hoc licet iuuamentum conferat, eius tamen vtilitas non sentitur, immo quandoque præsentialiter dolet, donec accidens remoueatur. Cæterum expositores dicunt Aphorismum verum esse, si cum malo bonus nō

2. De diffe. spir. 8.

4. primi capit. 3.

euacuetur. uerum tunc non uacuantur, qualia euacuanda sunt, opportet enim ut solus malus uacuetur, læsio uerò est boni uacuati ratione: secundo dicunt, quòd uerus est, si solus malus humor non nimis etiam euacuetur; Sed falsum est, quod solus malus nimis uacuetur, nam simul etiam aliquid boni, ut ex Galen. colligitur, ubi cum ait Hippo.
6. Apho. 2. Quicunque suppurati, aut aquam inter cutem patientes uruntur, aut secantur, si pus, aut aqua uniuersim affluxerit, omnes moriuntur, dicebat Galen. uidetur in his propter magnam corporum distantiam, & puris acredinem ora uasorum arteriosorum esse aperta, quæ prius ueluti operculum pus continebant, quo uniuersim euacuato multi spiritus unà cum eo exeunt, atque excernuntur: item dicunt hi uerum esse Aphorismum, hoc addito, si uirtus debilis non est, at loquitur Hippocra. ubi uacuandum sit, cùm autem uis debilis est, euacuationem non molimur, & ob id neque illud etiam addendum est in contextu. Dices, pharmaco non correcto, humor peccans sine tolerantia uacuari potest: quid igitur dicendum? Respondeo, quòd lesio per accidens est, nō ex euacuatione. Adhuc instabis, quòd humor peccans uacuari potest in tam parua quanti
Cōtex. 51. tate, quòd non alleuiabitur, ut 2. prog. dicitur oīs

screatio

screatio mala, quæ dolorem non sedat, & Gal. in commento, sermo communis est in omni euacuatione, de qua in alijs libris, & Aphorismorum loquutus est: Dicendum est, quòd hic loquitur de qualitate, tu uero transis ad quantitatem, de qua inferius Hippocra. sermonem habet: Dici etiam potest, quòd merito uacuationis semper sequitur conferentia, sed quandoque aliud, ut quantitas, uel humor fluens ad locum læsum occultat conferentiam, quòd si ea materia non fuisset euacuata, dubio procul æger deterius se haberet, quoniã duo adessent nocumenta: pariter etiam aliquando humor malus ob iuuamentum aliquod non uacuatur, ut habet Aui. quòd in ascyte non uacuanda est colera, propterea quòd sui caliditate resistit aquositati. Curtius super hanc partem dicebat, quòd Hippo. ponit hanc sententiam, ut reprobet dicentes humores omnes per eandem medicinam uacuari sanguinem attrahentem, & eum uel in bilem, uel in pituitam conuertentem: Quam quidem opinionem reprobat Galen. Verum cum ibi dicat Galen. quòd Hippo. aduersus istos nil scripsit, quoniam nec Asclepiades, nec Erasistratus suo tempore uixerunt, qui hæc impudenter dixerint, dicendum est, ut supra, quòd Hippo. tradens artem medicam imprimis declarauit oportere medi-

14.3.tract. 4. cap. 13.

Lib. de med. purg. & de nat. hum. 27.

cum imitari naturam recte operantem, exemplo sumpto in euacuationibus, atque unà dedit inditium bonæ euacuationis. Ex dictis autem Hippocra. inferens, quæ medicus euacuaturus inspicere debeat, ut cognoscat, in quibus conueniat, aut non talis, vel talis humoris euacuationem moliri, subdit dicens. [Inspicere itaque oportet & regionem, & tempus, & ætatem, & morbos, in quibus conueniat, aut non.] Gale. in commento ait, quòd si humor in ambitu totius abundat, ex corporis colore coniectandum est, qui efflorescit similis humoribus, nisi in profundum recesserint, quòd si nec ambientis violentia calidi frigidivè, nec vllus animi affectus affuerit, quo humores in altum se receperint, ex colore certißima succi animalis cognitio habebitur, cuius tamen oppositum dicunt omnes ferè expositores, quòd est signum coniecturale, non certum, quare alia signa sunt cognoscenda. Addebat Gale. quòd si ex colore certißima cognitio haberi debet, opus est, ut humores in cutem violentius nō irruerint, in cutem autem irruūt, aut ob animi affectum, aut ob extrinsecum calorem: Quomodo autem diuersi colores diuersos indicent humores, declarabat Galen. inquiens, corpus albius solito pituitæ copiam, pallidius, aut flauius bilem, rubicundius sanguinem, nigrius

4. De tuē. ual. à principio.

4 De tuē. nale.

grius atram bilem indicat, quidam autem colorem habent, veluti plumbi, quidam mixtum ex albo, & liuido, nonnulli liuidum tantum, & hi omnes crudos humores significant dominare, qui ex genere sunt pituitæ, sed minus habent humiditatis, quàm ea, quæ communiter pituita dicitur: cuius causa colligitur ex Rasi, 2. ad Alm. primo.
dicens, quòd color plumbens ex albo, & viridi coleræ nigræ, & phlegmatis dominium indicat, quare cùm nigra colera sit sicca, totum siccius reddet ea, quæ communiter pituita dicitur: & addit Rasis, quòd si colori aut rubro, aut huiusmodi addatur, siue coniungatur claritas, & (vt quidam) subtilitas, significat humorum claritatem, & subtilitatem: turbulentia verò, & vt crassities, coloris humorem turbidum, crassum: & Auicen. quoque dicebat, quòd viriditas sanguinem congelatum consequitur, qui ad nigredinem uergit hunc in modum genitum ob phlegmatis cum co mixtionem: colores uerò mixti mixtos quoque humores præseferunt, & is superat, cuius color superior existit. Dices, aliquando colore albi febre colerica laborant, non ergo uerum, quod dicunt hi. Respondendum est, quòd ex 4. de tuend. sanit. in diuersis partibus diuersi humores dominari queunt, utpote crudus in primis uenis, in ambitu uerò potius purus sanguis, & sic de alijs: 2. primi doct. 3. capit. 3.

albi

albi igitur tertiana laborantes in ambitu totius pituitã, interius uero bilẽ obtinent, & per cõsequens corporis color signum certum est humoris in ambitu totius, alia autem in cæteris partibus copiæ humoris inditia: Vnde Gal. inquit, quòd urina signum est stabile eorũ, quæ in hepate, & uenis, sputum autem eorum, quæ in pectore, & narium excrementa eorum, quæ in cerebro sicut uomitus eorum, quæ in uentriculo recondũtur. Subdit Gal. in commento, quòd humores, qui retrocesserunt, & non sunt diffusi æqua portione per uniuersum corpus, ut agnoscantur, inspicere oportet regionem, tempus, ętatem, & morbos, ut intelligatur, in quibus euacuare conueniat, aut non. Dices quilibet humor excedens propria habet inditia, de quibus Gal. 4. Aphor. & 2. de

Apho.2

cris. nihilq; hoc loco Hippo. sed de solis quatuor dictis egit, ergò insufficiens est: Respondet Gal. quòd præter propria inditia vult Hippocr. ut illa quatuor perfectæ cognitionis gratia inspiciantur, ut cum proprijs signis bilis simul inspiciẽdum sit, an tempus ęstiuum, an regio calida, an æger ætate uigeat, quę omnia faciunt ad bilis generationem; Quarto species morbi spectanda est, ut si sit tertiana febris, uel ærisipelas, quæ à bile excedente proficiscuntur: Quibus omnibus distincte cognitis firmius humoris noxij euacuationem aggrediemur, itidem de pituita, & alijs dicendũ est.

est. Dennò dices, Gal. existimat alia etiam esse cō siderāda, utpote casus, constitutionem naturam ægritudinis, industriam, uictum, & huiusmodi, item Aui. dicit decem eße consideranda, adsunt etiam carmina continentia, quæ à medico in euacuatione sunt contēplanda; Ars, ætas, regio, uirtus, complexio, forma: Mos, & symptoma, repletio, tempus, & usus, Et bene si numeres figuram addere debes. Respōdetur, ꝙ ut habet Gal. signa humorum dominantium duplicia sunt, quędam certa & firma, ut sola urina eorum, quę in uenis ipsis contenta sunt, nonnulla coniecturalia, quæ quadruplicia sunt. primum enim quærendum est, quo uictu usus sit æger, deq́; ciborum cruditate, atque natura, & quantitate, & consuetudinis mutatione, & numero. secundum nùm solitus sit natura congerere prauos humores, utpote scabiem, lepram, uel id genus pati: tertium, an aliqua euacuatio spontina consueta retenta sit uel per uomitum, uel per hæmorroidas, uel aliam consimilem regionem: quartum, nùm solita euacuatio per medicamenta omissa sit, uel exercitium, uel uomitū, uel urinam prouocantia, sudoremve, aut aquas sponte nascentes: plura igitur signa sunt coniecturalia, quibus humorem superabundantem cognoscimus, Hippocra. autem de quatuor dictis meminit, ut an humor sit simplex, mixtus vè dignoscatur

4. Aph. 2
4. Primi cap. 4.
4. de tuēd. sanit.

tur, quod sensit Galen. his verbis, habet unusquisque humor in corpore superexcedens inditia propria, perfectæ tamen cognitionis gratia, id est vt agnoscatur an purus, mixtusve sit, inspicere oportet tempus anni &c. Dices, solus morbus hoc facere potest. Respondeas velim, quòd humorem peccantem indicabit, at nõ perfecte, an purus, mixtusve sit, quod tamen alia tria cum eo efficere valent, siquidem apparentibus signis proprijs flauæ bilis in laborante febre tertiana, si erit æstas, & regio calida & sicca, & ætas calida, & sicca, ex horum omnium consensu succum simpliciorem eße certò sciam: si verò hiems, regio, & ætas frigida, pro constanti habebo, quòd bilis non est pura: frigiditas nanque temporis, regionis, & ætatis coleram puram flauam abundare non permittunt, at Aui. loquitur de considerandis, quando est euacuandum, quæ plura sunt, quàm consideranda, vt sciatur, an humor sit purus, ad ætatem verò reducitur naturalis complexio, & status cœli, vel ad anni tempus, uel humores aperte non uariat, duo enim vel tres dies in æstate frigidi pituitam non generabunt: qua de re licet pro medicina exhibenda, vel ob venæ sectionem consideretur, non tamen eum nos contemplari opus est, ut humor superabundans agnoscatur: & hæc di-

cta sint secundum Galeni expositionem. Oribasius autem aliter exponere uidetur, quòd scilicet Hippoc. nos caute admonet, ut antequam uacuetur, certò sciamus, nùm bene fieri poßit, & an æger lædetur ex ea, vel iuuabitur: incertum enim experimentum in homine fieri non licet, quare dicit Hippocrat. Inspicere itaque oportet & regionem, & tempus, & ætatem, & morbos, in quibus conueniat, aut non: suple euacuationem moliri, vt enim sub cane, & ante canem, & hieme valde frigida, & regione calidißima, vel frigidißima, & in infantia, & senectute, & morbis cum ventris profluuio, vel sudore copioso, & huiusmodi euacuatio facienda non est, sed vere, & autumno, in media regione, adolescentia, & iuuentute, & in ægritudinibus plethoricis, & vbi humores qualitate peccant sine ventris fluxione, & euacuatione quapiam spontina. Et licet plura contemplanda se offerant, vt superius dictum est, dicendum tamen est, vt Gal. infra Hippocratem nonnunquam unius aut duorum mentione facta, reliqua eiusdem ordinis, & naturæ prætermittere, aliquando etiam adijcere. Circa ea quæ in Aphorismo dicuntur, ab Expositoribus dubitari solet, an uomitus sit naturalis? & respondent hi, & multa dicunt, quæ ad propositum nō sunt, satis autem hoc loco scire uos existimo, quòd Hip

4. Apho. 5.
4. primi. 5.
com. 16.

po. vo-

po. uomitum spontinum appellat, & naturalem, qui sine medicatione aliqua, & sine causa ex nobis oritur, & hoc quidem modo naturale contra artificiale distinguitur: Fit autẽ uomitus à uirtute expulsiua stomaci, quæ inter naturales continetur, re quadam uentriculum stimulante, quæ est præter naturam. Quare uomitus erit in tertio ordine motuum, de quibus 5. de accid. & Cap. 1. *morb. meminit Galenus.*

APHORISMVS TERTIVS.

Habitus exercitatorum, qui ad summum bonitatis attingunt, periculosi, si in extremo constiterint, neque enim possunt in eodẽ permanere, neque quiescere, cùm uerò non quiescant, neque possunt proficere in melius, reliquum est igitur, ut decidant in deterius. His de causis bonum habitum statim soluere expedit, ut corpus rursus nutriri incipiat: neque compressiones ad extremum ducendæ, periculosum enim, sed qualis natura fuerit eius, qui debet perferre

ferre, ad hoc ducere conuenit. Sic & euacuationes, quæ ad extremum deducunt periculosæ: & rursus refectiones cùm extremæ fuerint, periculosæ.



ippocr. hoc Aphorismo medicos cautos reddit, quòd, nec repletiones nec euacuationes ad extremũ usq; perducant, & ideo Gal. in Cõmen. ait, quòd loquitur de quantitate euacuandorum in hoc, & sequentibus Nisi dixeris, quòd & in quarto, & quinto de eadem quantitate loquatur, quoniam in eis agit de uictu tenuißimo & tenui, cuius est uires cõminuere, ut in sequẽti dicit Gal. inedia uero ab eodem. dicitur, quæ per accidens euacuat. Supposito autem exemplo ut & in præcedenti, Hippocr. ad id totum suum sermonem dirigit: est autem exemplum à bono habitu exercitatorum desumptum. Pro cuius intelligentia annotanda sunt, quæ circa nomen habitus scripserunt Arist. & Gal. nempè, quòd habitus permanentiam affectionis ostendit, ita quod habitus est affectio stabilis, quę consistit in temperatura consimilium, compositione organicorum, & modo se habendi quo ad ma-

23. Apho.

4. Apho. 2

Lib. prædic. cap. de qual.

Liber ad Traſſ. 12. & de opti. hab.

maciem, pinguedinem, carnositatem, inanitionem, repletionem, raritatem, & densitatem corporis. Bonus autem habitus duplex est, ut à Galen. colligitur, simpliciter, qui est corporum optimam sanitatem obtinentium, quem omnes laudant, & secundum quid, vel cum appositione, qui optimam sanitatem habentium non est, sed ad singulorum naturam accommodatur, vtpote Dionis, Milonis, cuiusmodi etiam dicitur bonus habitus Athletarum, qui non simpliciter bonus, sed cum additione nominatur. Porrò Galeno teste bonus habitus Athletarum cum bono simpliciter conuenit: sunt enim communes vtrique habitui, bona omnium partium temperies, bonus corporis humor, & bonæ actiones, distinguuntur autem, propterea quòd bonus simpliciter habet & sanguinis, & totius molis partium solidarum symetriam: bonus autem Athletarum symetriam excedit, in talibus præsertim quo ad molem partium carnosarum, & sanguinis, quoniam ut inquit Galen. in commento, uitæ institutum eorum est exercitationibus operam nauare, vt alios deijciant: quare parant tumoris molem, & multitudinem humorum, quod fieri non potest, nisi copiose comedant, atque deuorent: Quo fit,

ut cum

ut cũ ad ſummam repletionem peruenerint, maximum immineat periculum, ne aut calor innatus extinguatur, aut ſi adhuc obſtiterit, quædam ex præcipuis vaſis vel pulmonis, uel hepatis, vel pectoris ſcindantur: quod quidem ait Gale. contigiſſe nonnullis Athletis, qui immodicè repleti ſubita morte perière: cuius quidem eorum euentus in dictis partibus tres Gale. in fine libelli de bon. corp. hab. cauſas aßignat: prima quarum eſt, quoniam earum venarum tunicæ ſunt ſubtiliores: ſecunda, quia primæ copioſè ſuſcipiunt nutrimentum: tertia, ob copiam naturalis calidi ſanguis feruenter ebulliens earum tunicas erumpit, non ſecus ac muſtum dolia. Dices, in Athletis calor extingui non poteſt, ſiquidem Ariſtote. in libro de ui. & mor. & reſpir. ait, Ignem extingui dupliciter, aut per marcorem, aut immediate à ſuo contrario, ſed in Athletis nec deficit nutrimentnm, nec ſanguis calidus calori contrarius eſt. Reſpondeas velim ex Gale. quòd ut uentoſa perforata flammæ ſuperpoſita illam non extinguit, etenim flamma inferius conuerſa nutrimentum flammæ præparatum abſumit, ita etiam cum cor ſit, vt licinium, ſanguis, ut oleum, pulmo, ut uentoſa: dùm animal reſpirat, ſeruatur calor, prohibita uerò

Propè finem.

Lib. de uſ. reſp. 3.

respiratione suffocatur animal parte sanguinis absumpta præparata pro spiritus generatione: quo modo etiã Arist. dicebat ꝙ maior flãma minorem extinguit humidum præparatum absumendo: & licet Gal. plures ponat causas extinctionis flammæ remotas, utpote balneum, solem ardentem, frigus magnum, flabellationem nimiã, excedentem materiæ copiam, eiusuè defectũ, omnes tamen ad duas Aristo. reducuntur, quæ ẽt ad unam duntaxat deduci possunt, nempè ad eã, quæ à contrario efficitur, nam absumpto nutrimẽto propinquo, flamma à contrario extinguitur: quod & in Athletis reperitur: habent nanque partes frigidas, sanguisq; spiritibus frigidior existit. Gal. in cõmento inquit, ꝙ bonus habitus simpliciter in rusticis reperitur terram fodientibus, & uehemẽtia facientibus exercitia, cuius tamen oppositum habet primo de aliment. secundo, inquiens, quòd multi eos laudant, quia sunt robusti, & bene concoquunt, sed res contra se habet, rarò etenim ad ultimum usque senium perueniunt, uel si perueniunt, cum aliqua sæua ægritudine: exercitatione nãque cibus incoctus à uẽtriculo ad mẽbra trahitur, uenis inanitis, et partibus exercitio incalescentibus, & nisi iuuarentur à somno, ob quem optime coquunt, sæpe ægritudinibus opprimerentur: Ex quibus colligas uelim rusticis ægrotantibus uinum potius, quàm

aquam

aquam conuenire, siquidem, ut asserit Gale. uinum semicrudos, & crassos humores concoquit quantum aliud quiduis; item Gal. quoque libello de opt. corp. hab. dicit bonum habitum simpliciter in temperatis duntaxat esse, quales non sunt rustici. Dicendum existimo, quòd Gal. dicebat, Athletam, militem bonum, fossorem, messorem, aratoremuè, rustica, urbanaque opera exercentes non nisi mediocri constare temperatura, sed ut athletæ bonum habitum simpliciter non habent, quoniam symetriam multitudine sanguinis, & carnosarum partium excedunt: pariter & rustici bonum habitum simpliciter, quem habuerunt in certa ætate, & tempore, ob malam uictus rationem amittunt, dictisque de causis, de quibus superius explanatum est. Cæterum quoniam ex proposito antecedente sequitur consequens, antecedentis imprimis probationem ponit, dicẽs [Neque enim possunt in eodem permanere] quod ad habitum corporis refertur, quem tunc poßident, subdit, [Neque quiescere] quod ad operationes refertur: naturales .n. facultates non quiescunt, earum enim cessatio mors est, & ob id (ut ait Gal.) natura semper coctionem operatur, alimenti distributionem, & sãguinis generationẽ, atq; adiectionẽ: uel dicatur, quòd nõ possunt quiescere ab exercitatione, ait nanq; in exort. ad bo. art. ubi huius Aphorismi

5. De tuẽd. ual. in fine.

5. de tuẽd. ual. in fine

sentētiā declarat, quòd si ab exercitijs cessabūt, multo ægrius habent, nonnulli.n.paulo post moriuntur, alij diutius quidem uiuunt, sed uel ad senectutem non perueniunt, uel ualetudinarij efficiuntur: Quem sanè habitum non naturalem Hippocrates nominat, & in lib.de salub.die.siue Polybus eius libri author, inquit illum in eis parum vigere: quare bonus simpliciter dici non meretur, siquidem habitus de re dicitur firma. Cùm itaque virtutes naturales non cessent ab opere, & locus non adsit, in quo appositio fieri poßit, & ex consequenti neque unio, neque aßimilatio, uenæq; conceptaculum non habeant, in quod sanguinem distributum recipiant, ideo subdit [cum verò non quiescant] scilicet facultates naturales, vel ipsi ab exercitationibus [neque possunt proficere in melius] cum habitus in extremo consistat, vt superius dictum est [Reliquum igitur est, ut decidant in deterius] aut scilicet in uenæ disruptionem, aut mortem repentinam, quod Gal. plurimis Athletis contigisse affirmat. Hippo. deinceps consequens ponit, quod ex antecedente superius posito consequitur dicens. [His de causis bonum habitum statim soluere expedit] hoc est euacuare, sectione scilicet uenæ. 4. enim de rat. uict. acut. inquit Hippocra. Quod autem quis repente obmutescat, id uenarum interceptiones, occlusionesq; faciūt, si sano absque

Libro ad Tras. 9.

Cōtex. 23.

ibſque occaſione, vel forte aliqua cauſa id contigerit, & tandem ſubdit, ſanguinem his eſſe mittendum: Quem locum Gal. loquens de Athletis citat etiã in libello de bo. corp. hab. Deinde Hippo. oſtendit quæ vtilitas ex ea conſequetur euacuatione inquiens. [vt corpus rurſus nutriri incipiat] etenim corpus rurſus locum habebit, quo nutriatur, cũ à nutritione ceſſare nõ poßit. Hactenus Hippo. de periculo, quod in repletione reperitur, egit: demum autem de periculo agens, quod in euacuatione conſiſtit ſubdit. [Neque compreßiones ad extremum ducendæ, periculoſum enim.] compreßiones nanque appellat euacuationes, ſiquidem euacuato, quod in uaſis continetur, ſequitur paßio compreßionis: Gale. in commento ait, quòd euacuatio immoderata nõ minus eſt periculoſa immoderata repletione, ut enim in repletione immoderata periculum eſt de uirtutis ſuffocatione, aut uaſorum diſruptione, ita in immodica euacuatione dubium eſt, aut de ſubita morte, aut poſtea virium imbecillitate, vt habet Gal. vbi aſſerit ſe in ſectione venæ vidiſſe duos perire in manibus Medicorum, alios non protinus, ſed poſtea uirium infirmitate, & alios etiam in morbos longos incidiße. Deinde Hippo. addit quanta debet eſſe euacuatio, dicẽs, [Sed qualis natura fuerit eius, qui debet perferre, ad hoc ducere conuenit.] Dicit Gale. 9. Metho. 10.

in com. si quidem intentio euacuationis non solũ respicit humorem superabundantem, sed etiam uirtutem, cum alij magis, alij minus ferant euacuationes. Est autem hoc loco adnotãdum, quòd
1. ad Glau. ca. de cur. cont. cum acci. licet quantitas euacuationis metiatur etiam & ex anni temporibus, & regionibus, & ętatibus, & alijs, de quibus Gal. plerisque in locis mẽtio
2. eiusdẽ. 2. nem facit, ea tamen omnia ad uires referuntur.
4. Apho. 2. 8. 9. Dubitaret autem fortasse quispiam non uideri, quòd hi egeant sectione uenæ, propterea quòd repletio inedia tolli potest, ut habet Gal. Dicẽdum
13. meth. med. est, quòd ex Gal. optimæ curandi rationes tripliciter dijudicantur, ex temporis curandi breuita
14. meth. 13. te, ex curando citra dolorem, & ex maxime tutè curando: cum igitur maximum imminet periculum, citò, & securè prouidendum est, quod inedia fieri non poterit, siquidem paula-
7. Colli. 7. tim, & tardè remouet plenitudinẽ, ut ait Auer. Quare inedia magis conuenit in casu præseruationis, nec securè fiet, quoniam Glato in 3. de repub. de Athletis loquens, dicebat, & si parum quidem ab instituto uictu discedunt, grauiter ægrotant, ex ieiunio nanque præter con-
24. de rat. uict. 14. suetudinem sanguis inflammaretur, qui ebulliens rumperet uasa, dicit enim Hippo. quòd omittentes prandium consuetum & calidiores fiunt, atque sicciores. Notandum autem est, quòd Athletæ pharmaco non sunt euacu andi,

ut quidam male sentiunt, propterea quòd Gale. 4. de tuend. sanit. inquit, quod cum humores parum absunt à natura sanguinis, audacter sanguis mittendus est, ubi plus, consideratius agendum, ubi plurimum, nullus omniuo mittendus, & si bonus exiguus est, reliquus humor plurimus, quòd si humor exiguus, sanguis uerò copiosus, audacter incidenda est uena, deinde aluus ducenda, habita quantitatis humoris ratione. Dices, cùm uirtus Athletarum ualida sit, non ergo eget auxilio medicaminum, ut ex Gal. colligitur. Respondendum est, quod Galen. non sic absolute loquitur, sed quod illi tantum affectus externo indigent auxilio, quos ob magnitudinem uirtus per se uincere non potest: in his autem Athletis uirtus per se periculum uincere non ualet ob illius periculi magnitudinem. Dices denuò, Aui. inquit, corpora pinguia non esse euacuanda, Athletæ igitur euacuandi non sunt. Respondeo, quòd corpora pinguia frigidæ sunt naturæ, à qua pinguedo gignitur. habentque paucum sanguinem, sed Athletæ carnosi sunt, non pingues, & multo sanguine abundant, quare ratio diuersa est. Dubium adhuc est circa ea, quę ab Hippocra. hoc loco de euacuatione pensitanda scribuntur, nam immodicę repletioni immodica debetur euacuatio, item extremis morbis extrema exquisi

3. de lo. affe. 2.

4. primi. 3.

te remedia optima sunt, præterea totus humor euacuandus est, ergo absoluta, & immodica euacuatio faciẽda est: adhæc ꝑ amotionẽ partis humoris, virtus aleuiatur, ergo multo magis per totius remotionem, postremo nonnunquã ad animi usque defectum euacuatur, ergo immodice euacuandum. Respondeo, quòd immodicæ, id est magnæ repletioni debetur immodica, hoc est magna euacuatio, si uirtus tolerat, siue tota materia, siue non tota uacuetur, quod itidem de extremis morbis, ac toto humore peccante dicendum est. At cùm dicitur, quòd remota parte humoris vires augescunt, ergo multo magis tota è corpore auulsa. Respondeo, quòd uirtus non tantum in materiam peccantem agit, sed & alia efficit, siquidem cibos digerit, corpus nutrit, superuacua expellit, quæ ex immodica euacuatione facere non posset: De euacuatione verò ad animi vsq; defectum dicetur infra: talis enim euacuatio etiam facienda est vsque ad virium tolerantiam. Hippo. proposito exemplo, quod (dicit Gal.) non solũ est sermonis subiungendi, sed ẽt utile his, qui tale uitæ institutũ elegerunt, subdit, quod ex eo intẽdit asserens [sic & euacuationes, quæ ad extremum deducunt periculosæ] hoc est, Medicus non dẽt superflue euacuare: Cuius rei (dicit Gal.) documento est bonus habitus Athletarum, qui & bonis abundãt humoribus, & uires

Apho. 23.

& uires ualidas habent, in quo quidem tamen habitu ad euitandum periculum non ultimanda est euacuatio: ergò nec in alijs, qui neque bonis abundãt humoribus, neque uires, ut Athletæ, ita ualidas habent: in quibus enim humores sunt mali, virtute valida indigemus, quæ humores concoquat, atque alia istiusmodi efficiat. In uniuersum igitur (ait Gal.) uires ægroti attendere opus est, & donec tolerant, & nondum laborant, humor exuberans euacuandus est, cũ verò dissoluuntur; etiam si superfluitates derelinquãtur, earum euacuationem cauere oportet. Dices, nõ ualet Hipp. consequẽtia, quãdo, quidẽ Athletæ assueti magnæ repletioni minus ferẽt euacuationem, quàm non aßueti, ergò minus ultimanda est. Respondeo, ꝙ uacuationẽ ultimare, est uacuare vltra virtutis tolerantiã, quantacunq; sit ea vacuatio, quæ si in ualida virtute facienda non est, ergò nec etiam in imbeciliori. Deinceps Hippoc. in contextu alteram doctrinam ex exemplo sumptam de superflua repletione addit, dicens. [Et rursus refectiones cùm extremę fuerint periculosæ] Gal. in commen. inquit, ꝙ quidam insequentes figurã sermonis exponunt, causam Hippocratem aßignare, cur uacuationes ad extremum ducendę non sint, quoniam scilicet refectiones post eas non sint tutæ, cùm virtus facta imbecillis sufficienter concoquere non poßit, ne-

que

que alimentum distribuere, neque etiam aßimilare. Sed contra (ait Galen.) altera doctrinæ pars, quæ ex exemplo sumenda est, de superflua repletione relinqueretur, & exemplum secundũ alteram partem frustrà positum esset: item inquit Gal. non dixisset Hippocrates, Rursus, sed aut, enim, aut quia, at cùm dicat, Rursus, signum est, quòd de altera reloquebatur. Non dicit autem Gal. id esse absolute falsum, cum hoc ipse noluerit quarto de tuend. sanit. ubi agit de cura laßitudinis phlegmonosæ, à quo accepit Auic. ubi tres causas aßignat, cur post euacuationem reficiendum non sit, quarum prima est, quoniam stomachus multo cibo repletus non erit auarus, atque permittet cibum indigestum attrahi ab hepate, immo fortè sua uirtute expulsiua iuuabit: secunda autem causa est, propterea quòd stomachus debilis, cibi quantitatem, quam prius conficere non poterit: tertia uerò, quòd stomachus bene conficeret, non tamen uenæ factæ debiliores multum nutrimentum à stomacho susceptum conficere poßent, similiter & alia membra eodẽ modo debiliora reddita tantam cibi copiam non conficient. Oritur hic dubium, nùm in Athletis maxime repletis appetentia naturalis fieri posſit, ut ex Gal. in commento colligi uidetur, cùm inquit, quòd naturales uirtutes concoctionẽ semper operantur, alimenti distributionem, sanguinis

ad finem.

3. primi doc. 2. c. 16

nis generationem, adiectionem, & agglutinationem: contra uerò 4. de ac. & mor. dicit Gal. ꝙ quinque symptomata secundum ordinem se habent, ut fames efficiatur in animali, primum quidem est omnium inanitio, secundum naturalis appetentia partium inanitarum, tertium uentriculi suctio, quartum suctionis sensus, & quintum animalis appetentia, sed in Athletis maxime repletis hæc quinque ob summam repletionem esse non possunt, ergò nec fames: item Gal. ait, quòd sæpe animal alimenti copia non famescit, quod est in hepate, ubi enim uētriculus meliorem, & promptiorem escam habuerit, nihil indiget exterioribus, sed in maxime repletis in hepate alimēti copia reperitur: ergo fames naturalis adesse non potest. Respondeo, omissis sophisticis responsionibus, sententiam adnotans Gal. ubi diuisa totius alimenti distributione in tres temporum portiones, tandem inquit, quòd tempus assumendi nouum cibum est, cùm cibus præassumptus est appositus, unitus, & assimilatus uentriculo in tertia temporis portione, quo etiam tempore inanitum hepar à uentriculo nouum cibum attrahere incipit, & fit fames. cùm etiā uentriculus tūc nihil habeat, quod operetur, cum omnia in nouo cibo facienda peregerit: atque hac ratione in Athletis summe repletis uera fames gignitur, cùm uentriculus omnes operationes perfecit in

cap. 7.

3. de pot. nat. 13.

ibidem.

ea tertia temporis portione, etiam quòd hepar bonis humoribus scateat, ut superius dictum est. Ad id uero ex quarto de acci. & mor. desumptum dico, quòd Gal. ibi causam aßignat, cur animal famescere necesse fuit, cogiq; cibos assumere, si enim homo impaßibilis esset, & non resolueretur, cibo non egeret, sed quoniã paßibilis est, ideo eget cibo, quare quinq; motus & symptomata dicta efficiuntur, & ventriculus habuit sensum, quo propriam sentiret inanitionem, propterea ꝙ non habebat, unde nutrimentum attraheret, sicut cæteræ partes habent: sed non est necesse, ut simul eodemque tempore ea quinq; symptomata ad faciendam appetẽtiam reperiantur, sed satis est, quòd aliqua de causa oris ventriculi corrugatio efficiatur, propriamque sentiat inanitionem, quæ quidem causa multiplex esse potest, ut satis constat: unde neque dicendum est, quòd remota una causa appetitus, remoueatur & ipse, quoniam inquit Gal. aduertendum esse, utrum ab una, an à pluribus causis effectus perficiatur, si ab una, necesse est, ut causam efficientẽ cõsequatur: si à pluribus, nõ neceßariò sequitur effectus unã causam, à pluribus nãq; fieri potest. Dico etiã, quia calor semper resoluit, ut habet Gal. 1. de tu. sanit. ideo in stomaco etiam fit resolutio, ad quam sequitur oris eius corrugatio, & appetitus, & licet in stomaco facta aßimilatione

6. de acci. & mor. ultimo.

milatione, tunc fames fieri non deberet ratione partium, in quibus restauratio facta est deperditi, & prius ante appositionem resoluti, attamen ratione aliarum partium, quæ quidem resoluebãtur, dum fieret appositio, unio, & aßimilatio, in reliquis partibus corrugatio et fames efficietur. Aduertendum quinetiam est, quòd si hepar non esset repletum reliquo corpore existente pleno, non ob id disruptionis uenæ in hepate periculum cessaret, cùm sanguinem nuper confectum hepar ad membra, in quibus uenæ sunt plenæ, propellere non poßit. Ad tertium uerò dico, ꝙ cum hepar plenitudinem sanguinis habet, quo nõ eget, ventriculus facile sanguinem ab ipso hepate trahit, quem non attraheret, si hepar sanguine indigeret: & hac ratione animal non famescit, hoc est tandiu hepate repleto existente, quandiu famesceret, si hepar plenum non eßet, non autem intendit, quòd nullo modo appetat, propterea quòd si nullo pacto appeteret, quemadmodum ratio asserere uidebatur, neque etiam ab hepate attraheret: Mitto autem hoc loco responsionem eorum, qui dicebant, quòd quodlibet membrum attrahit conueniens, ut magnes ferrum, ut Gal. ait, & ex consequenti uidetur attrahere sine motu, & uillis ex partibus uicinis, & hæ ex aliјs, donec nutrimentum per omnes partes corporis distribuatur, ut declarat Galen. quodque 1. de pot. nat. 13. 14. & 2. eiusdẽ 7. & 2. de elem. en.
in

in Athletis fit fames huiusce attractionis ratione, qua uirtus illa, quæ naturalis est, inconcoctum non attrahit, sed semper simile, atque conueniens. nam responsio hæc contra se habet, propterea quòd alimenti copia in hepate causa non esset, quòd animal non famesceret, ut Gal. asse-
3. de por. nat. 13. rit. hæc enim uirtus semper operaretur, ergo animal semper famesceret.

APHORISMVS QVARTVS.

VIctus tenuis, atque exquisitus in morbis quidem longis semper, in acutis uerò, in quibus non conuenit periculosus. Et rursus, qui ad extremum deuenit tenuitatis, grauis est. Nam & repletiones, quæ ad extremum deueniũt, graues sunt.



OC Aphorismo Hippo. medicos usuros uictu tenui, tenuissimo, et pleno cautos reddit, ne magni contingant errores ex magnis in uictu mutationibus:
2. de uic. acut. 18. & 44. nam ut habet Gal. non faciendæ insignes in uictu mutationes, atque hoc potissimum fecit Hippoc. quoniam quidam omnibus
1. de uic. acut. 13. ægrotis totam ptißanam exhibebant, alij eius

succum,

succum, nonnulli summis inedijs cruciabant ægros, & quidam immoderate replebât, ut Petronas, qui uinum & carnes porrigebat. Dices, Gal. dicebat, quòd Hippo. relictis monstrosis opinionibus, quæ aut nihil dant omnibus ægris, aut eos replent, ad moderatiores se contulit. Respondetur, quòd Gal. dicit, Hippo. non lôqui de mõstrosis eas improbando, ut primo de febribus Erasistratus fecit: pariter ego dico, quòd eas non reprobat, sed solum medicos cautos reddit, ut à dictis monstrosis opinionibus abhorrere uelint. Est autem aduertendum pro Aphorismi intellectione, quòd uictus ratio maxime constituitur ex cibo, potione, perfusione, cataplasmatis, & ductione alui ex clysteri, quo quidem modo non capitur hoc loco, de quo sanè modo habet Gal. uerum hic capitur pro cibi, & potus administratione, qui triplex est, ut Gal. aßerit in commento, plenus uires augens, tenuis eas minuens, & medius nec augens, nec minuens, quorum unusquisque latitudine non caret, talisq; secundum magis, & minus dicitur, siquidem tenuis diuiditur in absolute tenuem, & tenuißimum uictum, qui adhuc absolute tenuis latitudinẽ habet, cuius una pars ad uictum mediũ accedit, altera ad tenuißimũ, tertia uerò in earum medio consistit, qualis est ptissanæ succus: tota autem ptissana (ait Gal.) non est exquisite tenuis, nisi pauca omnino sumatur

11. meth. 15.

tur

tur, uerum iuxta pleniorem uictum accedit, &
mediocrem, non tamen est ita plenus, ut oua,
alica, pisces, & huiusmodi. Quo in loco scien-
dum existimo nonnihil esse diuersitatis inter Ga
1. quarti lenum, & Auicen. nam Auic. dietæ ponens di-
tract. 2. ca stinctionem ait, Kist hordei sicut est, id est to-
pit. 4. tam ptissanam mediam esse dietam, sed secun-
dum Galenum uictus non exquisite tenuis po-
tius existit, si in modica sumatur quantitate: at
si in magna medius est, ut in parua, exquisite
tenuis, cùm is fiat ex Gal. sententia, aut per e-
dulia parum nutrientia, aut pauca ingesta: Ad-
notandum præterea est, quòd morborum qui-
2. & 3. de dam cronici, nonnulli acuti sunt. ut habet Gal.
dieb. crit. frequentius, diuturni quidem quadragesimum
uel sexagesimum diem transeunt, acutorum ue-
rò quidam simpliciter, & verè dicuntur, & qui
dam ex decidentia, quorum terminus quadrage
simus, uel & sexagesimus dies est, sicuti priorũ
decimus quartus, vel vigesimus, & horum non-
nulli simpliciter acuti vocantur, alij uerò pera-
cuti, qui adhuc in exacte peracutos, utpote in
quarto die finientes, & in non exacte peracu-
tos in septimo statum habentes, diuiduntur: Sim
pliciter uero acuti denuò bifariam secantur,
nam quidã exacte acuti nomen habent, & sunt
qui decimum quartum diem attingunt, alij ve-
rò non exacte acuti, quicunque usque ad vigesi-
mum

mum durant, etenim hi primo, secundouè quaternario lenti sunt, quarto uerò vel septimo peracto die acui incipiunt, quò fit, ut ad decimum septimum, uigesimumuè vsque perdurent, in quibus quidem acutiei tempus decimumquartũ diẽ non pertransit. Morbus autem acutus dicitur nõ quia breui tempore duret, vt affirmat Gale. siquidem ephemera diceretur acuta, sed quoniam motus ei uelox est, statimq; pericula adueniũt: at quia celeriter mouetur, ob id cito ad crisim ꝓperat, eiq; accidit, ut breuis existat: unde diuturno brachichronius opponitur, acuto verò, quatenus celeris motus est, tardus morbus, seu polycronius: Adnotandũ adhuc est, quòd ex Gale. sñia nisi cibus morbo noceret, ægros, vt sanos aleremus: morbus enim indicat de sui remotione quæ à uirtute fit, quare non est uirtus cibis ab opere diuertenda, & ex consequẽti indicat morbus de abstinentia à cibo: virtus autem, cùm ad morbi usque solutionem durare non ualet, indicat de cibi exhibitione, ut conseruetur: unde ut quanto ualidior est, tanto minus indicat de cibo exhibendo: ita morbus, quanto maior erit, tanto magis indicabit de cibi ablatione: Quę omnia etiam ex Galeno 11. metho. med. colliguntur, & inferius commento 17. huius primæ particulæ, ait Galen. quòd morbi & uires ægri sunt primæ intentiones cibi: quod

1. De uict. acut. 44.

cap. 5.

uerò uirtus indicet de sui custodia, ex eo-
9.meth.10 12.13. dem sæpius colligitur. Sciendum etiam est, quòd ut idem Gal. affirmat, in sanis opus est, aut naturæ robur seruare, aut alimentis augere, non autem exoluere, ob id eis tenuis uictus non conuenit, sed medius, aut plenus iuxta exigentiam: at in ægris plenus uictus non conuenit, etenim rarò accidit, ut uelimus corporis robur efficere maius, quàm à principio acceperimus, quia uero in acutis magna ex parte studemus uires parum debilitatas conseruare, alioqui semper adderemus morbo, in diuturnis autem eas fouere studemus: ideo in his utimur uictu medio, in illis uerò tenui: cum aũt acuti multiplices sint, & pariter uictus tenuis, cuilibet acuto nõ cõuenit quilibet tenuis uictus, propterea (ait Gal.) perstringamus, quę absolute 1. de uict. acut. dicta sunt, nempè morbo exquisite peracuto, si ualida sit uirtus, uictum tenuißimum in extremo conuenire, si uerò non ita ualida sit uirtus, uictum tenuißimum non in extremo, & morbo non exquisite peracuto, uictum non in extremo tenuißimum, si uires ualidæ fuerint: uerum de acuto exacte, uel non exacte nihil meminit hoc loco Gal. dicendum itaque est, quòd acuto exacte conuenit tenuis exquisite, non tamen in extremo, si uires ualidæ fuerint, si uero nõ ita ualidæ, tenuis non exquisite, utpote tota ptisana, quę pariter in acutis alijs decimumquar-
tum

rum pertranseuntibus danda esset in maiori, minoriq; quantitate, prout morbus uigorem suum magis minusq; remotum haberet. His declaratis uerba ipsius Hippocratis sunt exponenda, atque imprimis, quo ad primam Aphorismi partem, dicit Hippo. [*Victus tenuis, atq; exquisitus &c.*] quæ uerba triplicem patiuntur expositionem, quemadmodũ & uictus tenuis & exquisitus tripliciter accipi solet, primo quidem modo capitur ut totam latitudinem uictus tenuis comprehendit incipientem a nihil dare, & se usque ad succũ ptissanæ in moderata quantitate extendentem, quam cum pertransit, non dicitur tenuis exquisite, qualis est ptissana: Dicit itaque Hippo. iuxta hunc sensum, quòd talis uictus tenuis, & exquisitus in morbis longis est semper periculosus, nam in illis uictus medius conuenit, non autem huiusmodi tenuis, & periculosus est in morbis acutis, in quibus non conuenit, scilicet in acutis non exacte, in quibus tenuis conuenit, non exquisitè: secundo autem modo per uictum tenuem exquisitè potest intelligi uictus tenuißimus, & hoc modo capiendo dico, quòd Hippoc. posuit hunc Aphorismum, ut medicos cautos redderet, ut à mõstrosis opinionibus abhorreant, de quibus superius dictum est, & in hac prima Aphorismi parte dictum uictum ad morbos comparat, explicatq; in quibus morbis sit periculosus. Tertio uerò modo

Aphor. 7.

per uictũ tenuẽ exquisitè intelligi potest is, qui non magis accedit ad mediocrem, quàm ad extremũ tenuitatis, qui etiam à quibusdã dieta tenuis certa dici solet, vt & febris tertiana, in qua solius coleræ signa sunt, dicitur certa, & exquisita, vt ex Gal. colligitur, et dicitur exquisita
1. ad Glau id est perpensa, & excogitata dieta. Dicit modo
12. 2. de Hipp. quòd dietæ tenues exquisite semper sunt
crif. 3 & 2. periculosæ in morbis longis, in quibus vires ser
de diff. feb. uare opus est: inquit enim in græco σφαλεραί, itẽ
3. in acutis, in quibus non conuenirent, non conueniunt autem in peracutis, in quibus ait Gale. in commento uictus tenuißimus conuenit, vt infra
Aphor. 7. dicet Hippo. Aduertendum autem est, quod in fine commenti cum inquit Gal. Quod igitur adiectum est de acutis, in quibus non õcuenit, haud quaquam dicitur propter peracutos, & quæ sequuntur, debet legi affirmatiue, ut in antiqua litera, & nonnullis græcis codicibus reperitur: Quòd si litera sit negatiua, ut hẽt Leonicenus, dicendum est, quòd non dixit propter peracutos, ĩ quibus utimur tenuißimo, & etiam tenui, cum virtus est imbecillis, sed propter acutos non exacte, qui decimumseptimum, & uigesimum attingunt, & propter acutos cum recidiuatione, siue ex decidentia, qui victu indigent pleniori: subiungit Hippo. secundam Aphorismi partem. [Et rursus q̃ ad extremũ deuenit tenuitatis grauis

est

est, nam & repletiones, quæ ad extremum deueniunt, graues sunt.] Quæ triplicem habet expositionem, ut & prior explicata pars: iuxta quidē primā expositionem dicimus, ꝙ Hipp. nunc loquens de tenuißimo victu ait, & rursus tenuißimus non solum est periculosus, ut reliqui tenues exquisite, sed etiam grauis est, & molestus, cuius rationem aßignat, siquidem plenus victus in extremo, vt caro porcina, & vitulina, quæ eiusdem ordinis sunt, vt habetur ex tertio de aliment. in principio, in notabili quantitate grauis etiam est, per repletiones enim in extremo intelligit Hipp. victum plenum in extremo: Ratio dicti est, quandoquidem plenus & tenuis in extremo suo excessu in craßitie, & tenuitate nimiam faciunt ipsi naturæ nouitatem. Iuxta autem secundam primæ partis expositionem dicimus, quòd cùm in prima Aphorismi parte tenuißimum victum ad morbos comparauerit, nunc eū in ordine ad naturam considerat, quam excessu nouitatis cibi aggrauat, vt & victus plenus, & ob id dicit in contextu græco χαλεπαὶ non ut supra σφαλεραί. Iuxta verò tertiam expositionem primæ partis interpretamur, quòd cum dixerit de tenui exquisitè, ut supra, hoc loco de tenuißimo prosequatur Hippo. inquiens, ꝙ rursus dietæ tenuißimæ sunt χαλεπαὶ hoc est graues rōne superius declarata in longis semper, & in acu-

tis in quibus non conueniunt, uidelicet in exacte acutis &c. & quod de repletionibus dicit, exponatur ut supra: ait nanque quòd hæ etiam sunt χαλεπαὶ idest graues, propterea quòd ut dicit Gal. in commento, rarò in ægris uires augere studemus, quasi concedens aliquando conuenire, licet rarò. Exposito contextu accedamus ad ea, quæ hoc loco uidentur facere dubitationem. Imprimis autem est una contradictio, nam ex Galen. in hoc commento, & 10. meth. med. cap. 5. si uires ualidæ, & uigor morbi futurus in 7. dandum melicratum, si uerò uires imbecillæ fuerint dandus est succus ptissanæ: Oppositum autem habetur ab eodem 2. de dieb. crit. 11. propè finem, ubi ait, quod iuuenis ualidißimus facile tolerans inediam, & qui ægre dissoluatur, nec adsit morbus, indigens aut oximelite, aut mulsa ad septimum usque à cibis abstinere potest. Diluenda est hoc modo, quod Gal. hic & 10. meth. dicebat illud, quod ut in pluribus uerum est, in secundo autem de dieb. crit. id ait, quod ut in paucioribus contingit, nam ex Gal. alibi si iudicatio futura sit. 4. uel 5. die multos ęgros comperies sufficere citra ptissanę sorbitionem, quod si ad septimum protrahatur, paucos omnino si igitur pauci possunt ad septimum usq; perdurare sine ptissanæ succo, minus cum inedia perdurabunt, quare rarißimi totam ferent inediam usque ad septimum, cum &

1. de uict. acut. 44.

rarißimi

ariβimi omnia ad ferendā inediā faciētia, poβi-
deant, de quibus Gal. habet, quæ octo ſunt nume
ro: imprimis aūt eſt complexio ſicca, in qua minor
ſit reſolutio: ſecundum habitus corporis denſus,
ſpiſſus, prohibens reſolutionem: tertium, uenę la
tæ magnam ſanguinis copiam continentes: quar-
tum uitalis uis ualida nō facile diſſolubilis: quin
tum, conſuetudo pauci cibi, ſed aliquibus diebus
ante ęgritudinem abuſus in uarijs cibis: ſextum
ęgrotet hieme, & regione non admodum frigida:
ſeptimum, os uentriculi ualidum ſit, non diſſolu-
bile: & octauum, ętate ſit quadragenarius ine-
diam ferens; qui profectò predicta omnia habe-
ret, ad ſeptimum uſque inediam ferret, niſi adeſ
ſet ægritudo indigens oximellite, aut mellicrato,
ut inquit Gal. quo caſu ſolo potu ad ſeptimum uſ 2. de dieb.
que æger regendus erit, ſi quis uerò regeret ha- criti. 11.
bentem conditiones oppoſitas, ut priorem, illum 1. de uict.
necaret ante quartum ex reſolutione, ut priorem acut. 44.
præfocaret, ſi eum nutriret, ut hunc. Dubitaret,
autem quiſpiam, nùm in morbo, cui conuenit ui-
ctus tenuiβimus in extremo, ab aqua abſtinen-
dum ſit, ſi quidem ex Gal. hoc ita eſſe uidetur, di
cente, quod ſi ægritudo in quarta die terminatu-
ra ſit uirtute forti, ab aquę etiam potu abſtinen-
dum eſt, quo ad fieri poteſt, item primo de uict. a-
cut. 44. ait ipſe, ſi uirtus ualida ad ſeptimum uſ-
que, oximel, mellicratum, & aquam dare ſatis e-

rit, præterea dicebat Hipp. sumentes in statu so-
2. De rat. uict. 19. lum potum minus læduntur, quàm ptissanum de-
sumentes, ergo tenuißimus in extremo aquam
excludit: Dicendum est, quod Hippocra. &
Galen. per potum sæpe intelligunt nutritiuum,
ut mellicratum, ut satis constat: inquit enim
minus lædunt, quæ minus nutriunt: item Hip-
po. nonnunquàm aquam exhibet ad humectan-
dum in morbo ualde sicco, & ad sitim sedan-
dum, ubi ualidißima sit, quare in exacte per-
acuta aquæ etiam potum prohibet, si fieri potest,
idest, nisi sitis, uel siccitas urgeat, non quia
nutriat, sed vt uirtus occupata circa morbum,
non magis occupetur, quæ tamen circa aquam
aliquid operatur. Quod uero dicit Oribasius,
3. De uict. acut. 17. & 39. quòd aqua calida nutriat, non est secundum
Gal. qui dicebat aquam nullo modo nutrire, sed
medicinam esse: Est autem aduertendum, quòd
sola aqua non est danda propter eius nocumen-
ta, de quibus Hipp. & Gal. sed Gal. dat eam cum
modico uini, uel mellis; Ego antē eā exhibeo cū
acetoso syrupo, s. uel oximellite simplici, de quo
ait Gal, quod non solum est medicamentum. Du-
bium est ēt quoniam Hippo. & Gal. aiunt, quòd
2. De uict. acut. 20. quæ lædūt sanos, magis lædūt ægros, sed tenuis
uictus sanos lædit, ergo magis lædet ægros, ob id
ægris non conuenit tenuis, & multo minus te-
nuißimus uictus, contra id, quod superius ab eo
determi-

determinatum est. Respondeo, quòd Hippoc. dignitas vera est, si cætera sint paria, quod non est in casu, siquidem in sanis omnes virtutes naturales ex proportione operantur, & ita virtus attractiua conuenienter attrahit à stomacho, nõ sic autem in ægris contingit, vt ostẽdit Auic. ubi ait, ꝙ occupatio naturæ in rectificãdo humorem malum fit in febribus, in quibus toleratur dimissio cibi tempore extenso, quoniam natura laborat ad expellendum, & refugit ab attractione, vt Vrsus, & Eritius hieme longo tempore stant sine cibo, quia natura occupatur in coquẽdo crudos humores reponendo loco resoluti. Hæc Aui. Vel dicatur, ꝙ quæ nocent sanis, magis nocẽt ægris, si ea etiam noceant ægris, non autẽ dicendũ est, ꝙ omnia nocentia sanis, noceant etiã ægris, pharmaca n. nocent sanis, iuuant autẽ ægrotos, pariter licet victus tenuis noceat sanis, iuuat tamen & ægrotantes. Alterum adhuc est dubium circa Gal. cõmentum, nunquid pisces saxatiles, vt hic asserit Gal. inter victus plenos reponãtur, nam videtur eos nõ esse collocãdos ex eius authoritate dicentis, ꝙ in acutis si æger fastidierit oximel, & mulsam, dandi saxatiles parati ex aqua, sale, marrubio, & anetho, & ex nõ saxatilibus aselli: si itaque in acutis dantur pisces, ergo non inter plenos, vt hic ait Gal. sed inter tenues collocantur. Dico ad hoc, ꝙ saxatiles in parua

13. tertii tract. 2. capit. 7.

1. de uict. acut. 27.

quan-

quantitate attinent ad uictum tenuem, qui immoderate attinent potius ad medium, ut Gal. in commento inquit de tota ptissana, licet pisces ad plenum magis accedant: & ita qui cibi non multum nutriunt, utpote oua, carnes quædam, & halica, & huiusmodi, de quibus Gale. dixit esse non mul
8.meth.2. tum nutrientia, illi in parua quantitate attinent ad victum tenuem: qui verò multum nutriunt, in parua etiam quantitate plus nutrient, quàm victui tenui conueniat. Dices adhuc postremò, quòd uidetur in morbis longis uictum plenum conuenire, utpote in fractura ossis, & suffusione indigente incrassatione. Respondeo, quòd si etiam concedatur, quod dictum est, non est aduersus Gale. dicentem, quòd raro accidit ut studeamus in morbis robur maius reddere, quàm accepe-rimus à principio ęgritudinis. Notãdum igitur est, quod indicatione à morbo sumpta, & à materia eius indigente coctione non utendum est uictu pleniori, quàm in sanis, sed indicatione sumpta ex alio, ut ex detractione cataratt æ uel in generatione calli in fractura oßis cibus magis, quàm in sanis augeri potest.

Apho-

APHORISMVS QVINTVS.

IN tenui uictu ægri delinquũt, quo fit ut magis lædantur: Quicunque enim error committitur magnus, maior in hoc fit, quàm in paulo pleniori uictu, propterea etiã sanis periculo existit ual de tenuis exquisitus, & constitutus uictus, quoniam errores grauius ferunt: ob hoc igitur tenuis uictus, atque admodum exquisitus, eo qui sit paulo plenior, magis periculosus.

LOquuturus Hippocr. de tenui uictu, reddens prius medicos cautos, ne temere eo utantur, ĩ prę cedenti Aphorismo declarauit uictus tenues esse periculosos semper in longis, & acutis, in quibus non conueniunt: nunc uero ostendit, qui etiam periculosi sunt, in quibus conueniunt, si aliqua ratione contingat error: supponatur igitur pro exemplo æger, cui conueniat victus tenuis, huic medicus iniungat victum in vltimo tenuitatis ei conuenientis, ita quod si tenuior esset uirtus

tus ad vigorem usque morbi ipsius durare non posset, in tali vtique vtente huiusmodi victu si error contingat vel ratione victus, vel aeris, aut aliquo animi affectu, aut incuria aßidentium, aliave quacunque de causa, ita vt ægrotus etiam delinquere dicatur, qui prius paruit, deinde utitur pleniori victu, quàm medicus imperauit, ex tali errore magis lædetur, quàm si vteretur victu paulò pleniori, quàm sit victus conueniens: Dicit itaq; in contextu Hippoc. [In tenui victu ægri delinquunt, quò fit, vt magis lædantur.] Quò fit, idest quapropter est coniunctio denotãs, quòd læduntur, quia peccant, quòd si non peccarent, non læderentur, nam similis est loquutio, ac si quis diceret, virtuose viuentes peccant, quapropter maiori pena sunt puniendi, ex quo loquendi modo non intelligitur virtuosos esse absolute puniẽdos, sed solum si æque peccauerint, ut non virtuosi; Deinde ostendens, quorum comparatione magis lædantur, subdit. [Quicunque enim error cõmittitur magnus, maior in hoc fit, quàm in paulò pleniori victu] inquit [magnus] quia paruus parui esset momenti, addidit [paulò pleniori] ne quis forte credat ægros magis lædi, si peccauerint in tenui vistu, quàm si vterentur quocunq; pleniori victu, quod falsum est, etenim posset quis vti victu ita pleno, quòd ex peccato magis læderetur, quàm si vteretur te-

nuio-

nuiori. Aliæ translationes non habent illud [magnus] sed volunt, omne peccatum factum in tenuioribus victibus esse maius eodẽ facto in paulò plenioribus, quasi dixerit, si vtẽs victu tenuiori, & utẽs paulò pleniori æque peccauerint: magis utiq; lædetur utens tenuiori, quàm qui utitur paulò craßiori, quàm conueniat, cuius rei duas causas aßignat Gal. in com. alteram quidẽ, quoniam uirtus tenuiori uictu debilitatur: alteram uerò, propterea quòd transitus ad eum est insuetus. Demum Hippoc. quod dixit de ægris, probans ex sanis, subiungit. [Propterea etiam sanis periculosus existit ualde exquisitus uictus & constitutus, quoniam errores grauius ferũt] cùm scilicet peccauerint, magis lædentur, quàm cum paulò pleniori uictu, quod cùm accidat in sanis, magis in ægris efficietur, dixit autem [ualde tenuis] secundũ alias uersiones quo ad quantitatem [& constitutus] hoc est lege quadam firmatus quo ad genus cibi limitatum [& exquisitus] id est perpensus quoad certam normam: unde Hippocrat. & Galen. dicunt, quòd homo sanus non debet uni tantum consuetudini eße addictus, est enim periculosum, quoniam si in aliquod incidat insuetum, magis lędetur: quare suadent, ut nonnunquam ad insueta transitus fiat, de quo etiam Cornelius Cels. Vltimo Hippocra. concludens, quod erat propo-

2. Aph. 50

Lib. 3. cap.

propositum, & summa totius Aphorismi ait. [ob hoc igitur tenuis uictus, atque admodum exquisitus eo, q sit paulo plenior, magis periculosus.] dicit ut plurimum, quoniam raro cõtingit, quod in regimine præsertim ægrotantium, & etiam sanorum non contingant errores, qui cùm fiunt, magna ex parte plus læduntur cum tenui, quàm cũ paulò pleniori victu: per errores autem intelligere debemus uniuersaliter quoscunque accedentes quacunque ex causa, siue uolentibus, siue inuitis ægrotantibus, ut asser t Galenus in commento, ubi magis laudat præsentẽ scripturam, quàm aliam, quæ dicebat, [In tenui victu magna ex parte duo peccãt ægrotantes.] unum quidem peccatum est, quoniam ex uictu tenui coguntur cibari inscijs medicis, quare lædũtur magis, quàm si ita tenui non regerentur: alterum est, quòd natura fit imbecillis, ut quæ antea alimenti inopia laborauerit: uerum hæc scriptura uniuersalior etiam eam comprehendit: item dicit Galen, quæ dicuntur de sanis hanc scripturam confirmant, in quibus ait uictum tenuem esse periculosum, etenim grauius errores ferunt, non quia cogantur peccare uictus tenuitate. Est & alia litera, quam uidetur Gal. adnotasse in græco, quæ talis est. [In tenui uictu multotiens peccant ęgrotantes, quo fit, ut magis lędantur, quódcũque enim fit, maius in hoc fit] hoc est in tenui uictu, quia

crebrò

crebrò fit, quam in paulo pleniori uictu: rarius enim fit, quandoquidem Gal. ait quòd pauci medici, & pauci ęgri, & pauci ministri rectè faciunt, quæ opportet, quę utique peccata frequentius, committuntur cum tenui, quàm cum pleniori uictu: Leonicenus habet [duo] ubi in græco dicit [multotiens] & Gal. inquit, quòd hanc scripturam laudantes dicunt ęgrum bifariam peccare dictis in superioribus rationibus. Et hæc est una Aphorismi expositio. Est & altera expositio, quod cum Hippoc. in pręcedenti Aphorismo dixerit uictus tenues, & tenuißimos esse periculosos in longis semper, & in acutis, in quibus non conueniunt, ex consequenti in hoc ostendit, quomodo sint periculosi, & inquit, quòd quia contingit ęgros utentes uictu tenui peccare, magis lęduntur, quàm si paulo pleniori uictu uterentur: Est & tertia expositio, quòd cum dieta conueniēs in latitudine consistat, ut exempli gratia ab unc. vi. inclusiue usque ad viii. inclusiue assumēs vnc. vi, ex peccato magis lædetur quàm assumēs ptissanę unc. viii. & hæc expositio à præcedentibus distinguitur, siquidem ponunt illę uictum pleniorem extra latitudinem dietę conuenientis, hęc uerò intra conuenientis latitudinem. Quod autē dixit probat ex contingentibus in sanis, qui cum sibi quadam ueluti lege perpetua uictum tenuem & exquisitum constituunt, ne auctis humoribus

1. de dieb. crit. 11.

inci-

incidant in ægritudines, à quo sanè uictu discede
re nolunt, si modo eos peccare contingat, ea pec
cata minus tolerant, quàm si uictu non ita exqui
sito, ac tenui uterentur: & concludit Hipp. ut su
pra dictum est. Quarta postremò esse potest ex-
positio, quòd laborans ægritudine in septima ter
minatura sumens mulsam, uel ptissanæ succũ ex
pari errore magis lædetur, quàm laborans ægri
tudine, cuius sit finis decimusquartus dies, & a
sumens ptissanam, quæ est paulò plenior, quàm
uictus tenuis exquisitè, ut etiam contingit in sa-
nis, quoniam & natura ex uictu tenui facta est
debilior, & transitus est insuetus, in secundo e-
nim de rat. uict. acut. Hippo. & Gal. per longum
processum ostẽdunt, quàm maxime cõsuetudinis
mutatio lædat, & quãtò mutatio maior est, tantò
maior læsio. Circa aũt quæ à nobis exposita sunt
cadit contradictio inter dicta Hipp. & Gal. nùm
deterius sit declinare ad tenuiorẽ uictum, an ue
rò ad craßiorem, siquidem uidetur hoc loco uel
Apho. 37. le Hippo. & Gal. deterius esse ad tenuiorem ui
ctum declinare secundo autem de uict. acut. colli
gitur oppositum, nempè deterius esse ad craßi-
tudinem declinare, & Gal. in eo commento di-
cebat, quòd error ex craßitudine corrigi non po
test, sed ex tenuiori facillime corrigitur: item
ait Hippoc. quòd torquentes uictus genere im-
Apho. 48. becillum inanitione uasorum minus errãt, quàm
dantes

lantes potum vel cibum copiosiorem imbecillo ex vi morbi, indigenti potius euacuatione, licet prior sit dignior risu. Respondeo facilè iuxta secundam expositionem, quod Hippo. loquitur hic de tenuiori, quàm conueniat, ita quòd necesse sit nutrire tempore incongruo, ut habet Hippo. & Gal. per longum processum, unde dicebat Hippo. quòd magis læditur plus cibi aßumens, quàm conueniat ex multa vasorum inanitione, quàm qui ex multo cibo ad vasorum inanitionē transferatur, in secundo autem de vict. acut. intelligūt Hippo. & Gal. de tenuiori, cum quo æger durare potest ad ægritudinis usque solutionem, ut ibidē dicunt. Potest etiam responderi, quòd Gal. & Hippocra. volunt melius esse ad tenuius declinare, modo virtus ad statum usque perduret, neque contingat error, quòd si fiat peccatum cum victu tenuiori deterius est, quàm cum victu paulò pleniori, quod hoc loco uoluit Hippo. ut medicos cautos redderet, ne temerè & sine diligentia uictum tenuē adhibeant, ut error non contingat. Possumus et tertiā tradere solutionē, quod ut ibidem testatur Gal. in uictu duo à medico sunt contemplanda, species, & quātitas cibi exhibendi, in præsenti autem Aphorismo ait, ut plurimum eße deterius, & periculosius ad tenuius declinare, quàm ad craßius, quo ad uictus speciem, quoniam virtus fiat debilior, & transitus ad in-

3. De rat. uict. 15. & infra. & 53

Apho. 37.

Apho. 37. sueta maior, secundo autem de vict. acut. loquitur non de specie, sed de quantitate cibi, & quia vt ibi Gal. asserit, certa quantitas non solum cibi, sed & aliorum præsidiorum non nisi artificiosa coniectura habetur, quod est opus doctissimi, & exercitatissimi: & quoniam pauci tales sunt, ideo consulit, vt à minori quantitate potius, quã à superabundanti incohemus, vbi à iusta quantitate discedendum sit: etenim id corrigetur. Respondent & alij, quòd Hippoc. hic in uniuersum de morbis loquatur, quòd melius est ad parum crassius ob rationes hic positas declinare, & 2. de uict. acut. loquitur particulariter de acutis cũ alicuius uisceris inflammatione, vt & Auic. de Karrabito, & de squinantia, & de excoriatione intestinorum, & Gal. 10. meth. Et aliquando cura particularis contrariari videtur curæ vniuersali, vt asserere videtur Gal. de par. art. med. item in erraticis cum non cognoscitur ægritudo, & cùm ignoras ægritudinem, subtilia regimen. Verum videtur, quòd Hippo. & Gal. in vniuersali de uictus omnium ægritudinum quantitate loquantur, etenim ait Gal. ad inueniendam victus speciem in præcedenti contextu dixerat cõsiderandum robur, & speciem cuiusque morbi, & naturam ægrotantis, eiusq; in victu consuetudinem: in contextu uerò 37. docet coniectari eius cibi quantitatem, cuius speciem superius do-

Apho. 4. & 37. 1. 3. tract. 3 cap. 3. cap. 5.

4. de uict. acut. 52. 1. 4. tract. 2. cap. 7.

docuerat: ex qua ſanè declaratione ſatis conſtat, quòd non ſolum de acutis cum viſcerum inflãmatione loquitur Hipp. Ad authoritates autẽ Gal. & Aui. dicemus inferius, quod ſatis erit.

APHORISMVS SEXTVS.

Extremis morbis extrema exquiſite remedia optima ſunt.

Ne quis fortè ſuſpicaretur ex his, quæ de victu tenui, & tenuiſsimo protulit, nunquàm eis eſſe vtendum, ideo volens docere, in quibus conueniant, hãc imprimis uniuerſalem, generalemq́; ſententiam ponit Hippo. Per morbos autem extremos (inquit Gal. in commento) ſummos appellat, vltra quos non ſunt alij peracuti, ſcilicet exactè, de quibus infra Hippocra. mentionem facit. Per remedia autem extrema exquiſite (ait Galenus) ſunt exquiſitiſsima curatio, & victus tenuiſsimus, ita quòd licet Hippo. præcipue hic de uictu loquatur, attamen hãc communem ſententiam poſuit, quæ uera eſt non ſolum de victu, vt dicunt expoſitores, & Oribaſius, ſed & de curatione, quæ per magna remedia efficitur: ſunt autem magna remedia (ait

2.Aph.29. Gal.) venæ sectio, & purgatio, quæ ambo quo-
4.De uict. que conuenire in ægritudine magna satis cōstat
acut.39. ex eo vbi de angina pertractatur, quæ profectò
4.Aph.10. (inquit Gal.) in principio morbi sunt adhibenda
13. tract. iuxta id Hippo. Medicari in valde acutis, si ma
3.cap. ult. teria turget, eadē die, tardare.n. in talibus malū
1. de com- est. Dices, Aui. & Gal. insuper Hippo. & Gal. 2.
pos. per lo. de vict. acut. à principio volunt à debilioribus
cap. de Alo esse incohandū: vnde dicebat Gal. in pleuritide
pecia. à fotu, quod caret morsu, est incipiēdum, quoniam si
nō iuuat, nec etiam sensibiliter nocet, poteris au
tem postea transire ad validiora. Respondendū
5. metho. est ex Gal. ubi medicos reprobat, qui sine distin
ultimo. ctione à minoribus semper remedijs incohant,
quibus non conferentibus ad maiora transeunt,
quā mehercle sententiā temporibus etiā hisce no
stris uigere compertū est. Hoc sanè (dicit Gal.)
verum est in ægritudinibus periculo carentibus,
quales sunt longæ, sed in valde acutis, in quibus
ægro moriēdum est, à maximis incohandū iubet,
in morbis nanque debilioribus longæ terminatio-
nis si validius remediū adhiberemus, virtus ue-
hemētia medicamenti longo tēpore ita debilitari
posset, quod non sufficeret. Quare ignorato remedio
cōuenientißimo à debilioribus initium sumimus,
quibus non conferentibus accedimus ad validio
ra: in peracutis verò, quoniam sunt periculosæ,
breuisque terminationis, vel ad bonum, uel ad ma

lum

lum ex remedio fortiori non ita debilitabitur vir-tus, vt eo paruo non sufficiat tempore: non enim tales ægritudines dant indutias, quare omißis debilioribus à principio ualidiora adhibemus: et ob id dicebat Gal. in commento, Hippo. Aphorismum talem protulit, quòd extremis morbis extrema exquisite remedia optima sunt. Ad secundum uerò de vict. acut. dicitur, quòd si pleuritis esset valde acuta, & periculosa, & essemus certi, quòd adesset plenitudo totius, omißis fotibus, statim vel esset mittendus sanguis, vel pharmaco purgandum, sed ubi non sit ita acuta, nec sumus certi, an adsit plenitudo indigens venæ sectione, vel pharmaco, adhibentur fomenta, vt vel curetur ægritudo, vel plenitudo totius innotescat. Quæ vtiq; sententia vera etiã est in ægritudinibus immaterialibus, etenim Gal. 3. techni 89. inquit, ꝙ in mala temperatura remedia administrãda sunt distantia tot numeris à naturali temperie per qualitatẽ oppositam, quot numeris distãt ab eadẽ mala temperatura per alteram oppositam qualitatem. Quare si mala temperies erit summa, & periculosa, remedium etiam erit summum, & extremum per oppositam qualitatem: vnde Gal. ait se sanasse ethicum tertiæ spei quo ad caliditatem balneo aquæ frigidißimæ, quod in- 10. meth. 10.
quam remedium ex eius sententia licet sit periculosum, melius tamen est cum bona spe tentare

ei tale remedium adhibere, quàm eum certe mo riturum omittere. Debet igitur medicus tenere medicinarum gradus, de quibus Galen. 5. de simpl. med. seruanda tamen sunt ad cognoscendos eos illa tria, de quibus ipse mentionem fecerat, quæ inquam seruanda sunt in experientia facienda.

cap.ult. 3. de têp. 5 1. de simpl. med. 1.

APHORISMVS SEPTIMVS.

VBi morbus peracutus est, statim extremos habet labores, & extreme tenuissimo victu vtendum est: vbi verò non, sed pleniorē victum contingit adhibere, tantum cibi indulgendum est, quanto morbus extremis est mollior.

IN præcedenti Aphorismo Hippo. vniuersalem sententiam posuit. Nunc modo quasi sumēs sub ea minorem, quæ est, sed morbus peracutus est extremus, ergo extremè tenuißimo uictu utēdū est, probat minorē, propterea ꝙ peracutus statim extremos habet labores, & ob id morbus extremus est. Hippo. igitur in contextu minorem subticens imprimus eius probatioaē ponit, dicēs [vbi morbus peracutus est, statim extremos

tremos habet labores] Gal. in com. inquit, ꝙ ut in prædicto Aphorismo extremos & morbos sũmos appellauit, ita etiam hic extremos labores summos appellauit, quales ait Gal. 8. meth. 3. in summo fiunt vigore, vbi etiã dicit, ꝙ labores hic Hippo. nominat quæcunq; hominẽ offendunt, & Gal. in com. dicit, ꝙ intelligit per labores, vel accessiones, uel simpliciter casus vniuersos. i. accidentia omnia, quæ ex ægritudine consequuntur: cùm autẽ ægritudinum accidentia duplicia sint, ut Gal. asserit comm. 12. huiusce particulæ & alibi sæpius, quædam. n. sunt passionum significatiua, quæ pathognomonica dicuntur cũ morbo simul inuadentia, & ab eo inseparabilia, ac eius veluti substantiam constituentia: quædam verò sunt assidentia, quæ aliquando simul, aliquando post apparent, vt exemplo de pleuritide sumpto ipse clarissime ostendit, si morbus extremus esse debet, ea omnia symptomata necessario concurrent extrema: & ita à posteriori in magnitudinis morbi cognitionẽ deuenio per accessiones scilicet, & symptomata in summo existẽtia. Accessiones aũt, quomodo in summo sint, declarat Gal. ubi habet, ꝙ in interpollatis accessiones cito pertranseuntes omnia quatuor tempora celeres sunt, in cõtinuis uerò, cum cæteræ partes breues sint, status longus est; Vnde synochus cũ sit ferè solum status, statim quoq; in summo est, & ideo

Lib. de const. art. 15. & 5. de lo. aff. 2. 2. d̃ diff. spir. 8. & 1. de cris. 3. & 5.

3. de cris. 4

in 4. crisim habet, si nullus contingat error, & ita quilibet morbus peracutus primam in summo inuasionem obtinet, & ex consequenti est in statu in prima ipsius inuasione: status autem ex Gal. libello de quatuor morbi temporibus, est summa morbi magnitudo, quare & symptomata erũt in summo, siquidẽ accidentia morbũ consequuntur,
2. de acci. vt vmbra corpus: si itaq; morbus, & accidentia
& mor. 1. sunt in summo, necesse est, vt morbus cito terminetur, etenim natura uehemẽtiã, & sæuitatẽ accidentiũ diu ferre non potest, sed necesse est, vt citò vel vincat, vel vincatur. hæc aũt morbi magnitudo, ut testatur Gal. tripliciter extimatur,
7. meth. 12 tùm læsione operationum, q̃ magis est necessaria, tùm magnitudine propriæ essentiæ morbi, vt febris est maior, cuius caliditas maior percipitur, tùm etiã dignitate facultatis, quæ læsa est. Proinde ut ad contextus expositionẽ accedamus, illud [statim] Gal. exponens in cõmento ait, intelligendũ esse circa quatuor primos dies, uel paulò vlterius, cuius qdẽ causam reddebat ipsemet,
3. de cris. 4 quoniã ægritudo peracuta, si habet accessiones, et velox sit, in tertia terminatur: sin tardior, aut cõtingat error, in 5. si adhuc synocha sit in quarta: si verò error cõtingat, in 5. finẽ sortitur: Deinceps Hippo. dicti syllogismi conclusionẽ ponẽs subdit [& extreme tenuissimo victu vtendũ est.] Gal. in com. causam assignãs dicit, Morbis iã cõsistentibus

stentibus conuenit tenuissimus, ut se scripsisse fatetur 1. & 2. de uict. acut. sed peracutus statim consistit: ergo extremæ tenuissimo uictu utendũ est. Quod ãt in uigore morbi conueniat tenuissimus, habet Gal. primo ad Glauc. de cura cõtinuæ sine acci. & in lib. de cris. ubi ostẽdit id esse rationi consonum, dicẽs, Nũc satis sit dicere, ꝙ si quis dubitat propter inflãmationes uel febres inseparabiles à morbis acutis afferre alimentũ nõ tatũ dignum potissimũ morbo iam consistente uereri debet, quo tempore phlegmasiæ maxime existunt, ut asserit Hippoc. siue per phlegmasias intelligantur inflammationes propriæ, siue etiam febres complectantur, iuxta ueterem uocabuli acceptionem: Assignat etiam Galen. secundam causam, quoniam natura in uigore morbi est intenta ipsius coctioni, quare melius est eam permittere, ut circa morbi coctionem incumbat, neque distrahere ad cibos nuper assumptos conficiendos. Circa ea quæ dicta sunt, quòd ægritudo peracuta extremos habet labores, uidetur esse sibimet contrarius Hippocra. 3. prognost. 2. inquiens, quòd [febres simplicissimæ] id est mitissimæ [signis firmatæ securissimis quarto die, uel citius desinunt.] Respondendum est, quòd ex Gale. duplicia sunt accidentia, propria unicuique ægritudini, & communia: propria quidem extrema esse debent, si morbus

12. 11. Metho. cap. 5.

2. De uict. acut.

1. De cris. 5.

morbus extremus est, communia verò, si ægritudo salubris est, & bona, & tuta sunt, vtpote ex 3. progno. 8. facilis spiratio, sine dolore agere, noctu dormire facilitas tolerantiæ ægritudinis, totum corpus esse æqualiter calidum, nō sitire, urina bona pariter & alui excrementa, et alia id genus: contraria verò his mala, & insalubria existunt. Est & alia contradictio inter Hippo. & Gal. dicta, nam hoc loco dicit Gal. & 3. de dieb. crit. quemcunque morbum acutum esse cum febre continua, sicut & alias: contrarium tamen sensit Gal. 2. Apho. dicens, non quemcunque acutum esse cum febre continua, sed vtplurimum (hoc enim vtitur verbo) pariter & 1. progno. dicit Hippo. spirandi facilitas magnam vim habet in omni acuto cum febre, Gal. in commento interpretatur, cum febre, vt separet acutos cum febre ab his, qui sunt sine febre, vt conuulsio. Respondeo, quòd febres cum acutis, quæ sunt causæ, quòd morbus sit acutus, sunt necessariò continuæ: morbus enim non est acutus ex interpollata: vel dici posset, quòd vtplurimum continua est cum acutis, rarò autem acutus est absque continua. Oritur adhuc dubium, nùm in omni peracuto conueniat victus tenuißimus in extremo. s. nihil dare, siquidẽ uidetur imprimis tali uictu non esse vtendum ob Gal. authoritatem super ea verba Hippocratis, quòd in ea pestilenti consti-

cap. ultimo. 3. Progno. 15. & 12. 3. de acut. uict. 18. Apho. 19. Cōtex. 28.

3. Epid. secti. 3. com. 59.

cōstitutione oēs cibos fastidiebāt: dicebat nanq; Gal. fortissimi vero, qui vim sibi ipsis afferentes cibum oblatum assumpserunt, omnes ferè superstites fuerunt, ergo non est verus hic Aphorismus. Respondeo, aut quòd illæ ægritudines pestilentes non sunt extremæ, & peracutæ, vel quòd datur cibus ob debilitatem virtutis præsentem, vel futuram, quæ à peste vel maxime imbecilla reddi solet; Quam planè sententiam sumpsit à Gale. Auic. dicens: & quando cadit appetitus, cogatur ad comestionem, nam plurimi eorum, qui uiriliter agunt super illud, & comedunt violenter, absoluuntur, & viuunt, quare necesse est eos ad cibum cogere: Quæ verba haud intelligēda sunt in omnibus febribus indistincte, vt communiter allegātur: Secūda est ratio aduersus hunc Aphorismum, nā dieta status est illa principij tenuior, sed nil dare conuenit in statu, ergo non in principio. Huic respondendum est, quòd inedia per quatuor dies tenuior est, quàm per vnam duntaxat, licet ambo sint tenuissimę in extremo respectu extrinsecus exhibiti. contra, dicet quis, in principio nil dare est infinite tenuis, ergo ea non est tenuior: antecedens manifestum est, siquidem dare vnciam panis est tenuis, dare mediam, est tenuior, & ita in infinitum. Respondeas velim, quòd ratione cibi dati, vel subtracti licet dietam esse infinitè tenuem concedatur, ratione tamen inani-

1. 4. tract. 4. cap. 4.

tionis

tionis prouenientis in corpore ex nihil dare, nō est infinitè tenuis. Tertia præterea est ratio, nā vt euacuatio non est ad summum ducenda, ergò nec dieta, etenim vtraque naturæ molesta sunt. Huic satisfacere possumus, quòd non tenet consequens respectu eius, quòd exterius exhibetur vel subtrahitur, sed id bene consequitur respectu operationis, quæ ex dicta in corpore fit. Insuper quarta est ratio, quandoquidem accidentibus virtutem prosternentibus illico cibus dādus est, sed in peracutis morbis accidentia virtutē prosternunt: ergo cibus exhibendus est, non autem victu tenuißimo dietandus æger. Respōdeo, quòd assumptum vniuersaliter falsum est, etenim vult Hippo. quòd virtuti debili in morbo non detur cibus, ei nanque noxam inferret. Dices, ait Gale. ꝙ in syncope ex multitudine humorū dandus est panis nō multus ex uino, si mēbra interiora phlegmone vacauerint, quare in plenitudine vinum exhibet. Respondeo quòd ibi Gale. cibum tradit non vt impleat venas, sed quia spiritus resoluūtur, qui crudis humoribus haud instaurari possunt, vnde dat panem cum vino ad spiritus instaurādos, vinum etenim in corpus celeriter digeritur. Quod verò Gal. in primo ad Glauc. de cura feb. cum acci. dicat, in deficientibus animo propter magnitudinem inflammationis, & malignitatem febris vehementis, quan-

2. de uict. acut. 48. 12. Meth. 3.

do

do in principijs accessionum refrigerantur; inter cætera omnino abstinendũ esse à cibo, & potu, id dixit, ꝑpterea ꝙ cũ animo deficiãt ex materiæ ad stomacũ, & cor accessu, in principijs paroxismorum ingesto cibo augeretur symptoma, & tunc syncopis non efficitur ex spirituum resolutione, vt in syncopali humorosa. Dico igitur ꝙ in syncopi defectu spirituũ, rerũq; in spiritus conuertendarum dandus est cibus, in syncopi verò non defectu humoris in spiritus conuertendi minimè dandus est: Quo fit, vt in statu, in quo accidentia sunt extrema, virtutem apta debilitare, cibus non est exhibendus, non tamen in omni syncopi eodem modo nutriendum est: diximus autem de humorosa, in minuta vero danda sunt neque facile corruptibilia, neque humores subtiles generantia, vt non exoluantur: ob id Gal. exhibet condrum, fructus austeros, vitella ouorum, testes gallinaceos, cerebrum suillum: Hinc satis constat vitella ouorum non facile corrumpi, neque ob id in febribus esse prohibenda, siquidem hoc sensit Galen. primo ad Glauc. de cura tertianæ. Amplius quinta est ratio idem corroborans, etenim natura non fert mutationes subitas, ergò in nulla ægritudine tenuissimus uictus conuenit. Responderi potest, ꝙ iuuamentum maius est nocumento, ex secũdo de uic.

acut. non faciẽdæ mutationes insignes in uictu, nisi ĩ corpore mutationes factæ fuerint magnæ, & de deiectione appetitus Aui. inquit, igitur natura fert insignem victus mutationem ob corporis insignem mutationem, quam non fert, nisi facta esset mutatio corporis: non tamen concedendum est, vt quidam volunt, quòd in quacunque subita mutatione omnino nocumentum efficiatur. Gal. nanque & Auic. dicunt, quòd ex mutatione subita ad naturalem, consuetumuè statum fiunt delitiæ, non autem nocumentum: et hoc per se intelligendum est, licet aliquando per accidens & per antiparistasim causet dolorem, vt habet Gal. de iter agentibus per loca frigida cùm semel non sensim volunt se calefacere: tunc enim fit dolor per antiparistasim; vel quia calor valide attrahens soluit vnitatem, & ita per accidens fit dolor, licet per se delitiæ fieri deberẽt. Deinde Hippo. in contextu, quia in non peracutis, & non habentibus statim vigorem adhibendus est victus plenior, & quoniam non peracuti vnum tempus non habent, in quo omnes suum habeant vigorem, certa verò victus species, quæ omnibus communis existat, describi non poßit, tradidit regulam quandam genericam, qua facile victum conuenientem cuilibet non peracuto inueniemus, hunc in modum scribens. [Vbi verò non, sed pleniorem victum contingit adhibere,

Cõtex. 18. & 44.
13. 3. trac. 2. cap. 7.
4. De acci. & mor. 6. 2. 1. doct. 2. cap. 23.
12. meth. 7.

tantum cibi indulgendum est, quãto morbus ex tremis est mollior] Etenim quãto morbus est mol lior, tanto eius vigor remotior, & quanto remo tior, tanto etiam magis ægrotantis ires refice re opus est, vt ad vigorem vsque morbi perdu- rare valeat. Dubitari hoc loco solet nunquid in statu, seu vigore morbi materialis, & salubris accidentia ad summum deueniant. Est autẽ pro intelligentia tituli dubitationis animaduerten- dum, quòd accidentia in morbi vigore euenire so lita, quantum attinet ad propositum triplicia sunt. quædam enim sequuntur morbi essentiam, vt in biliosa febre sitis, linguæ, & oris ariditas, caliditas mordax, & huiusmodi: quædam verò actionem sequuntur virtutis in materiam, vt ca pitis dolor, qui efficitur à vaporibus eleuatis à materia faciẽte morbum ex actione virtutis in eam materiam: quædam verò fiunt cùm natura vult materiam morbum faciẽtem expellere, qua lis est, defectus animi, oculorum grauitas, & id genus, quæ accidentia decretoria nominantur: Clarum autem est, quòd cum natura factura cri sim potissimum in uigore tentet materiã expelle re, hæc postrema accidencia critica in morbi ui gore & apparent, & ad summum deueniunt. Quare de his non est dubitatio, sed de alijs. Ad uertẽdum autem est, quòd dictorum morborum materialium, & salubrium quatuor sunt uni-

uersalia

uersalia tempora, principium scilicet, incrementum, status, & declinatio, vt habetur ex Galeno in libro de quatuor temp. morb. vbi etiam dicit, quòd in aliquibu smorbis hæc quatuor tempora non omnia sunt manifesta. sed occulta, vt in homotona, quæ & acmastica dicitur, in qua principium, & incrementum occultantur, ita vt tota vigor esse videatur, & in paragomastica, in qua & principium, & incrementum, & uigor nõ apparent, ita vt tota declinatio esse videatur, de
cap. 2. & 9. quibus quidem febribus habet Gal. 2. de differẽ
Metho. 3. tijs febr. & alias vbi etiam de epacmastica me-
& 4. minit, quæ tota incrementum esse conspicitur.
Cur autem tales appellentur, ostendit Gale. ubi
9. Meth. 3. inquit, quòd si quod accenditur, par fuerit ei, q̄d transpirat, uidebitur febris nec augeri, nec minui, sed similis permanere, & solum habere vigorem, quod si quod accẽditur, minus fuerit eo, quod transpirat, necesse erit febrem decrescere, & solam declinationem habere manifestam: si uero quod accenditur maius fuerit eo, quod trã spirat, uidebitur febris semper increscere, ita ut solũ incrementũ in ea manifeste appareat: reliqua uero tempora occulta, & insensilia sint. Est ẽt aduertendũ, quòd prædicta temporũ vniuersalium distinctio tripliciter diuariari potest, vno modo quo ad accidentia, secundo modo quo ad materiæ coctionẽ, tertio modo quoad essentiã
morbi,

morbi, quã sanè distinctionẽ quoad morbi essentiã plures omittũt: hic aũt cõtingit dubitatio, an hæc tempora inter se coincidant, ita ut cum adest principium quoad accidentia, adsit ẽt principiũ quo ad materiæ coctionẽ, et quoad morbi eßẽtiã, & similiter cùm est incrementũ accidentiũ, an sit etiã incrementũ & coctionis, & essentię morbi, & idẽ dicatur de reliquis tẽporibus. Trusianus uoluit, quòd prædicta tempora non coincidant, quandoquidem (inquit) quanto materia magis concoquitur, tanto minor efficitur ægritudo, cuius tamen accidentia augentur, & pro se adducit Galenum, ubi ait, quòd circa principia, & fines omnes casus imbecilliores sunt, utpote uigiliæ, dolores, fastidium, sitis, & huiusmodi, sicut ipse dispositiones, quibus hæc fiunt in morbi uigore, necessariò sunt meliores, in his, qui sanitati restitui debent. Verum hæc responsio recedit à placitis Hippocra. & Galeni, siquidem Galenus scripsit, quòd tempora morbi uniuersalia, cum particularibus temporibus unius acceßionis possunt coincidere, sed in uigore particularis acceßionis maior est febris, quàm in cæteris temporibus uniuersalibus: item Galen. lib. de quatuor tempor. uniuers. morbi declarat, quòd, quẽadmodũ animal quatuor habet tempora, initium scilicet, incrementum, statum, et declinationem, ita et morbus

3. Techni com. 32.

2. Apho. 29. & 30.

1. de cris. 3.

quod ostendit exemplò in apostematibus & febribus, in quibus constat in uigore uniuersali essentiam morbi maiorem esse: quare opinio Trusiani non est tenenda, cuius falsitas etiam magis ex declarandis manifesta erit. Ad rationem autẽ Trusiani respõdeo, quod aliud est dispositiones à quibus fiunt casus, & accidentia esse maiores, et aliud est esse meliores, nam possunt dispositiones esse maiores & meliores, febris nãq;, quę maior est, quia materia magis concoquitur & aduritur, est etiam melior quoniam fit ex materiæ coctione, qua uirtus, morbum superat. Et ob id ex ea authoritate nil habet Trusianus. Pro uera ergo responsione primò animaduertendum est, quòd quemadmodum declarat Galenus, pus à duplici

2. Apho. 47. calore conficitur, in cuius generatione dolor fit extensa, & calfacta particula inflãmata, sequũtur uerò febres principio cũ calefacto, et hæc ambo contingunt ex quadam ueluti ebullitione, atq;

1. de diff. feb. 6 adustione sanguinis, qui ubi ex toto exustus fuerit, residuum eius fit pus, ut ex lignorum exu-

1. de cris. 18. stione cinis: insuper dicit Gal. quòd humorũ putredo in uasis similis est ei, quæ in inflammationibus: item quòd in febribus id accidit, quod in inflammationibus, quæ suppurantur, ut enim ibi cũ generatur pus, ita & hic dum concoquuntur humores, dolores fiunt, & febres: ex quibus constat quod materia in uenis concoquitur, inflammatur,

&

& ueluti aduritur, & quanto magis cõcoquitur magis aduritur: & propterea etiam febres maiores fiunt, quare cum in statu, scilicet ĩ prima parte materia maxime concoquatur, febres etiã maiores erunt quod est contra Trusianum. Notandum etiam est, quòd ægritudo materialis & salubris est in duplici differentia, quædam enim est non seruans materiam ad unam expulsionem, ut pleuritis, in qua per sputum materia faciens inflãmationem per partem post partem euacuatur, quędam uerò materiam seruat ad unam expulsionem, ut in quibusdam febribus, & apostematibus, atque aliis morbis, in quibus per partem post partem non fit materiæ euacuatio, ut fit in pleuritide: quæ distinctio colligi posse uidetur ex Galeno, ubi declarat, quòd in morbis sex modis mutationes fieri possunt, uno quidem modo subitò ad sanitatẽ, altero modo subitò ad interitum, tertio paulatĩ ad sanitatẽ, quarto paulatim ad ĩteritũ, quinto mixtim ad sanitatem facta prius aliqua mutatione subita ad melius, deinde paulatim usque ad integram morbi solutionem, sexto, & ultimo mixtim ad mortem eodem modo ut ad sanitatem mixtim fieri dictum est. Eadem etiam distinctio colligitur ex Galeno 3. de rat. uict. in acut. tametsi commentum illud non ita facile intelligi poßit, ubi etiam ait, quod in phlegmonibus, in quibus non sensim, sed semel sanies expellitur

3. de cris. in princ.

Com. ultimo.

affectio ipsa, qua laborant, sæpius mitior existit, sed symptomata augentur: sæpius autem exultant mutuis incremẽtis symptomatũ magnitudines, & ea, quæ affectionis est, ut in phlegmonibus, in quibus pus iam confectum effluit, & ut in uulneribus, quibusdam fieri consueuit, & in peripneumonijs. & pleuritidibus. Ex declaratis respondetur ad secundam dubitationem propositam, quòd cum accidentia morbum sequantur, ut umbra corpus, quanto morbus erit maior quo ad suam essentiam, tanto etiam accidentia maiora erunt eundem morbum consequentia. insuper cum materia magis, ac magis aduratur, ut magis, ac magis concoquitur, & ob id etiam dolores, & febres magis, ac magis augentur, relinquitur, quòd quanto magis concoquetur materia, tanto magis augebitur & febris essentia, & eiusdem accidentia: ex quibus sequitur prædicta tempora omnia coincidere, ita quod cum principium erit essentiæ morbi, erit & accidentium principium, & quo ad coctionem, & similiter quando erit incrementum, uel uigor, uel declinatio unius, erit etiam aliorum, nisi quid adsit, quod impediat, ut in non seruantibus materiam ad unã expulsionem, in quibus licet coincidant tempora quo ad accidentia, & quo ad morbi essentiam, euacuatio tamen, quæ fit per partem post partem

Lib. de. diff. symp. cap. 2.

materiei

materiei faciẽtis morbũ, prohibet tẽpora quo ad coctionẽ coincidere cum temporibus prædictis, quando in statu coctionis portio materiæ notatu digna iam sit euacuata, quę prohibet & morbi essentiam & accidentia ipsa augeri: In apostematibus uerò seruantibus materiam pro maiori parte ad unam expulsionem, licet tempora quo ad accidentia & quo ad coctionem coincidant, tempora tamen quo ad essentiam non coincidunt, quandoquidem parua materiæ portio, quę continuè exhalat, & resoluitur ab apostemate, non modo prohibet apostema in statu augeri, sed alicuius potius est in causa detrimenti: uerum quoniam materię quantitas notatu digna non euacuatur, ut fit in non seruantibus materiam ad unam expulsionem, propterea non prohibetur, ut quanto maior fiat concoctio, & puris generatio, tanto maiora sint accidentia, utpote dolores & huiusmodi alia, quę ex adustione contingunt: quare coctionis & accidentiũ tempora coincidẽt, nõ ãt illa essentię. Et hęc fuit Gal. intẽtio cũ dixit. Nã sæpius affectio ipsa, qua laborant, minor quidem existit, sed symptomata augentur, ut in phlegmone obsessis particulis, & quę sequũtur. Verũ quidam uolentes, quòd semper aucta affectione, aut diminuta augeantur, uel diminuãtur accidẽtia, dicũt quòd cum dixit Gal. sæpe affectionem esse mitiorem, symptomata autem augeri, noluit eo

casu, quòd affectio minor sit, licet sit mitior, ut enim diximus nos ad Trusiani rationem, quòd dispositio à qua fiunt casus, & symptomata, potest simul esse maior, & melior, quia materia concoquitur & uincitur à uirtute, ita etiam dicũt ipsi, quòd affectio potest esse mitior, id est boni moris & maior quo ad essentiam, iuxta illud Hippocra-
3. progn. 2 tis, Simplicißimæ febres, ac signis firmatæ securissimis quarto die aut citius desinunt, quas febres constat esse peracutas, quare quo ad essentiam erunt magnę, sed mites, hoc est boni moris, siquidem firmatę signis securißimis existunt: quod e-
2. de cris. 3 nim morbi magnitudo ab eiusdem more differat, ostendit Gal. Verum sic dicentes, uerba Galen. sequentia non aduerterunt, quæ talia sunt, sępius autem mutuis exultant incrementis symptomatum magnitudines, et ea, quę affectionis est. ex quibus uerbis satis constat, quòd si sensus horum uerborum debẽt cohærere sensui superiorum uerborum, ut in his, ita ĩ illis de magnitudine morbi loquutus fuerit, non autẽ de eius more: etenim, nisi affuissent verba sequentia, præcedentia glossari potuissent. Cęterum quęret aliquis nunquid in morbis non seruantibus materiam ad unã expulsionem principium, augumẽtum, & status essentiæ morbi, & accidentium sint in principio coctionis, an uero in coctionis augumento, Non desunt quàmplurimi asseuerãtes, quod in principio

coctionis

coctionis non solum est principium essentiæ, & accidentium, sed & augumentum, & status eorundem: quoniam cùm æger in augumento coctionis incipit quid coctum expuere, licet parum sit, ea tamen euacuatione essentia morbi decrescit, & accidentia. Sed hi non recte dicunt, quando nonnunquam aliqui patientes pleuritidē, statim parū quid coctum expuere incipiunt, quòd est signum augumenti coctionis, in quibus tamē & dolores, & cętera accidentia per notabile tempus, et augentur & ualida perseuerant, priusquam delitescere incipiant. Quare aliter dicendum eße existimo, quod in principio augumēti coctionis, licet parua aliqua, materiæ portio euacuetur, cuius ratione dolor, & reliqua accidētia diminui deberent, attamen augētur ob humorum deustionem, qui cōcoquuntur: plus enim potest humorum deustio ad augēdum dolorem, quàm parua illa materiæ portio euacuata ad eundem diminuēdum: Et hæc uidetur fuisse Aui. sentētia cum dicit, quòd augentur accidentia, cum sputum augetur, & incipit remoueri subtilitate, & additur in inspissatione, & in facilitate &c. tunc enim prima pars est augumēti coctionis, cum uero materia incipit expui in quantitate effatu digna declinatio incipit accidentium: & hoc uoluit Hippo. cum dicit [Dolores pleuriticorum confestim & sponte desinunt, ubi aliquid effatu dignum expui ceperit]

13. Tract. 4. cap. 5

1. de uict. acut. 37.

&c. Insuper licet illud parum, quod euacuatur in principio augumēti coctionis faciat ad diminutionem essentiæ inflammationis, & accidentium, plus tamen facit ad eorundem incrementum materia defluens ad partem inflammatam, cum maior sit eius materiæ, quæ defluit copia, quàm eius, quæ euacuatur. Quare augumentum essentiæ, & accidentium incipiet in principio augumenti coctionis, uel in ea ultima parte principij coctionis, quæ cum principio augumenti coctionis copulatur, & se extendet augumentum accidentium una cum uigore eorundem ad eam usque partem augumenti coctionis, quæ cum principio status coctionis, coniungitur, uel ad principium usque status coctionis, quo tempore declinatio accidentium initium sumit, cum tunc aliquid effatu dignum expui incipiat, ut ait Hipp. loco citato. Sed dicet quis, in Anaxione 8. ægro ab Hippocra. 3. Epid. descripto, de quo Galen. etiam habet 1. hac Aphoris. par. Aphoris. 12. & de diffi. spir. & alibi, augumentum coctionis cœpit in 17. die, in qua paucum quid coctum expuere incępit, & tamen augumentum, & status accidentium fuit à sexta ad octauam usque diem, post quam declinatio cœpit accidentium, cùm dicat, quòd dolores aliqua ex parte cessarunt, & 11. die febres decreuerunt: Quare uidetur, quòd non solum augumentum

Sect. 3. 8.
1. de cris. 8
2. de diff. spir. 8.

mentum

mentum, & status accidentium sit in principio quoad coctionem, sed & principium saltim declinationis. Respondeo, quòd fortè hoc fuit in causa erroris eorum, qui augumentum, & statum accidẽtium esse in principio coctionis asseruerunt, quod falsissimum est, ut superius diximus. Quare animaduertendum est, quòd ut infra in expositione duodecimi Aphorismi super Anaxionem ęgrotantem dicemus, præter inflammationem mẽbranę succingẽtis costas, atque eam febrem, quæ inflãmationem dictam consequitur, altera febris aderat ex humorum intra uenas putredine, quæ inflãmationẽ, eiusq; accidentia fouebat: insuper dolor contingebat ex inflammatione particulam inflammatam extendente, & quia adhuc partes circunstantes tumidę partem inflammatam comprimebant: unde ex mißione sanguinis facta in octaua die, quæ ut declarabimus ex Hipp. copiosa fuit, cũ dixerit [sanguis plurimus fluxit, & qualem oportuit] materię facientis febrem intra uenas portio euacuata fuit, et ob id febris illa decreuit, nõ ea quę mẽbranę inflãmationẽ cõsequitur & ex eadẽ sanguinis mißione euacuatis partibus circunstantibus, quę nõ amplius ita partem inflammatã comprimebant, dolor fuit cõminutus, nõ tamen ille, qui inflammationẽ ipsam subsequebatur. & ita accidentia inflãmationis, quę ratione ipsius efficiebantur, non sunt commi

2.de rat. uict. acut. 10.

nuta

nuta, & propterea subdit Hippo. Verum tusses siccæ subsequebantur, ut ostenderet ea accidentia non ratione ægritudinis, sed euacuationis ob dictas causas cõminuta fuisse: uel dicatur, quòd accidentia fuissent aucta, ut supra declarauimus, & debent in quacunque pleuritide augeri, nisi id beneficio medici prohibeatur, quod Anaxioni ob sanguinismißionem octaua die cõtingit. Hæc sunt, quæ ad propositum à principio dubium, dicenda uidebãtur. Dubium adhuc est aliud, quod uidetur in ægritudine longa in principio tenuißimo uictu aliquando utendum esse, ut Gal. asserit in syncopali humorosa melicratum, & oximel exhibens, idem quoque Auic. subdens in phlegmatica post septimam dietam incrassandam esse. Respondeo breuibus quòd in humorosa uictus est tenuißimus respectu extrinsecus exhibiti, at respectu operationis scilicet nutritionis, quæ in nobis ex nutrimento fit intrinseco, scilicet humore crudo, dieta non est tenuißima: Quod idem ad Auic. dicendum est, licet post septimam cibum exhibeat, ille tamen non tantũ nutrit, ut id phlegma, quod primis septem diebus concoquebatur, tradit autem post septimam, quandoquidem fortè non amplius adest phlegma aptum nutrire, ne uirtus deficiat: dicit etiam ibidem Auic. unum aliud quòd si sciremus statũ esse remotum, in principio uictus craßior exhiberetur, deinde gradatim

12. met. cap. 3. 1.4. tract. 2. cap. 55. & 58.

cap. 55.

tim subtiliaretur, at in principio subtiliatur, ut natura agat in phlegma id attenuando, concoquendoq; ut si materia non esset multa, febris desisteret, quod si apparuerit statum esse remotum naturamq; indigere nutrimento, in tempore congruo dari poterit, cum status remotus sit, ita quòd post septimam forte in principio uniuersali ægritudinis erimus.

APHORISMVS OCTAVVS.

QVando morbus in suo uigore constiterit, tunc uictu tenuissimo utendum est.



Ic Aphorismus, ut dicit Gal. à quibusdam seorsum scribitur, à nonnullis superiori annectitur Aphorismo, Si sit pars superioris, hunc in modum exponi potest, in secunda præcedentis parte dixerat Hippoc. quòd in meliori morbo uictus plenior est adhibendus, subdit: [Quando uerò morbus in suo uigore cõstiterit, tunc uictu tenuissimo utendum est.] & hoc inquit, ne quis suspicetur, quòd & in statu mollioris uictu pleniori uti oporteat: Si uerò seorsum scribatur præter dictã expositionem interpretari potest, quod ne quis crederet

crederet nos uti tenuißimo in peracutis duntaxat, ob id in hoc subdit, quod eo etiam in non peracutis utimur non quocunq; tempore, sed in statu solum ægritudinis: Propterea expositores dicunt Aphorismum hunc uerum esse in omni morbo etiam cronico, & per tenuißimum respectu aliorum temporum non absolute, ut Gal. affirmat primo ad Glau. de cura quartanæ, in cuius statu subtilioris uictus ratio ex eius sententia est adhibenda, quàm antea, uel postea. Verum faciunt Hippoc. alio modo uictum tenuißimum, quàm superius desumere. Adnotandum igitur est, quod in græco ait Hippocr. in uigore, non autem in suo uigore, hæc enim longè differunt, siquidem quartana suum habet uigorem, non autem uigorem absolute, illæ enim ægritudines uigorem absolute poßident, in quibus summa accidunt accidentia, ut in statu acutorum contingit: Exponendum itaque existimo, quòd si morbus est de numero habentium uigorem absolute, tenuißimo utendũ est cũ in uigore aderit: Ex quo habetur, quod si ęgritudo sit de non habentibus uigorẽ absolute, tanto pleniori uictu in eius statu utendũ est, quãto est mollior absolute uigorem habente, quasi dicat Hippocr. dixi, quod in mollioribus uictus tanto plenior esse debet, quanto morbus peracuto est mollior, exceptis ad uigorem peruenientibus, quales sunt acuti, in quibus in uigore tenuis-
simo

imo utendum est, siquidem uigorem habent, ut eracuti, licet in præcedentibus temporibus pleiori utamur: Vnde inquit Gal. Si ęgrotanti ęgritudine in septima terminatura a principio succũ tissanę dederis, in septima, & per diem ante uccus ptißanæ subtrahendus, nihilque dandum st. Cur autem in statu acutorum nil detur, in statu autẽ diuturnorum quidpiam exhibeatur, dicit Gal. quoniam ad tres extendi acceßiones status n acutis non admodum accidit, in diuturnis verò non modo ad totidem, sed & longe plures. Dices, Gal. & Aui. dicunt, in continua statum esse longum, quare in acutis longus erit? Respondeo, in continua statum esse longiorem cęteris temporibus eiusdem respectu interpollatæ præcipue acceßionum particulariũ, licet in se breuis existat. Gal. in commento huius duas aßignat causas, cur in statu tenuißimo vtendum sit, de quibus in præcedenti Aphorismo dictum est, prima quidem, est accidentium magnitudo, quod pro nostra facit expositione, etenim ea magnitudo uires debiles reddens, & coctionem prohibens, non reperitur in non habentibus uigorem absolute; quod uero accidentium magnitudo cibum prohibeat, habet Galen. altera uerò causa est morbi coctio, cui natura tunc formiter incumbit, & non multo post humores noxios est euictura quare nõ distrahẽda ad nouã concoctionẽ. Hinc etiã patet, ꝙ de diuturnorum

2. de dieb. crit. 11.

1. de cris. 10.

3. de cris. 4

1. 4. tract. 1. cap. 4.

2. de cris. 48.

diuturnorum statu non loquitur. Dices in non seruantibus ad unam expulsionem, cum status accidentium non sit coctionis, ergo in statu eorum nõ utimur tenuissimo ob duas à Galen. rationes assignatas. Respondeo, quòd in statu accidentium nõ dandus est cibus ob alteram causam, posuit autem duas propter eos morbos, in quibus status ipsi coincidunt: Vel dicas, quòd in his non seruantibus ad unam expulsionem in statu coctionis, cũ pars materię notabilis, sit euacuata, natura non est maxime intenta coctioni, sed magis in statu accidentium, siquidem multa adest materia coquenda, quare ob materiæ multitudinem natura est magis intenta tunc coctioni, quam in statu coctionis, in quo natura debilior ex præterito labore indiget cibo, cùm pręsertim tunc ægritudo minor sit facta, atque accidentia minora, & residuum materiæ adhuc expellatur, naturaq; tunc non nimis à coctione distrahetur, quandoquidem pauca est, quæ remanet, atque eo tempore digeritur: Quare Hippo. ait quod [si talia expuuntur, qualia expuenda, sorbitionis quantitas augenda:] et in comm. Gal. dicebat, qui probe expurgantur, his ptissanam dare oportet, non modò ut uires roboret, sed & ut opem ferat expuitionibus humidorum, quæ ex pulmone fiunt, item 25. eiusdẽ Hippo. inquit. [Et quanto maior fuerit expurgatio, tanto magis ad iudicationem usque dare oportet]

1. de rat. uict. acut. 23.

portet] indicatio autem (ait Gal.) etiam dicitur, de permutatione ita insigni, ut æger periculũ euaserit: uult autem Hippo. cibum augeri, ut augetur euacuatio, siquidem in tali euacuatione uiribus ualidis indigemus: uidemus etenim quòd habentes debiles uires expuere nõ possunt. Gal. aliud etiam in commento dicit, quòd præsens sermo de morbis salubribus intelligitur, in quibus curationem & uictus rationem intendimus, in morituris autem parte utimur prognostica, ne euentus nostro deinceps errori adscribatur, quod alibi idem sensit quod quidem efficitur, ne remedia apud uulgum suspecta fiant: intelligendum autem est in morituris de proximo: in quibus nanque potest uita notabili tempore produci, cũ protestatione agẽdũ est, aut Gal. asserit in ethico tertię speciei. Seruatis igitur quatuor, de quibus primo in Aphorismo, dicta Gal. conditio sufficit ad Aphorismi ueritatem, ob id insulse expositores sustinent, quod oportet & statum esse breuẽ, atque uirtutem constantem & fortem, sed hæc pro pręsenti Aphorismo à nobis sat dicta sint ad proximum condescendamus.

2. Aph. 29. 11. met. 9. & 12. eiusdem. 3.

10. meth. 10.

APHORISMVS NONVS.



Coniectari autem oportet, an æger cum uictu sufficiat perdu

rare

rare, donec morbus consistat, & nunquid prius ille deficiat, nec possit cũ victu perdurare, uel morbus antea deficiat, & hebetescat.



AL. in fine præcepentis commẽti hunc Aphorismum continuat cum præcedenti, quòd superius declarauit Hippo. quomodo vna indicatio sumenda sit ex temporibus morbi ad victus rationem, quæ docet formam, & speciem victus, quæ in acutis quadruplex est, nihil dare, melicratum, succus ptissanæ, tota ptissana. Nunc modo alteram docet indicationem, quæ à viribus ægrotantis desumitur, vt quantitatem declinationis uictus à tenuissimo (dicit Galen.) exquisite noscamus, etenim ex Galen. sententia nutrimus ægros virium gratia, non morbi, quæ sanè vires cùm robustæ fuerint, vt esse duraturas ad statum usque cum tali victus forma speremus, tunc exquisitam declinationis quantitatem habebimus, vtpote in ægritudine terminatura in septima, si vires ualidæ sint, datur mulsa, sin imbecilles, aliquid victui adijcimus, qui

tantum

tantum plenior adhibendus, quantum natura imbecillior expostulat: Vnde ptissanæ succum administramus: & ita uictus forma diuariatur ob naturæ debilitatem, quæ eget nutrimento: Quare, inquit Gale. cùm quid in statu uires dissoluit, aliquando nutrire cogimur, ut alibi etiam commemorat, quæ sint uires debilitantia, & ait, quòd uirtus debilis redditur, aut intemperie, aut resolutione, & huiusmodi, quæ cibo facile reparatur: Dicit autem hoc loco (aliquando cogimur) propterea quòd non semper uirtute debili in statu nutrire cogimur, ut declarat Hippocrates. Quoniam igitur dictum est, quòd in peracutis statim utimur tenuissimo, & in mollioribus pleniori: ideo in hoc Aphorismo subdit [coniectari autem oportet, an æger cũ uictu sufficiat &c.] Quasi dicat non solum morbus contemplandus, an sit peracutus, uel quanta sit morbi declinatio a peracuto, sed & uirtus consideranda est, an possit cum eo uictu ad statum usque perdurare, propterea quòd si non poterit perdurare æger ante deficiet, quàm morbi uigor adsit, si eo uictu utetur: Si uerò perdurare poterit, morbus prius deficiet, non æger, uel perfectam, uel imperfectam crisim. Dicit autem in contextu [coniectari] quandoquidem medicus artificiali coniectura uti debet, potißimum in particulari-

2. De uict. acut. c. 54. 1. & 4. de præsag. ex puls. penultimo.

2. De rat. uict. acut. 48.

1. De loc. aff. bus, quæ nec uerbo dici, nec calamo scribi possunt. Hæc est expositio de Gal. sententia in commento: Est autem & altera, quæ talis est, quòd cùm in uictu duo considerentur; species inquam uictus, & cibi quantitas exhibendi, cum in superioribus indicatione ex morbi temporibus victus speciem inueniendam esse ostenderit, nunc manifestat, quomodo ex ægrotantis viribus quantitatem inuenire liceat, & quoniam non nisi artificiali coniectura ea quantitas haberi potest, vt Gal. affirmat, ideo Hippo. inquit [coniectari autem oportet &c.] hoc est oportet vti artificiali coniectura, an æger sufficiat perdurare cum uictu usque ad statum, & hæc est dieta coueniẽs, an prius scilicet æger ille deficiat, nec poßit cum uictu perdurare; & hæc est quantitas minor, q̃ coueniat, an morbus antea deficiat, atq; hebetescat per completam, diminutamuè crisim, quod sanè intelligitur, nisi quid impediret, vtpote materiæ morbi auctio ex cibo superfluo, & hæc est quantitas maior. Hunc proculdubio alibi Aphorismum ponit Gal. à quo totam prognosticationem, & victus rationem pendere dicit, virtutẽque comparat ægri onus portanti, morbum verò oneri & tempus à principio ad statum, uiæ. Dices, quænam uirtus ex Hippo. sententia custodienda uenit? nùm naturalis, an uitalis, animalisvè? Respondeo ex Gale. dicente, quòd est maxi-

Marginal notes: 1. De loc. aff. — 2. De uict. rat. 30. & 3. meth. 3. & 1. ad Glauco. — 2. De uict. rat. 37. — 2. Progno. 8. de cris. 5 — 7. metho. ultimo.

maxime cordis dignitas, & ægritudinibus maxime necessaria, cerebri verò ad uitam quidem par est momentum, non tamen par robur eius in ægrotis requirimus, cùm necesse omnibus nõ sit neruorum, & musculorum opera uti quare abunde fuerit, si tantum eius seruatum sit, quo respirationis munus sit obeundum, iecinoris opus omnibus partibus necessarium est, non tamen adeo perpetuam necessitatem habet, sicut ipsius cordis. Quod licet ita sit, tamen Galen. ait has facultates seruare, nil est aliud quã uitam seruare, est enim monstratum qualibet earum amissa, necesse esse reliquas unà perire: Cuius rationem assignat in libello de fœtuum format. post medium, etenim usus scilicet uniuscuiusque cæteris est necessarius: Quòd uero munus hepatis ægritudinibus etiam sit necessariũ, habet Gal. inquiens pernitiosum esse dissolui hepatis robur: idem munus necessarium esse non solum sanis, sed & ægris eò patet, quoniam coctiones quoq; humorũ peccãtiũ. à naturali fiũt facultate, ut ex eodem Galen. ubique colligitur. Sic itaque indigemus ualida facultatis naturalis actione, sed non ita perpetuo, ut uitalis, & præsertim hepatis actione, nam aliquando nihil dare per quatuor dies utimur. Cæterum de signis ostendentibus uitalis uirtutis debilitatem habet Hippocra. 2. progno. sumuntur nanque ex

9. Metho. 10.

11. Meth. 15. & 16. 1. Epid. tẽpe. 2. com. 44. 46. & 4. de acut. 44. 3. de & simp. med. cap. 5. 1. Progno. ultimo. Contex. 8. 9. & 10.

colore, & extremitatum calore, præterea ungues, & digiti liuidi sunt, item fortitudo, uel debilitas aliarum fortitudinem, vel imbecillitatem vitalis indicat, & præsertim naturalis, quæ humorẽ generat, ex quo vitalis nutritur. Dubium hic oritur, nùm in uictu instituendo sumatur indicatio à virtute, ægritudine, & eius tempore, quæ sanè indicatio nil est aliud, ex Galen. quàm ipsa agendi insinuatio: & alibi ait, quòd cõis est vnus cibandi scopus & sanis & ægris, virtutis scilicet custodia: morbus enim suæ affectionis indicat auxilia, immo alimonia ægritudinem offendit, quare non indicat, sed cibum prohibet, contrarium verò sustinere videtur, dicens virtutem in auxiliorum inuẽtione aliquando solum necessariam videri, nonnunquam mediocriter, non tamẽ præcipuam, aliquando ita parum, vt lateat, quandoque prætermitti, ut non uideatur esse ex utiliter considerandis: item ab eodem habetur, quòd à tempore neque cibi, neque agẽdorum sumitur indicatio, quod etiam corroborat in libello ad Traßib. de optima secta. Dicendum est pro responsione ex libello illo de optima secta, ꝙ id quod indicat, aut sui custodiam, aut ablationem indicat, quare uirtus sui custodiã, quæ cibo fit, morbus verò sui remotionem, quæ remedijs efficitur, indicat, verum tamẽ est, quòd uirtus est cõtẽplanda in remedijs adhibendis, ut ad

2. Meth. 7.
9. Metho. 12. & 13. & 1. De rat. acut. 44.
9. Meth. 7.
3. Metho. ultimo.

mittẽs, vel prohibens, & pariter ægritudo, & eius tẽpora in cibo exhibẽdo, ut. s. prohibent, uel admittũt, etenim nisi cibus noceret morbo, ægros ut sanos aleremus, quod idem sensit inquiens, ꝙ prima omnium indicatio à uirtute sumitur, sed non ita prima, ut curationem doceat, nõ. n. ut ab ægritudine liberemur, ab ea primum quicquam desumimus, sed ex accidenti: virtutis nanq; robur quãdoq; cõducit ad curamn: morbus. n. primo indicat de remedijs adhibendis, vt virtus tolerat, quemadmodũ virtus primo de cibo porrigendo, ut virtus seruata, et valida ægritudinem remouere poßit: ad rõnem igitur respõdeo, ꝙ nõ valet virtute valida nil fit propter eã, ergò ab ea nõ sumitur indicatio, siquidẽ semper ĩdicat de sui custodia, & ex cõsequẽti de cibi exhibitione, nisi indicatio ægritudinis indicationi eius præualeat: ad id verò de tẽpore dici potest, iuxta Gal. placita libello illo de optima secta, ꝙ tẽpus non indicat neq; de cibis, neq; de remedijs, primo & per se, sed cõsideratur tẽpus, vt ꝓhibet, vel non prohibet: vel dicatur secũdũ eũdem, quòd à tempore quatenus tempus nulla sumitur indicatio, sed à dispositione eo tẽpore existente, vel tẽpori cõparata, vt virtus cõparata statui, quæ sine cibo attingere nõ posset, indicat cibũ esse exhibendũ, & morbi cruditas in principio remediorũ prohibet applicationem: quod idem sensit etiã Aui.

1. De cris. 44.
9. Metho. 13.
3. Metho. ulti.
1.4 tract. 2. ca. 8.

APHORISMVS DECIMVS.

QVibus igitur ſtatim morbus cõſiſtit, his ſtatim tenuis uictus adhibendus eſt: Quibus uerò poſterius debet conſiſtere, his & in ipſo conſiſtẽdi tempore, & parum ante illud cibus ſubtrahendus, prius verò vberius agendum, vt æger ſufficiat.



Alenus in commento inquit, ꝙ ſentẽtia huiuſce Aphoriſmi eadem eſt cum ea ſeptimi, ſed eſt differentia, quòd hæc uniuerſalior eſt ea, ſiquidem in 7. de peracutis ſolum, hic verò vniuerſaliter de omnibus loquitur, qui ſtatim, id eſt non multo poſt primam inuaſionẽ uel acceßionẽ conſiſtũt: & duas ponit Hipp. cõcluſiones, quarum prima eſt [Quibus igitur ſtatim morbus cõſiſtit, his ſtatim tenuis victus adhibendus eſt] non dicit autem tenuißimus, quandoquidem loquitur non ſolum de peracutis, ut in ſeptimo, ſed de omnibus in uniuerſum, & ſub tenui tenuißimus quoque continetur, à quo non differt, ut tenuis,

ſed

ſed ut abſolute, uel ut exquiſitus; Per ſtatim
conſiſtẽtes, id eſt nõ multo poſt primã accesſionẽ
intelligere poſſumus acutos ſimpliciter in 14. cõ
ſiſtẽtes, in quibus cõpetet tenuis, nõ tenuiſsimus,
& hi morbi peracuti non ſunt: Vel per ſtatim cõ
ſiſtentes intelligamus peracutos non exacte, ut
homothona, de qua dcit Gal. ꝙ tota eſt ſtatus, &
extenditur nõnunq̃ ad ſeptimũ uſque, & in his 2. de diffe.
ſi uires debiles ſint, utimur tenui, ſ. ſucco ptiſſa feb. ult.
næ, non tenuiſsimo, uti dictum eſt: & ita patet
quomodo huiuſce Aphoriſmi ſentẽtia uniuerſa
lior uidetur, & hæc expoſitio nõ eſt ita uiolẽta,
nam ait Gal. quòd non multum intereſt primis 1. De criſ.
diebus præſcire nùm ægritudo in 14. cõſiſtet, & 16.
ita de alijs, cum non magna uictus mutatio effi
ciatur ac ſi morbos in 40. conſiſtere deberet, at
cũ ĩ 4. ſtatus futurus eſt magna mutatio ſit. Sed 1. De uict.
dicet quis, Hippoc. contrarium præcipit, nempè acut. ulti.
primo cremore; dehinc ptiſſana utendum eſſe, er
go prius tenuius, deinceps craſsius nos nutrire
debere ægrotantes. Dico, quòd Hippo. de cibo lo
quitur dando in declinatione accidentium, ut pa
tet ex commẽto Gal. at manifeſtum eſt, quòd in
in declinatione incipiendum eſt prius à tenuio
ri, & dehinc ad craſsius procedendum, ut condi
tio ægritudinis, & robur uirtutis ad melius
uergere uidetur. Sed rurſus dicet is, nõne Aui. 16.3. trac.
iubet, quòd in excoriatione inteſtinorum à cibis 2. cap. 7.

duobus diebus est abstinendū:itnē i angina usq;
9.3.ca. 11. ad tertium dat oximel, vel syrupum de melle, de
hinc aquam hordei, deinde vitellum oui, postea
1.3. tract. sorbitiones ex candaros: item in phrenesi pri-
3.cap.3. mo dat oximel, post unum vel duos dies a-
quam hordei subtilemcum oximelle, deinde gros
sam: Et ita primo cibum subtiliat, postea in-
crassat. Respondeo, ꝙ hæc regula est uera vni-
uersalis, & semper indicatione sumpta à mor-
bo, & uirtute, & habita ratione virtutis a-
ctionis in materiam, plenior victus conuenit in
principio, quàm in augumēto, & statu, nisi quid
aliud impediat, vt in disenteria, in qua non
datur cibus, vt vlcus augeri prohibeatur, &
ita ad præseruandum: de angina itidem dici po
test, quòd ad præseruandum non datur in prin
cipio alimentum crassius, ne augeatur angina:
vel dicatur, quòd statim summos habet labo-
res, quare statim tenuius exhibet, & cum ple-
nius tradit, est declinatio accidentium: de
phrenesi quoque idem dici potest, quoniam est
peracuta, statim subtiliat, postea auget in de-
clinatione: uel dicatur, quòd statim subti-
liat, vt prohibeatur augumentum apostema-
tis, deinde ingrossat ob ipsam uirtutem: Al-
tera & secunda conclusio ab Hippocra. in con-
textu posita est, quòd quibus debet poste-
rius consistere, cùm consistunt, & parum an-

te cibus subtrahendus, sed prius, scilicet in principio morbi vberius est nutriendum, vt virtus sufficiat durare usq; ad statum, propterea quòd morbi illi peracuti non sunt: & hæc satis sint pro hoc Aphorismo.

APHORISMVS VNDECIMVS.

IN accessionibus abstinere oportet, nam cibum dare nocuum est, & quibus per circuitũ fiunt accessiones, in ipsa accessione abstinere oportet.



OMISSIS, quæ ab expositoribus dicuntur, sententia est Aphorismi, Quoniam in præcedẽti Hippo. dixerat, quòd in quibus morbus posterius debet consistere, prius vberius agendum, deo ne forte quis credat, quòd in quocũq; tempore principij cibus exhiberi potest, subdit, quòd licet in principio sit nutriendũ, nõ tamẽ in quacũq; principij parte, in accessionibus .n. abstinere oportet, nam cibum dare nocuum est. Quam etiã continuationem insequitur Philotheus, etenim cùm docuerit quando nutriendum est, nunc vero quãdo non nutriendum docet. Et hinc habetur, quod dicit Galen. in commento, quòd cum hactenus

Hippo.

Hippoc. docuerit formam totius victus in omni morbo esse assumendam ex morbi vigore, & viribus ægri, nunc ostendit, quomodo quis conueniẽter particulatim cibum exhibeat, cùm iubeat caueri morborũ accessiones, cùm scilicet aut cessauerint, aut iam declinant. Huius Aphorismi sententiam dicit Gal. in commento: manifestius docuit Hipp. in lib. de uict. rat. acut. vbi Gal. ait, videtur explicare Hippo. quod dixerat alibi, ꝙ cum pedes fuerint frigidi, nõ à sorbitione modo, sed & à potu maxime temperandum: at cum caliditas ad pedes descenderit, tunc dare expedit: in 4. autem inquit Hippocrat. [obseruatis ita febrium accessionibus, vt nunquam cum adsunt, neque cum futuræ sunt, exhibeas, frigiditas siquidem pedum parte plurima febris accessuræ signũ existit, quo tempore si quid porrigas, maxime peccabis, morbum enim haud parum augebis, at verò cum febris desierit, contrario modo pedes reliquo corpore calidiores fiũt.] & Gal. commento dicebat, quòd principium accessionis fit, cùm totus calor ex toto corpore ad cor, & thoracem concurrit, augumentum cùm se paulatim extendit ad partes eius extremas, status cùm ex æquo totum corpus occupat, declinatio contraria principio, cum caliditas perspirat, ac medium corporis relinquit: Quod ostendit, cùm dicit (cùm ad pedes calor descenderit) neque

Cõtex. 39. 1. de rat. uict. acut. penult.

que

que enim idem eſt calidos ex frigidis pedes fieri, & caliditatem in eos tranſire, etenim deſcendere commutationem caliditatis ex alia parte in aliam manifeſtat: fieri autem poteſt, ut pedes caleſiãt manẽte in corporis medio caliditate, quod in vigore ipſo contingit. De hoc etiam Aphoriſmo meminit Hippo. in lib. de humo. ante medium libri, pariter & Gal. in lib. de quatuor temporibus morbi, qui eandem, quam nos recitauimus, expoſitionem tradit. Demum Hippo. in ſecunda Aphoriſmi parte eandem ponit ſententiam, ſed magis genericam: prima enim pars intelligi poteſt de principio ſolum, ut fecit etiam in decimo reſpectu ſeptimi. Dicit igitur [& quibus per circuitum fiunt acceßiones, in ipſa acceßione abſtinere oportet] quaſi dixerit non ſolum in principio vniuerſali, ſed & in augumento, & ſtatu, & declinatione, vbi per circuitum fiunt acceßiones in acceßione ipſa abſtinere oportet. Poteſt etiam exponi, quòd cum prima Aphoriſmi pars maxime verificetur de febribus, ne quis crederet ſolum in acceßionibus febrium abſtinendum eſſe, ideo in ſecunda Aphoriſmi parte ſubdit Hippo. & quibus per circuitum &c. quaſi dicat non ſolum in febribus, ſed & in omnibus morbis, in quibus acceßiones fiunt: & hæc videtur expoſitio Philothei, etenim in acceßione doloris colici, vel renum, vel huiuſmodi, ægri non ſunt

nutrien-

nutriendi. Est autem adnotandum, quòd periodi (qui latine circuitus dicitur) ex Gal. libello de quatuor temp.part.morb.sex sunt partes, nimirum principium, inæqualitas, augumentum, status, declinatio, & interuallum, vel integritas: item ex eodem potest, & solet diuidi à plerisque periodus in paroxismum, id est accessionem, & remissionem, quæ & interuallum dicitur: accessio autẽ quatuor partibus constat, & aliquando tribus manifestis, principio, inæqualitate, quæ nonnunquam occultatur, statu, & augumẽto: remissio autem duas habet partes, declinationem, atq; integritatem. Hinc patet, quòd male neoterici autumant, nempè declinationem paroxismi esse partem. Cùm itaq; dicat Hipp. in accessionibus abstinendum, consequitur cibũ in vltima circuitus parte, scilicet in integritate, si adest, esse porrigendum: at quoniam quandoq; nõ adest, vt dicit Gal. verum pars secunda circuitus solam continet declinationẽ, ideo tunc in declinatione cibum exhibemus. Cæterum cadit hic dubium, an liceat in paroxismo nutrire ægrotantẽ, si quidem hoc asserere uidetur Gal. vbi in febre arida, quæ fit in corporibus calidis, & siccis, humores, & vapores biliosos, acres, & mordaces ex lõga inedia, vigilijs, tristitia, solicitudine, & peregrinatione congerentibus cibum in accessione porrigit: narratq; cuiusdam ægri historiam

10. meth. 3. 4. & 5.

qui

qui dictis de causis inciderat in febrem, cui diatritarij cibum in principio dare nolebant, & ipse dando ei cibum illum à morte siue ethica febre liberauit. Et Aui. idem sentit, quod accepit à Galeno. Respõdeo, quòd eo casu ob vires nutrimus, vt corpus nimis exiccatum humectetur, ne deficiant animo, & ne transeant in ethicã, quod facile eis contingit. Intelligendus est igitur Aphorismus, vbi non adsit aliquid reddens debiles uires, quarum gratia, vt iam dictum est, cùm dubium sit ne deficiant, quocunque tempore nutrimus, rarò autem febres dictæ contingunt, in quibus liceat in accessione nutrire, cùm & rarò contingat in principio, id est, primo die, vel secundo uires esse imbecilles, ut ait Gal. quę dictis de causis debiles efficiuntur, vel ob malũ corporis habitum, vel ob ipsum senium: vbi verò ex Galeni sententia ob copiam humorum, vel obstructionem, aut phlegmonem, vel, vt semel dicam, humoris cuiuspiam putredinem febris est orta, maximo malo est cibus, atque hos quidem neque in inclinatione febris citra noxam nutries, ne dum ipsa inclinatione inualente. Num uerò deterius sit in principio, an in statu nutrire, vt hoc recte habeamus, aduotanda est in primis febrium diuisio, quam Gal. statuit, ubi Gal. declarat, quomodo febres continuæ, & intermittentes bifariam dicuntur, continuæ enim proportio-

1.4.tract. 2.cap. 8.

10.met.2.

cap.5.

2. de diff. feb. 2
1. Epid. 3. sect. com. 2.

nales

nales ab antiquis comparatione ſynocharũ intermittentes dicebantur, comparatione autẽ intermittentium, & deuenientium ad integritatẽ nominantur continua. Hoc ſtante communiter ab omnibus dicitur, deterius eſſe in principio nutrire, quàm in ſtatu: etenim nocumenta principij alijs etiam temporibus communicantur, non ſic autem nocumenta ſtatus, cum principium, & augumentum præterita ſint: at nocumenta principij ſunt, quoniam calor ex cibo retrocedens magis cor lædit, & principalia: item cibus à uirtute impedita à forti caliditate præter naturã non coquitur, quare ſuperfluitates auctæ putreſcentes, materiam ægritudinis, & exacerbationem adaugent: item vapores à cibo eleuati ex calore præter naturam uſti, fumoſi, & inflammati per totum corpus diſſeminati calorem augent præter naturam. Verum ſecundum Gal. aliter dicendũ puto, ubi declarat, quòd ſi inter duas acceßiones eſt magnum ſpatium, non eſt dubium, quòd in tẽpore maxime remoto, & à ſtatu acceßionis præteritæ, & à principio futuræ acceßionis nutrire debemus, quod ſi ſtatus præteritæ non diſtet à principio futuræ ita ut ægrum aut adhuc calentem, aut acceßione iam iã affutura nutrire cogamur, eo caſu, ut in re ancipiti deligere conuenit, quod eſt minus malum, id diſtinguendo ab eo, quod magis nociturum eſt. Sunt autem conſide-

11. meth. ultimo.

randa

randa locus, affectus, affectio, principij & status natura, & mos: locus quidem & affectio, ut si hepar, uel uentriculus pateretur inflammationem ante accessionem cibare periculosum esset, hepate nãque affecto alui deiectiones unà cum accessionibus solent inuadere, ore autem uentriculi uexato syncope, quæ cibo dato augeatur, ubi uerò abest inflammatio uiribus infirmis, utilissimũ est: Mos uerò uigoris & principij contemplatur adnotando in summo uigore an citra magnitudinem caloris febrilis siccus sit æger, & squallens, an citra siccitatem urens, priorem enim oportet quamprimum uictu humectante madefacere, in secundo uero manere, dum plurimum caloris remittatur: at in more principij acessionis adnotabis an corporis extrema perfrigeret, & magnam sanguinis reuocationem faciat ad interiora, an uerò corpus non præmat: hoc secundum ceu facile contemnes, si primum sit uidendum, an motus ad interiora in accessionibus polleat absque redundantia humorum, & absque inflammatione uisceris: Quo casu paulo ante cibans nihil offendes, ut in casu superius enarrato fecit Gal. si uero adest uisceris inflammatio, uel succorum abundantia qui ad interiora mouentur, cauenda est ante accessionem cibatio, ut res maxime noxia. Hæc est decisio Gal. at dixerat quod si febris sit continua uniformis, ut ho- 11. meth. ult. & 5.

mothona

motbona, spectanda facilis ægritudinis tolerantia, item in sanitate cibandi consuetudo, quibus coeuntibus tempus erit cibandi conuenientissimum, & potissimum si æstatis tempore ea hora erit frigidior diei illius: Quòd si non coeant, deligenda est hora, qua facilius tolerant ægritudinem, si adest, si verò non adest, dandum est hora consueta. Patet igitur ex dictis, quòd nō semper verum est cibum in principio datū nocere eiusq; nocumenta omnibus temporibus communicare, vt ex Gal. colligitur, accidentia nanque ex libel
10. metho. 3. & 4. & 12 eiusdem 6. 3. de cris. 2. lo de quatuor tēp. modo principij sunt fortiora, modo autem illa vigoris. Proinde per quot horas ante accessionem sit cibandum, præcise respōderi non potest, sed considerare oportet, an vētriculus sit validus: item consideranda quantitas, & qualitas cibi, & ventriculi dispositio: Vnde Gal. dabat per tres horas ante diarias, siquidē cibus facilis coctionis erat, & paucus. Dices,
8. meth. 4.
11. metho. 15. Gal. ait, quòd ciborum coctio siue in hepate, siue in ventriculo sit improspera, febres intendit, ac succi vitio exacerbat, quo magis in omni febre ciborum coctioni prospicere magnopere oportet, nam si adueniente accessione cibus non sit confectus in hepate ex retractione caloris ad interna, febris ita intendetur, & mala accidentia efficientur, sicuti cum cibus nondum coctus aduenire accessione in ventriculo reperitur, sed spatio

trium

trium horarum cibus concoctus esse non potest in ventriculo, & hepate ante accessionem. Respondeo, quòd vera est sententia posita, sed cum fieri non possit, vt duæ coctiones in dictis uisceribus confectæ sint, procurandum est, vt cibus ad minus in ventriculo sit confectus, qui aduentante accessione vacuus existat: Vnde videtur ante ephemeram per tres horas ad minus cibum cōcedere, & Aui. ad minus per quatuor horas, non quòd illud sit tempus determinatum, sed coniectura id asserunt: Vnde in eadem prima 4. de cibat. feb. in genere ait, ꝙ est cibandum ita, vt paroxismus stomaco vacuo occurrat: licet autem omnino noceat, quòd in hepate cibus nòn sit coctus, non tamen tot, & tam magna nocumenta consequuntur, vt fit, cùm non est in ventriculo confectus, de quibus quidem nocumentis habet Hipp. dicens, quòd [venter necessariò calet, fastiditque cibum, intenditur hipochondrium, iactatur corpus propter internam turbationem, mens fixa non est, dolet æger, lancinatur, uellicaturq; uomere affectat, & si mala uomuerit, dolet:] & dicebat Gal. quòd in principio accessionis aliquando humores ad ventriculū confluūt, qui vomitu reijciuntur: Vnde facile possent humores hi cibum in ventriculo corrumpere: item calor obruetur magis, & suffocabitur.

11. meth.

8. meth.

1.4. de cur. phleg.

4. De rat. uict. 39.

3. de præsa. ex pulf.

APHORISMVS DVODECIMVS.

ACcessiones verò,& cõstitutiones morbi indicabũt, & anni tempora,& circuituũ successiua incrementa,siue quotidie, siue alternis diebus, siue per maiora interualla fiant, sed ex his,quæ mox apparent inditia sumuntur, quemadmodum in morbo laterali, si circa initia statim sputum appareat, morbũ breuiat,si verò postea appareat, producit,& vrinæ,& alui excrementa,& sudores vel bonam morborũ iudicationem,vel malam,vel breues, aut longos fore morbos mox apparentia ostendunt.



ECLARAVIT *Hippo. figuram totius victus à nobis fieri duas respicientibus intentiones nimirum ad virtutem, & morbi constitutionẽ,cõsiderare namque (ait Gal.) an morbus sit acutus,an peracutus,an longus,& quando maxime in vigore consistet nihil aliud est, quàm*

morbi

morbi constitutionem, contemplari. Quare Gal. .de crisi.4.dicebat, constitutio est morbi forma, secundum quam ex talibus, tantisq; temporibus vniuersalibus constituitur, allegatq; Hippo. 1. epid.sect.3.contex.10.vbi diuersos febrium modos declarat, & Gal.in eo com. inquit, quòd per modos, formas intelligit, licet nonnunquam & modos febrium dicat mores, nonnunquam ipsarum febrium differentias, & essentias: item declarauit Hippo.superius particulares cibationes ex particularibus accessionibus inueniendas esse, ita vt ad perfectam victus rationem tres essent intentiones, vna quidem ex ægrotantis viribus, secunda ex morbi constitutione, & tertia ex particularibus accessionibus: Ideo in præsenti Aphorismo docet Hippo. ex quibus cognosci debeant constitutiones, & particulares accessiones futuræ, vt ex illis intentionibus rectã victus rationem constituere non ignoremus. Sed dices, cur etiam Hippo.non docuit, ex quibus vires cognoscere debemus? respondet Gal.in com. quòd vires sub primo statim ingressu comprehẽdi possunt tùm ex pulsibus, tùm ex his, quæ scripsit Hippo. in prognosticis, si non exquisitè, saltim artificiali coniectura: atque hoc omnes concesserunt, verum multi medici constitutionem morbi, qualisnam sit, & accessiones particulares cognosci nullo modo posse putarunt. At

Hippocrat. sæpe exquisite id scire posse comprobat, sæpe artificiosa coniectura non longè à veritate, sed propè perueniente ad cognoscendum statum futurum, & successiuas reciprocationes accessionum: De his autem ait Galen. scripsisse Hipp. in prognost. & Epid. se verò exposuiße Hippo. verba in primo de cris. vbi ostēdit quomodo quis futurum morbi vigorem præcognoscat, quem sanè librum legant cupientes diligentius perdiscere hic per capita ab Hippo. tradita, & breuiter à Gal. exposita. Dices adhuc, cur Hippocra. non tractauit de pulsibus, si eis vires cognoscuntur? Huic satisfacit Galen.

3. de cris. ultimo.

quòd Hippo. non est exequutus signa ex pulsibus desumpta, vel quia non nouerat, vel quia non magni momenti existimauit: primum autem dicendum non est, siquidem primus omnium Hippo. nomen pulsus literis prodidit, atq; artis, quā complectitur, non videtur ignarus, hanc tamen partem artis penè reliquit intactam, in libro etiam quòd animi mores corp. temp. sequantur, Gal. ostendit Hippo. cognouisse pulsum: Quare videtur secundum dicendum, nempè quòd pulsum pauci momenti ad iudicandum salutem, vel mortem fuisse iudicauit, etenim Hipp. signa ex pulsu non ita certa esse putauit, vt illa, de quibus in primo, & 2. prognost. meminit, quæ robur indicant, vel debilitatem omnium virtutum,

1. de diff. pulſ.

um, vtpote vitalis, animalis, atque naturalis; quæ planè signa ex operationibus potißimũ deſumuntur, vt ex Gal. colligitur. Ex quatuor igitur ait Hipp. nos cognoſcere acceßiones, & constitutiones morbi, quorum primum morbi ſunt, hunc in modum ſcribens [Acceßiones verò, & constitutiones morbi indicabunt.] Quod Gal. in com. imprimis declarat in intermittentibus, nam ſi tertiana oſtendit, quòd cito deſinet, flaua enim bilis ſui tenuitate febrem breuiorem facit, constitutio morbi breuis erit, & acceßiones de tertio in tertium: ſi autem quotidiana erit longior, quia phlegma ſui craßitie, & multitudine ægritudinem longiorem reddit, ita eius constitutio longior erit, & acceßiones quotidie, ob quod quotidiana nominatur: ſi verò quartana erit longißima, vt habet Hippocra. dicens, [at verò omnium eſt quartana ſecuriſſima, facillima, longißima:] loquitur enim de intermittente, non continua, quæ eſt periculoſa, vt Gal. ait, quam rarò etiam fieri idem ſenſit: ita & conſtitutio erit longißima, & acceßiones de quarto in quartum. Aduertendum autem eſt circa hæc, quæ dicta ſunt, quòd tertiana quanto eſt magis exquiſita, tanto breuior: quanto verò magis compoſita cum pituita, vel atra, tanto longior eſt, & tanto magis, quanto humor eſt craßior, atque viſcoſior,

1. ad Glau. de cur. continu. 4. de uict. acut. 25. & 1. de cauſ. pul. 1

1. Epid. ſect. 3. con tex. 4.

2. de diff. feb. 2

contrà verò quotidiana, vel quartana tanto breuior, quanto maior est flauæ bilis copia, quoniam vt flaua earum excitat tarditatem, ita illę huius
2. De diff. cap 8. celeritatem cohibent, vt habet Gal. nisi colera
2. De pot. nat. ultimo vitellina puram tertianã faciat, quæ talis fit ex serosæ humiditatis resolutione, vt inquit idem,
2. progno. 38. libello de atr. bile ex qua sanè humiditate serosa bilis tenuior efficitur, & ex consequẽti ægritudinem breuiorem reddit, quàm ea vitellina. Galenus deinceps in commento exemplificat in continuis inquiens, ꝙ incendentes sunt acutæ, hoc est citæ terminationis, vt colligitur ex Hipp. est enim febris ardẽs,
1. de uict. acut. 8. quæ causus dicitur, & est duplex ex eodem ex-
4. de uict. acut. 13. quisita omnia habens accidentia causi, quæ magna sunt, vtpote ex amara bile genita, & non ex quisita quæq; magna causi accidentia non continens, atque hæc ex salsa pituita conficitur: ex his autem duabus exquisita proculdubiò maxime est acuta: Subdit Gal. Quæ verò Typhodes, id est succendentes dicuntur, longiores sunt, quãdoquidem ex pituita fiunt, & quotidianæ sunt, de quibus quidem & lypirijs separatim meminit
7. Aph. 42. Gal. dum febres sine apostemate dinumeraret: Vnde hinc error facile deprehenditur eorum; qui ambas easdem esse sunt opinati. Quo in loco vnum animaduertendum esse censeo inter Galen. & Auic. siquidem Auic. pri. 4. de huiusmodi febribus loquens dicit, quòd hepiala

fit à

t a uitreo phlegmate, ex quo uapores putridi
lleuati calefaciunt exteriora, à phlegmate ue-
ò non putrescente infrigidans interiora, quan-
oquidem phlegma illud frigidißimum est, lypi-
ia autem ex phlegmate fit, aut colera crassa, cũ
artes internæ calefiunt ab humore putrescente:
xternę uero infrigidantur ex uaporibus eleua-
is non ualde putridis, propter quod facile infri-
gidantur. At Gal. ait, quòd epiala fit, cum 2. de diff. feb. 6.
adem pars simul calefit, & infrigidatur, lypi- 3. de simpl. med. 15.
ia uero, cum interiora calent, exteriora uerò
rigent: de ea autem, in qua interiora frigent, et
xteriora calent non uidetur meminisse Galen.
Nisi dicatur, hanc typhodem esse uoluisse,
τύφω enim idem est, quod effumo, talis autem
Elodis dici non potest, nam licet ambæ ex Ga
len. in libello contra Licum febres humidæ sint,
atque ob id similes esse uideantur, Elodis ta
men febris est humida, in qua sudor durat febre
non deficiente, typhodis autem fumos semper ca
lidos, & humidos transmittit, cũ tamen ob mate
riã frigidam interiora sint frigida. Addit Galen. 1. 4. tract.
quòd Emitritei hoc est semitertianæ mediæ sunt 4. cap. 17.
duratione inter ardentes, & typhodes: Auic.
autem agens de Emitriteo scripsit, quod est
febris ex phlegmatica & colerica composi-
ta, cuius quatuor sunt species: uel enim am-
bę continuæ, uel ambę intermittentes, uel al-

tera continua, & altera intermittens, & hoc dupliciter, uel phlegmatica intermittens, uel colerica, atque hæc ultima à quibusdam dicitur pura: reliquæ uero non puræ. Gal. quinetiam 2. de diff. feb. prædictas ponit quatuor Emitrei compositiones, & ait, quòd uera semitertiana est, quæ ex phlegmatica cōtinua, & colerica intermittente cōponitur, cum humores sunt æque potentes, et utræq; accessiones eadem hora incipientes simul confunduntur. reprobat etiam Agathinum dicentem semitertianam esse tertianam longam, ut & dicit in libello de Typo, de qua integrum uolumen scripsisse fatetur. At compositam ex ambabus intermittentibus, vel ambabus continuis non esse semitertianam habet Gal. si quidem ex eius sententia semitertiana horrifica, continua, & acuta esse debet, vt etiam dicebat Hippocra: est autem eius horrificus motus, non vt in alijs febribus, in quibus fit horror, sed per magnam accessionis partem durat: est enim inter varios affectus, veluti quædam pugna, cum æger nonnunquam vehementius calefiat tertiana inualescente, contra verò febre ex pituita remorante, & ipsius motum ad interiora reuocante: in hoc planè termino cum humor frigidus superauerit, horrores summißiores, & cutis refrigerationes consequuntur, vt rursus altera accessio renouari videatur, cum vero calidior

cap. 7. & 8.

1. Epid. sect. 2. 25.

2. de diff. feb. 8.

1. Epid. sect. 1. con tex. 23.

calidior vicerit, tunc statim corpus calefit, & febris videtur ad summum consistere: mox paulo-post inualescente pituita ægri denuò contrahuntur, refrigerantur, & horrent, neque cessat hoc, donec febris veniat ad summum, quod citius accidit, quàm pro pituitæ more, tardius uerò, quã in bile fieri consueuit. Proinde cur semitertiana dicatur, declarat Gale. ut enim semiasinus dicitur, qui unam habet asini partem, & alteram equi nomen ex altera parte sumens, & eadem ratione quidam dicuntur semidei, ita & hęc febris nomen sumens ex altera parte, semitertiana nominatur, cum sola eius pars tertiana sit: Sed ubi Hippocra. dicit. [In febre, quam semitertianam uocant &c.] Galen. in commento id vocabulum reprobat, ut improprium, cum dimidij uocabulum attribuamus non consequutis integram absolutionem: ut semimortuus, & semiuocalis nuncupatur, semitertiana uerò non solum non est dimidia, uel multitudine symptomatum, uel uiribus, uel horum tota conditione, sed & est longe deterior, quàm tertiana, ita ut tertiana potius uideatur huius dimidia, quàm hęc illius: Nisi dicamus (ait Galen.) quòd cum tertiana habeat, ut acceßiones tertio quoque die fiant, & ad integritatem ueniant, alterum habet semitertiana nempè primum, secundum uerò non,

2. De diff. feb. 7.

1. Epid. sect. 3. Cõtex. 5.

præterea tertiana incipit cum rigore, ſemitertiana verò cum horrore, item ſemitertiana non deſinit cũ ſudore, nec ſecũdũ diẽ hẽt ĩtegrũ, ut in tertiana conſpicimus. Verũ hic oritur dubiũ nõ videri Emitriteũ quotidiana eſſe breuiorem, nã ait Gal. quòd natura difficilius, & longiore tempore varias ſuperat diſpoſitiones, quàm unam duntaxat, quæ vnius eſt modi, tanquam cum multis inimicis pugnatura: propter quod etiam ſunt periculoſiores: idẽ aſſerit in Sileno, & vxore Phileni, ſecundo, & quarto ægrotantibus inquiens, quòd morbi ſunt peßimi, in quibus vtrique ſucci abũdant, quibus ſolet inuadere febris, quæ ſemitertiana dicitur: item dicebat, quòd paroxiſmus tertianæ nothæ quadraginta & plures continet horas, quæ fit ex bile cum pituita mixta: quotidianæ vero decem & octo horas ut plurimùm continet, vt dicit Auic. quòd ſi tertianæ paroxiſmus eſt longior, ergo & ægritudo tota, & ex conſequenti ſemitertiana quàm quotidiana. Reſpondeo ego omißis, quæ ab alijs dicuntur, vtpote falſis, & inutilibus, quòd duæ diſpoſitiones in ſe ſunt longiores, quàm vna ſola, vbi ſimul non commiſceantur, & altera ſtimulando naturam eam ante tempus debitum materiam craßiorem expellere non cogat, ut fit in ſemitertiana: qua ratione eſt periculoſa, ſiquidem natura cogitur ante tempus debitum operari, atq;

4. Apho. 40. 2. progno. 25.

2. Progn. 40. 1. Epid 3. lect.

2. de diffe. febri. 8.

1. 4. tract. 2. cap. 47.

eadem

eadẽ ratione breuior efficitur. Vel dicatur ꝙ nõ est absolute verum omnes diuersas dispositiones simul coeuntes esse diuturniores, sed solas à materia tenuiori ortas, quandoquidem earum solutio à materia impeditur, dispositio autem à materia crassa genita coniuncta cum dispositione à tenui pendente breuior potius efficitur, vt de quotidiana contingit in Emitriteo, diuersę autem dispositiones ex humoribus non diuersis in tenuitate & craßitiæ fient diuturniores, natura nanque cum multis inimicis est pugnatura: Atque hoc sensit Gal. 2. progn. vt legentibus patebit: Ad secundum dicerem, quòd cum Gal. dicat longitudo, vel breuitas paroxismorum, aut multitudine fit, aut paucitate materiæ, aut crassitie, vel tenuitate, aut fortitudine, debilitateuè virtutis, aut dẽsitate, raritateuè habitus totius, multa etiam ex his efficere possent, quòd tertiana notha sit longior aliqua quotidiana opposita conditiones habente: Quod autem dicit Auic. de quotidianæ paroxismis, verum est vt plurimum, ad minus enim durat per decem & octo horas, sed dictis de causis longiores esse possunt: Et hæc est uera expositio, & huiusce difficultatis dissolutio, neque confugiendum est ad occultam proprietatem, ut Gentilis, & alij confugere videntur. Gal. in commento tacitam remouet obiectionem, siquidem posset quis dicere, oportet ca. 3.

ergo

ergo prima die nos ipsius morbi naturam cognoscere: Dicit Gal. id verum esse, seq; in 2. de crisi. declarasse, quomodo quis agnoscat in prima die febres huiusmodi, quare non repetenda sunt alibi rectè scripta: satis autem est dicere, quòd ab initio cognoscẽtes febrem esse tertianam, cognoscimus quoque quòd cito terminabit, & fiet per tertium diem accessiones: Vnde ait Gale. nos ab initio cognita quartana non expectata secunda accessione speciem uictus instituimus diuturnæ
2. de cris. 2 egritudini conuenientem, quod itidem fecimus in quotidiana. Aduertendum autem est, quòd cùm egritudo duplex sit, simplex, & composita, ex Gal. sententia ingenio perspicaces primo die cognoscent simplicem, quę propria habet signa: cõpositã verò, si duplex est, duobus diebus, si triplex, tribus diebus agnoscent: Quare opus est exercitari in simpliciũ cognitione, quibus compositæ q̃ facillime dignoscuntur: sed licet prima die certa agnitione cõpositas vt simplices nõ cognoscamus, de eis tamẽ coniectura non rudem scientiam habere possumus, & postea exquisitius distinguimus, ut idem asserit, ut .n. rustici herbas incipiẽtes nasci ante earũ perfectionẽ agnoscũt, licet ab aliis nulla habeatur notitia, ita & medicus expertus febres ĩcipiẽtes cognoscere dẽt: & 14. meth. inquit Gal. cancrum incipiẽtẽ soli periti cognoscunt, ut soli rustici herbas nasci incipiẽtes,

1. de cris. ultimo 1. ad Glau. de febr. putri. 1. prorri. 1.

tes. Quare idem dicebat, medicus se exerceat, ut agnoscat non modo dispositiones iam perfectas, sed & incipientes, ac paruas, cum non sufficienter & prompte noscantur, nisi sæpius uisæ, vt & de plantis, & herbis perfectis ac pululantibus dictum est. Declarat autem Gal. ibidem quomodo per inditia propria ab initio ægritudnies tàm simplices, quàm cōpositæ sint cognoscendæ, quod quidem hoc loco declarare nimis longum esset. Subdit Gal. in commento, ꝙ sicut in febribus, ita & in alijs fieri debet, & exempla tradens in acutis meminit de pleuritide, cuius terminus est decimusquartus, iuxta id Hippo. [Quicunque morbo laterali laborantes in quatuordecim diebus, non repurgantur, hi ad suppurationem uertuntur:] item de peripneumonia meminit, cuius terminus est decimusquartus, omnes enim peripneumonici febre tenētur acuta præterea & de phrenitide, quæ non pertransit 14. quocunque modo eueniat: Auic. inquit, quòd phrenitidis non proprie etiam extenditur ad apostema in substātia cerebri interficiens in quarta, propriè uero est apostema calidum in uelamine cerebri, & intra decimumquartum diem soluitur, ut etiā fuit sententia Gal. Videtur etiam solui in 17. vel 20. quod fit, propterea ꝙ captus æger in 5. & 7. phrenitide liberatur uel 17. uel 20. & uel intra decimumquartum diem, si bene dies connumeres.

2. de crif. 2
5. Aph. 8.
4. de cauſ. pul. ca. 13.
1. 3. tract. 3. cap. 1.
2. de crif. in fine.

4.De uict. acut. 3. 4.De loc. aff. 5. 3.Progno. 21. 22. & 23.

mores. Subdit Gal. de peracutis, & imprimis de ipsa angina, de qua Gal. ubi citat Hipp. dicẽtẽ, ꝙ angina grauißima est, & celerrime interimit, quæcunque nec in ceruice, nec in faucibus conspicuum aliquid facit, plurimum uerò doloris in fert, ac spirationis difficultatem, hæc enim eodẽ die, & 2. & 3. strangulat, licet ẽt ad quartũ aliquando protrahatur, quæcunq; uerò dolorem alteri subsimilem infert, attolitur uerò, ac ruborem in faucibus efficit, admodum exitiosa, sed paulò longior, quàm superior est, & si quibus fauces rubẽt, & ceruix, hæc diuturnior est, maxime uerò ex ea seruantur, si ceruix, ac pectus traxit ruborem, nec sacer ignis intra recurrat. Paul. Aegineta de huiusmodi loquens affectibus dicit, quòd synanchi dicitur, quæ fit inflammatis interioribus faucium musculis, ꝙ si exteriores faucium infestẽtur, nominatur parasynanchi, inflãmatis uero interioribus gutturis, cinanchi, ut exterioribus, paracinãchi. Gal. aũt dicit ꝙ tẽpore Hipp. non erãt tot nomina imposita diuersis anginæ speciebus, sed omnes hos affectus cinanchas uocauit, quibus quoquomodo spiratio deterior fit: sed posteriores nimis curiosi circa nomina alium ceruicis affectum omiserunt, cum uertebræ ad anteriora luxãtur, quẽ

2. Epid.

sanè affectum nominat Hippoc. anginosum: constat igitur, quod loquendo de prioribus anginæ

specie-

ſpeciebus ſiue generibus angina eſt peracuta, ſiquidem in quarta finem habet, iuxta angina ſimiliter peracuta dicitur, cum in ſeptima terminetur. Meminit præterea Gale. in commento de colera, quæ eſt affectus peracutus cũ uomitibus biliosis multis, & alui deiectionibus, ut in libro 6. Aph. 39.
de diffe. med. dicitur, item de neruoum diſtentione, quæ ſanè conuulſio ex Galen. eſt inuoluntaria paßio reuulſis muſculis ad propria capita, ut in motu fit uoluntario, cuius tres ſunt ſpecies 4. Aph. 57.
ex eodẽ Emproſtotonos ad anteriora, opiſtotonos ad poſteriora, & tetanos ęqualis ad utranque partem: & quoniam in hac partes conuulſę non uidentur, cum æqualiter ante retro tendantur, ideo pręcipuum illi nomen eſt datum diſtentio cõpoſita ex emproſtotono, & opiſtotono, ut & ait Gal. & de hoc intelligit Hippo. eo Aphoriſmo, 5. Apho. 6.
[Quicunq; à diſtẽtione corripiuntur, in quatuor diebus pereũt, ſi uero has effugerint, ſani fiũt.] Quocirca manifeſtum eſt, quod neruorum diſtẽtio ęgritudo peracuta eſt: conuulſio uero, quę non eſt totius, acuta eſt, ut colligitur, licet ali- 5. Aph. 30.
quando diuturnior eſſe poßit, cum fit à frigidita 1. Epidi.
te, & materia craſſa, & frigida, ut dicunt Hip- ſect. 2. 24
po. & Galen. Proinde exemplificans Gal. de diu Lib. de dif
turnis imprimis meminit de aqua inter cutem, feré. nom.
quę hydrops dicitur, cuius tres ſunt ſpecies, A- 4. De uic.
ſcytes, uel utricularis, tympanites, quę quomo- acu. 3.

do

4. De dig. pulsu. 3. do cognoscēdæ, & distinguēdę sint, habet Gal. siquidem hę fiunt, cum in uentre inferiori aqua colligitur, vel spiritus, & tertia species Anasarcha dicta, cum totus corporis habitus imbuitur copiosa humiditate, de quibus Gal. etiam loquēs

4. de caus. put. 25. omnes esse longas ægritudines apertißime fatetur. Addit in com. atram bilem, quæ in antiqua scriptura, siue versione dicitur mania, vel melācholia, quæ in hunc modum nominatur à causa

2. Meth. 4 putata, vt eſt Gal. sententia, ꝙ cum atra bilis no-

5. De loc. aff. 6. cet cerebro, vt instrumēto, cum scilicet obstruit eius meatus, morbum comitialem producit, cum verò ei nocet, vt similari, eius substantiam alterando, facit melancholiam. Deinde addit in com. & suppurationem, quæ est in pus mutatio, quæ

5. De simpli. med. 3. fieri potest in diuersis corporis partibus, vt te-

2. Progno. 57. stis eſt Gale. suppuratio etiam dicitur dispositio, qua multum puris colligitur in capedine inter

4. De caus. pul. 9. thoracem, & pulmonem, & hæc empyema dicitur, vt in lib. de tum. ait Gal. licet alij dicant empyema esse, cum in viscere colligitur pus, vt vētre, hepate, & huiusmodi: atque hanc esse longā ægritudinem manifestum est. Subdit, & Tabem,

1. Epid. sect. 1. 17. seu Phtisim sub eodem diuturnarum ægritudinū ordine, quæ est vlcus pulmonis, ex Gal. ubi etiā

6. de tuéd. tan. ostendit, unde tabes efficiatur. Nonnulli hunc

2. de præsa. ex pul. Galen. locum interpretantes capiunt phtisim, & tabem communiter pro hectica, quæ & ipsa lon-

ga est

ga est ægritudo. Proinde Galen. ostendit subdens, quòd hi morbi accessiones etiam ostendunt, etenim pleuritis, phrenitis vt plurimum habent accessiones per tertium, quoniam vt plurimum ex bile fiunt, quod idem asserit in introd. med. vbi de humoribus agit, quod idem etiam contingeret, si ex sanguine ortum haberent, nam febris ex putredine sanguinis propor tionem habet accessionum, qualem febres tertianæ ostendunt: Addit vero. Galen. suppuratio, & tabes quotidie periodicant, & magis ad noctem, quæ fuit Hippo. sententia ostendentis signa empyematis, cuius febris interdiu tenuior, noctu vero vehementior existit, & Gale. in com. reddens rationem cur in tabidis, & omnibus hecticis febris nocte validior fit, dicit id nõ fieri ex natura febris, sed ex quodam accidenti, partes. n. solidæ corporis caliditatem ratione febris semper æqualem obtinẽt, cum uerò hecticus comedit, & bibit, tale quid ei accidit, quale calci calidæ & siccæ, quæ cum aqua abluitur, fit longe calidior: hoc enim pactò ex humiditate cibi, & potus & eorũ vaporibus partes solidæ velut ablutę fiunt calidiores: Quare hectici tangẽtibus apparent post cibum, quàm ante calidiores, cum autem cibum ingerunt in nocte, ideo magis ad noctem habent accessiones. Hinc patet apud antiquos cęnã etiam in ægris fuisse maiorẽ

2. De diff. feb.

2. Progno. 60.

prandio, alioquin hectici non magis ad noctem haberent accessiones, nostra verò tempestate, quoniam prandent vberius medicorum iussu, igitur accessiones magis ad diē, quàm ad noctē habere debent: Hæc autem in nostro libello diffusius sunt explanata, quem de cœnæ & prandij portione inscripsimus. Eadā ratione dici potest, quòd suppurationibus ventriculo & hepate euenientibus accessiones magis ad noctem fiunt, tū quia hi tendunt ad hecticam, tum quia nocte comedunt, & ob id, & ob somnum calor, & humores ad interiora corporis recedunt, & ita in febre calor augetur. Dices, Gal. inquit, quòd in inflammationibus partium fiunt accessiones humoris inflammati, ergo inflammationes uentriculi, & hepatis habent accessiones non quotidie, neque magis ad noctem: quod idem habet Aui. Responsio ex Gal. colligitur, & Aui. quòd de inflāmationibus ex fluxu humorum intelligendum est, quo casu concedit Gal. quòd accessiones febrium fluxum humorum imitantur, sed cum humor fluxus est, & est facta suppuratio, & tendunt ad tabem, habentes hepar, aut uentrem inflammatum accessiones habent quotidie, & magis ad noctem ratione dicta. Cæterum occasione sumpta ex his, quæ a Gal. de febribus dicta sunt cadit hic dubium haud facile, de causa periodicationis febrium, nùm sit ex natura humoris, vt

2. de crif. 12.

4. Prima tract. 4. capit. 13.

hoc loco ex Gal. colligi videtur, dicente, cognito morbo ex tali humore pendente, cognoscitur, quę talis erit periodus, & dicebat, quòd reuera circuitus morbi est, cum seruata exacte uictus ratione febris in idem constitutum peruenit: item Auicen. ait vnicuique humori periodus est, qui sibi conuenit, an verò ex motu lunæ, vt critici dies, vt habetur ex 3. de dieb. crit. cuius opinionis videtur fuisse Concil. pariter & Dinus dicentes, quòd quia phlegma non est pura aqua, sed parum ab eius natura differt, ideo habet quotidie accessiones, & sex horas duntaxat quietis: est enim Luna planeta habens dominium super aquam, & aqua continuè ex Luna mouetur, melancolia verò, quia à natura aquæ inter humores maxime distat, propterea vt moueatur, & nouam faciat accessionem indiget duobus Lunæ circuitibus, & ita de quarto in quartum periodũ facit, at flaua bilis, propterea quòd à natura aquæ plus distat, quàm pituita, minus autẽ quàm melancholia, propterea vt nouam habeat accessionem uno solo lunæ indiget circuitu, & sic de tertio in tertium progreditur, an verò ex uirtutibus naturalibus tanto tempore indigentibus, vt uel generent, uel attrahant, & expellãt talem, tantamque materiam cum alijs, de quibus Galen. habet 2. de diff. feb. In hac sanè difficultate imprimis ostendam Gal. opinionem, quam

1. Epid. sect. 3. cõmen. 7.

1. 4. tract. 4. 13.

Differ. 88. cap. ult.

ca. ultimo

habet loco citato, mox & reliquas examinabimus. Qua in re sumendum initium (dicit Gal.) à manifeste apparentibus, etenim lippitudines quædam quotidie, quædam alternis diebus magis infestant, pariter dolores aurium, capitis, pedum, articulorum per circuitum exacerbãtur, in quibus est videre venas in tumorẽ attolli, & inflãmationes augeri ac ad extrinseca materia affluere: ut autem augentur dolores, ita & in interioribus fieri dijudicãdũ est, ut ĩ lateralis & pulmonis inflammationibus, & huiusmodi: in principijs .n. accessionum tumores augeri, in declinationibus uero euaporare, & diminui percipimus, cuius quidem causa nobis fiet aperta si generationis inflammationis, & materiæ defluxus modum tenebimus. Omnes sanè concedunt defluxus ad oculos à capite prouenire, sed quam ob causam statutis temporibus id fiat, omnes ignorant, qui de potentijs naturalibus scientiam non tenent, quæ quatuor, cum sint, expulsiua ultima expellit extra ea, quæ duplicia sunt, aut qualitate, aut quantitate, aceruanturque aut harum uirtutum vigore, aut imbecillitate, quibus æque ualentibus, & meatibus secundum naturã se habentibus, qui inutile excernunt, membra sana habẽt, si uerò plus fuerit assumptũ, quàm possit immutari, omne superfluum ab expulsiua excernitur, quæ si fuerit imbecilla, in loco eodẽ re-

sidet excrementum, quod multum existens grauat, & extendit, si acre excedit, si calidum calefacit, si frigidum infrigidat, quæ sanè in uenticulo apparent, qui cibo grauatus, aut uomitu, aut per uentris profluuium se exonerat pariter in interioribus per interiora intestina nō extra, sed ex ualidioribus ad imbecilliores partes pelluntur, donec ad maxime imbecilles inciderint, quæ ad alias propellere non possunt: quare inflãmationes patiuntur, aut erisipellata, aut herpetas, & id genus. Quocirca nil mirum est supflua in capite aceruata modo ad unam, modo ad aliã partem protrudi, quemadmodum contingit hãc uel illam esse debiliorem, quod idē accidit in partibus internis, vtpote hepate, splene, aut huiusmodi. Quod uero idem redeat per circuitum, & secundum ordinem causa est eadem, ut in alijs, nempè fæcum emißionibus, mensibus mulierum, & similibus, si quidem tantum temporis requiritur, ut noua materia regregetur, quæ defluens ad partem læsam, nouam facit acceßionē. Est autem duplex fluxionis occasio, quarū una dicta est, cum pars ualida ad imbecilliorem trãsmittit, altera uerò, quando pars recipiens attrahit, quod quidem fieri posse ex omnibus sensui manifestis ostenditur: corpus nanque thapsia, uel alio consimili medicamento perunctum primo incalescit deinde in tumo-

rem eleuatur, idem perfricatum, aut igne calfactum euadere uidetur, quandoquidem caliditas attrahere, & fluxiones recipere natura apta est. Vnde in repletis corporibus fluxiones ut plurimum in partes calidiores decumbunt: dolor etiam attractionis est causa, vt patet, in quibus acus partem digiti extremam pupugerit, quæ imprimis dolet, deinde pars omnis circunstans in tumorem attollitur, & in quibus ulcus doloris expers unguis comprimit, deinde carnem adnatam, primo nanq; excitatur dolor, deinde tumor & inflammatio. Sũt igitur duæ fluxionum causæ ex partibus laborantibus originem trahẽtes: calor inquàm, & dolor, quòd uerò melius, deteriusuè sit, quod influit, causa est petenda à partibus mittẽtibus, quòd autem plus uel minus tũ ex mandantibus, tum ex recipiẽtibus: igitur fluxionum differentiæ sunt, quæ sine partium recipientium imbecillitate fiunt, quædam uerò harum imbecillitate, & mittentium robore gignuntur. Aduertendũ ãt est, quòd ex inflammationibus fluxu contingentibus febres accendun tur, cum ob magnitudinem, aut uicinitatem per partem post partẽ ad cor calor peruenerit, quæ tamen superfluitates ex Galeni sententia nõ æque omnes putrescunt, cũ aliquæ pituitosæ sint, nõnullæ biliosæ, & aliæ melãcholicæ, quod nõ intelligitur, quòd eadem non sit putredinis causa

omnium

omnium.s.prohibita transpiratio:& quia à regimine naturalis caloris sunt destitutæ. sed quoniam in eis diuersi sunt putredinis modi, atque caloris præter naturam, diuersoque tẽpore putrescunt materiæ: Aduertendum præterea est, quod influit, aut est adeo multum, & uitiosum, ut potentiam particulæ, ad quam defluit, opprimat, ac iam dissoluat, ut non conuincat, quę prius conuincebat, atque eo casu necesse est sanguinem particulę putrescere, tum quia naturali calore destitutus est, tum quia cũ putridis superfluitatibus permiscetur, aut non ita lędit, ut omnino uires dissoluat, & tunc semiputridus, & semiuitiatus sanguis reddetur, utpote uicinitate superfluitatũ putrescẽtiũ, tanto aũt minus à natura sua semotus, quanto magis à naturali calore conuincitur, & gubernatur: quãdoque uero superfluitas ita mitis est, & pauca, ut minime lędat particulã lęsione notatu digna, quę sanè superfluitas cũ putrescit, calor qui in prima putredine accenditur, naturali calore acrior est, atq; mordacior, qui tantum augetur, quãtum natura sufficit superfluitatum, quę ad calorem illum eãdem habent proportionẽ, quam ad ignem ligna, siquidẽ illa non in infinitũ alterantur, sed donec natiuus humor absumptus sit, tunc.n.calor & ignis conquiescit, & residuũ eorũ cinis est: Verũ in lignis combustis plurimum quidem est, quod

restat, in superfluitatibus uerò putrescentibus parum, quandoquidem multum extenuatum in aerem, atque uaporem dissoluitur, vt constat in humoribus exterioribus elixatis, ut pote uino, & oleo: vnde quanto humores putrescentes fuerint serosiores, & tenuiores, aut paucissima, aut nulla superfluitas relinquetur: contra uero, quãto crassiores fuerint, tanto maior copia superfluitatis remanebit, ꝙ si pars inflammata non facta fuerit debilior, nec rursus superfluitas mittatur, non febricitabit homo si uero eandem ob causam, ob quam prius mandabantur excrementa, denuo mandentur, uel etiam, ꝙ non mittãtur, imbecillitas autem potentiæ remaneat, tunc rursus hominem febre corripi necesse est, siquidem ualida existente particula denuo mittatur, id fit propterea quod cum eadem mandãtis partis dispositio remaneat, & eadem seruetur qualitas, & quantitas attracti alimẽti, eodem modo alterabitur alimentum: quare necesse est, vt similia, & paria excrementa, & æquali tempore, vt prius coaceruentur, atque eodem circuitu ad imbecilliores detrudantur, quãdo expulsoria uis tunc primũ ad opus suũ obeũdũ mouetur, cũ aut multitudine grauatur, aut qualitate stimulatur, vt in libris de pot. nat. diffuse Gal. ostẽdit atq; ita sẽper efficietur, donec eadẽ partis dispositio, & eadẽ qualitas, & quantitas attracti alimenti,

menti, vt dictũ est, seruabitur: potest enim pars nihil passa excrementa agglomerare, quoniã sanguine uitiato uescitur, ita ut naturales effluxus non satis sint pro excrementis expurgandis, & ob id ad debiliorem expellit, vel etiam quòd sanguis sanus sit, pars ipsa sit affecta, vel vtrunq; conueniat, idem efficietur, quòd si partis recipiẽtis potentia fiat imbecillior, erit in causa, vt non modo excremẽta, sed & sanguis putrescat, quod erit alterum accessionum principium, quæ per circuitum fiunt; qua de re priore non desinente caliditate duplex erit febrium species seinuicem complectentium, si verò caliditas antedicta cessabit, remanente imbecillitate, & dispositione partis fluxionem suscipientis illi eadem contingent, quæ parti mandanti contingere diximus: superfluitates nanque in se duplici ratione generabit, ut & illa, & quia sanguinem vitiatum continet, & quia potentia est imbecillior: quod itidem fiet, si quauis alia causa pars ita debilitetur, ut sanguis, quo nutriri deberet, ei potius sit oneri, quem cum non potest coquere, nec ad aliam partem propellere, ita erit sibi ipsi principium febri citandi, vel citius, uel serius, ut illa alteri, ad quam excrementa mittit; quòd verò vna particula superfluitates, aliò detrudere nequeat, prima quidem causa in potentia partis mittentis, & recipientis consistit, altera uerò

in

in obstructionibus meatuum, quæ ex multis, & craßis, ac lentis humoribus fieri solent: quæ igitur naturales meatus obstruunt, necesse est, vt tempore putrescant, & parti afferant superfluitates aceruandi, quam pro consuetudine euacuari, & difflari vetant, & vnà eis putrescunt alia posterius collecta, quæ statim omnia simul in parte caliditatem febrilem accendunt: cum autem particulæ calor augetur, ab alijs partibus ad illã sanguis confluere solet, quare sanguine destitutæ necessariò refrigerantur, pars vero affecta grauatur, & distenditur, sanguis autem confluẽs alteratur, tum quia superfluitatibus putrescẽtibus permiscetur, tum quia intrusum difflari non potest: qua de re succenditur instar lignorũ humidorum, quæ vniuersim super paucam flammã proijciuntur, quod tempus acceßionis principiũ dicitur: augumentum autẽ consequitur, cum calor humorem vicerit, & per totum corpus expãditur: status verò cum calor ad summum per totum deuenerit: & declinatio, cum feruentes humores difflant, qui si tenuiores fuerint, & potentia robusta, ac corpus rarum, magna ex parte in sudorem resoluuntur: si verò craßi extiterint, & expulsiua imbecillis, ac viæ angustæ nil defluit sensui manifestum, sed extenuatum: cum autem in parte remaneat affectus, cuius causa prior acceßio fuit genita, ne-

cesse

esse est secundam, & tertiam, & quartam fieri accessionem, donec prædictus seruetur affectus, qui duplex est, nempè parti: imbecillitas, & qui quotidie oritur, vt in exterioribus patet: nam si in vasis, in quibus elixantur obsonia, quædam relinquitur dispositio, multo magis in partibus relinquetur, in quibus humores putruerunt, quæ planè dispositio solui non poterit, si corpus fuerit multis vitiatisq; humoribus refertum, atque multo magis si cum his affuerit meatuum adstrictio, per quos partis excrementa excernuntur, quòd si cõtra efficeretur, sanitas subsequeretur. Verum donec dictę dispositiones perdurauerint, circuitus etiam accessionum perdurabit omnino: idem quoque in mulieribus accidit, in quibus donec æquales, et similes causæ mensium affuerint, idem seruabitur circuitus. Constat itaque ex dictis, quòd quandoque principium febricitandi sumitur ex parte valida superfluitates ad imbecilliorem mittente, quandoque vero ex superfluitatibus in parte genitis, quibus omnibus communis est superfluitatum putredo, singulis autem proprium est, huic quidem obstructio vasorum ob humores vel crassos, vel multos, alteri autem meatuum constrictio sensilium scilicet, vel insensilium, alteri verò in toto omnia loca inania oppleta, & multitudo adest, quæ ad potentiam dicitur. Causa igitur, quòd pituita

tuita quotidie, bilis flaua alternis diebus, atra verò per quartum periodicent secūdum Gal. est, quoniam tantum temporis requiritur, ut humor aceruetur tantus, vel talis, vt virtutem excitet ad eum expellendum, poßitque putrescere, & febrem gignere, ut in deiectionibus ventris efficitur, atq; mensibus mulierum. Hæc sunt iuxta Galeni sententiam. At Haliabas uir hercle in medicina, philosophiaq; eruditißimus præter vniuersalem Galeni causam, particulares alias aßignat varietatis periodi febrium, quæ quidem potißimum tres existunt, prima sanè uelocitas, uel tarditas congregationis humoris, qui debet putrescere, & ex consequenti febrem efficere: secūda facilitas, uel difficultas putrefactionis: ac tertia velocitas, vel tarditas euacuationis humoris: phlegma itaq; sui multitudine cito ad locum putredinis congregatur, item sua humiditate facile putrescit, nec non & sua uiscositate non facile euacuatur, ob id quotidie circuitum habet, & acceßionem: melācholia autem sui paucitate tarde congregatur, siccitate, & frigiditate difficile putrescit, quoniam uiscosa nō est, & perfecte euacuatur, & ob id de quarto in quartū periodicat: flaua verò bilis, quia media est in dictis conditionibus inter pituitam, & melancholiam, habet etiam acceßiones medias alternis quippe diebus, minoris nanque quantitatis adest, quàm

8. Theor. 4

pitui-

pituita, quàm vero melãcholia maioris, item sic
cior quàm pituita, humidior quàm melãcholia,
vtraque uerò subtilioris substantiæ, quare faci-
le, & cito, et perfecte euacuatur, neque facilitas
ad motum satis est, vt bilis citius periodicet, si-
cut neq; difficultas ad motum prohibet, quomi-
nus suas habeat quotidie accessiones: De tertia
quidẽ particulari causa videtur meminisse quo-
que Gal. 2. de diff. feb. 4. & ultimo, ubi dicit, ꝙ
in tertiana, quia bilis tenuis est, & facile, & per
fecte euacuatur, dispositio ita valida non relin-
quitur, ut in quotidiana, quæ est causa redditus
accessionis: etenim phlegma non perfecte eua-
cuatur, ut superius satis diximus. Hæc opinio
Gal. uidetur Aui. dicentis, ꝙ unicuiq; humori est 1.4. tract. 4
periodus, qui sibi cõuenit: subdit autẽ ipse, & nõ cap. 13.
euacuantur istæ febres à periodis secuudũ mate
rias, quæ effundũtur ad apostemata earũ, perio-
di nanq; earũ sunt secũdum generationem earũ,
& secundum motum ipsarum, & secundũ attra
ctionem caliditatis, & doloris ad ea &c. & de
quintana dicebat. Nec si est quintana est mate- tract. 2. ca-
ria quinta, nam melancholia generat quartanã, pit. 66.
non quia melancholia, sed quia pauca grossa: itẽ
de hepiala postquã dixit, ꝙ quia hæc febris sua cap. 49.
paucitate aliquando facit quartanæ paroxis-
mos subdit, quòd hoc non extrahit eam ab hoc,
quin sit phlegmatica, sed est phlegmatica,

quia putredo eius est phlegmatis, non quia paro-
xismus eius redeat omni die. Auerroes autem
4. collig. 27. aliam sustinet opinionem, in qua conuenit cum
Galeno, quòd ad periodicationem tantum requi-
ritur temporis, sed à Galeno differt, quoniam
ait, quòd id tempus requiritur, non vt materia
aceruetur, sed vt calor humores digerat, & pre-
paret ad expulsionem, quare erit ratione humo-
rum, qui magis vel minus naturæ resistunt, qua
eos digerere conatur. Aduersus ipsius placitum
est Hippo. Aphor. [Quibuscunque accessiones
4. Aph. 36. fiunt, quacunque hora febris dimiserit, si eadem
cras occupauerit, iudicium habet difficile:] nam
si Auer. opinio vera esset, quanto ordo melior,
tanto perfectior esset caloris dispositio: Si dice-
ret Auer. quòd ordo caloris fortitudinem signi-
ficat, posset etiam esse in paroxismis anticipan-
tibus, & cum seruatur ordo eiusdem temporis,
signum est, quòd materia resistit, cum autem
cum ordine anticipant, signũ est, quòd calor ma-
teriam vincit, cum agens validius citius agat:
contra, ergò in declinatione vniuersali paroxis-
mi anticipare deberent, siquidem tũc natura ma-
teriam est maxime dominans, quare illam citius
præparare potest, quod tamen secus febrienti-
bus accidit. Non potest Auer. aliud dicere, nisi
quòd materia tunc est pauca, quare non citius
virtutem stimulat, quæ licet valida sit, ob id ad
mate-

materiam præparandam, expellendamq́; non insurgit, & ita necesse est cum ad materiæ quantitatem, de qua Gal. ipse mentionem fecit, confugere: similiter nisi ad materiæ aggregationem confugiat, causam reddere non potest; cur materia attracta periodos habeat: Cùm ergò dicitur, quòd vnusquisque humor habet periodum sibi proprium; vt à principio diximus, non est intelligendum, quòd id humori à proprietate specifica conueniat, vt magneti ferrum attrahere, ut voluit Gentilis in sua quæstione 14. sed ob causas superius enarratas. Quòd verò dicitur in secunda opinione humores dictis periodis ex motu lunæ moueri, cum sunt derelicti à naturæ particularis regimine, quo quidem casu magis cõstat impreßio in eis uirtutis corporis cœlestis, nihil est, quandoquidem non est dicendum eos à regimine naturæ particularis omnino derelictos esse, cuius est etiam opus expellere extranea, quare neceßum est ad naturam humorum deuenire, sicuti declaratum est. Quòd si quis virtutem cœli poneret concurrere, vt vniuersalis est causa simul cum alijs particularibus, id concedi posset, propterea q̀ id similiter fit in diebus decretorijs, uti dicetur. Cæterum quòd quædam febres careant ordine (ait Gal.) id est, vel quia fit humorum transmutatio, uel in uictus ratione cõtingit error, atque his duobus modis vere ordo

euaria-

euariatur, primo quidem, quoniam cum sangui- putrescit, cuius una pars in flauam, altera uerò in atram bilem prompte vertitur, is quidem humor in parte aliqua consistens incipit putrescere: alter uerò ex alia parte, uel toto cōtentus defluit, & cum illo priore permiscetur: secūdo autem modo, scilicet errore in victus ratione: quòd autem circuituum varietur ordo manifestū est cum & in sanis uictus deprauatus ægrotandi occasionem afferat: accidit autem, quod quandoq; ob complicationem circuituum à medicis ignoratā uidentur accesiones sine ordine in ęgrotantibus fieri, quod tamen reuera non ita est, sed duobus duntaxat modis nuper expositis. Quæ uerò febres sinoche non habent periodos, nullam habētes partem corporis præcipue offensam, sed ex humoribus fiunt in uenis efferuescentibus, & arterijs, aut oībus, aut maximis, atq; plurimo calore abūdātibus. Et hæc sunt, quæ de hac difficili dubitatione exponēda mihi uidētur: iā ad cōtextū Hipp. condescendamus. Secundum igitur deinde ponit Hipp. ex quo constitutiones & accesiones noscuntur scribens [& anni tempora] Addit Gal. in comm. una cum morbo, ad quod quidem, declarandum adducit Hippo. sententiam, dicentis, [Aestiuæ quartanæ magna ex parte breues, autumnales uerò longę, & maxime quæ hiemē attingunt: [Gal. in eo com. ait, quòd non solum

25. Aph. 2 part.

quartanæ

uit, quòd non solum quartanę æstate fiunt breues, sed & aliæ ægritudines, etenim humores inutiles funduntur, & diflantur, quare cum uires ualidæ sunt, morbi cessant, cum uerò debiles, unà cum ipsis euacuatis & ipse dissoluuntur. Hippoc. uerò de solo omnium longißimo meminit, veluti exemplo de omnibus alijs ex isto pronuntians: hieme uerò contraria eueniunt, humoribus nanque non euacuatis, qui morbos faciunt, hieme morbi non dissoluuntur, & quoniam uires robustę seruantur, ægri non moriuntur. Quocirca dicit Gal. non solū scire oportet ęgritudinem tali die cępisse, sed an ęstate, vel hieme, quandoquidem æstas abbreuiat, hiems verò producit: & ob id non immerito dixit Hippocra. morbi constitutiones ab anni temporibus unà cum morbo indicari. Acceßiones etiam ostendit Galen. indicari à temporibus anni, dicens, quòd ęstate magna ex parte fiunt per tertium acceßiones, flaua nanque bilis abundat, autumno uerò per quartum, etenim atra bilis tunc temporis superat, sicut hieme quotidie cum pituita eo tēpore uigeat: igitur hac ratione humores peccātes ostēdunt acceßiones. Subdit Gal. in commē. quod ex anni temporibus uoluit nobis ad memoriā reuocare reliqua, quę proportione se habēt, ut anni tēpora nempè temperaturam, ętatē, locum, uitę industriā, assuetudinē, & præsentem

aeris constitutionem, hæc enim omnia pariter ostendunt & constitutionem, atque accessiones ipsas, ut enim æstas, ita temperatura calida, & sicca ægritudines breuiores indicat, quam frigida, & sicca, uel frigida, & humida: item ut plurimũ flauã generat, sicuti æstas: locus præterea, uel regio agit in corpus mediante aere, quare de eo idẽ dicendum uidetur, regio nanque calida & sicca æstati similis est, quemadmodum & de tempestate declarari potest, pariter & de uitæ industria: quædam enim artes magno utuntur exercitio, quædam uerò non exigua quiete: item nonnullę apud ignem exercentur, & æstatis tempore, aliæ uerò in aquis, & hæc omnia indicant hũc uel illũ humorem magis generari, atque ex consequenti eodem modo constitutiones, & accessiones ostendere uidentur: assuetudo etiam idem efficit, qui enim parum comedere sunt assueti, & qui multo plus, quàm uirtus poßit concoquere, alios, & alios generant humores, item nonnulli cibos comedere sunt assueti, bilem flauam gignentes, alij pituitam, & alij melancholiam: pręsens aeris constitutio similiter eodem modo indicat, nam quæ distat ab anni tempore, quoniam in una die æstatis potest esse aeris constitutio ęstati non conueniẽs, sed aut ueri, aut autumno, morbos diuariat: Adhęc ętas sui ratione anni temporibus respondere deberet, & ita pueritia, et adolescentia ue-

ri, & abundare sanguis in pueritia, in qua tamen abundat pituita, ut Gal. asserit, quod quidem ex eorum inordinato regimine efficitur: sed ex Gal. sententia multi cum ad finem adolescentiæ perueniunt recto utentes uictu maiorē sanguinis, quā aliorum humorum quantitatem coaceruant: in iuuentute deinde durante ad trigesimum, uel trigesimum quintum usque annum bilis efficitur, in consistētia uero, in qua calor omnino ad frigus declinans, & incipit remitti abundat adusta melancholia, & in senectute non ratione complexionis frigidæ, & siccæ, sed debilitate uirtutis non potētis recte nutrimentum conficere, excrementa superāt pituitosa: Dices, Atra bilis à caliditate fit ualida, ergo magis in æstate, & iuuentute abundat, quàm in autumno, & consistentia. Respondet Gal. quod ad humorum ebullitionem, quæ æstate fit, sequitur atræ bilis generatio: cum uerò subsequitur autumnus sua frigiditate prohibet humorum resolutionem in æstate adustorum, eodem propè modo in consistenti ętate abundat atra bilis in iuuentute genita: Non meminit autē de prædictis Hippo. quoniam, ut infra dicet Gal. quæ sunt eiusdem naturę, & ordinis, aliquando adijcit, aliquando uero unius, aut duorum mentione facta reliqua prætermittit Hippocra. quæ tamen ab ipso potest esse scripta existimandum est. Tertium deinde ostendit Hippo. quod accessio

3. prog. 28.
3. prog. 30
Com. 16.

nes, & constitutiones ægritudinis demonstrat, dicens. [Et circuituum successiua incrementa] Galen. in comm. per circuitum dicit intelligendum esse similem redditum ad idem, per accessionem uerò deterius totius circuitus tempus, quod est a primo insultu usque ad tempus consistendi, cuius circuitus reliquum tempus declinationis melius est: & circuituum incrementa, ait, intelligere accessionum augumēta, quę in ipsis eueniunt. Dicit autem incrementum secundæ accessionis ad primū in tribus cōspici, hora, lōgitudine, magnitudine, seu uehemētia accessionis: magnitudo uerò a lōgitudine differt accessionis, potest. n. secunda accessio esse uehementior in se prima accessione, & æquales uel plures uel pauciores horas continere cum pręcedente, & hoc attinet ad lōgitudinē, non ad magnitudinem accessionis: quod uerò morbum augeri non sola ostendat anticipatio,

3. de cris. 3. & 4. *declarat Gal. aliàs dicens, quòd oportet etiam adnotare longitudinem, & magnitudinem: addebat & morem, qui à magnitudine differt ubi dicit, quòd multæ sunt febres debiles, & paruæ, quæ multum malignæ existunt. quędam ualde calidæ & incēdentes cum maxima siti, & angustia, nihil tamen periculi obtinentes: Ait etiam Galen. quòd sunt quædam febres anticipantes quadam potius ægritudinis proprietate, quàm eius incremento, quæ à medicis anticipantes di-*

cuntur

cuntur, ut tardantes quęcunque statim ab initio aliquid futuri temporis posterius assumunt, sed in his plusquam proportio exigit uel tardare, uel anticipare alterum augumenti, alterum declinationis est inditium: insuper dicit Galen. cōsiderandum tempus intermißionis, uel integritatis, & declinationis num sit longius, uel breuius, an tolerabilius, uel minus tolerabile, aut si quis casus, uel accidens ex accessione remanserit, aut omnes cessarint, peiora namque morbum augeri significant, meliora uerò declinare ostendunt. Causa autem cur nonnullę febres anticipent, quędam uero postponant, & non quia in augumento sint, siue declinatione, desumitur tum ex meatuum corporis raritate vel densitate, tum ex virium naturalium robore, imbecilitateve̊, tum ex maiore, minor ve̊ membrorum sensibilitate, tum etiam ex materię & humoris multitudine, vel paucitate. Dicit igitur Hippo. in contextu, quod incrementa successiua circuituum, i. cū accesiones anticipāt, & lōgiores, et vehemētiores, siue quotidie, ut ī quotidianis fit febribus, siue alternis diebus, ut fit in febribus tertianis, siue ꝑ maiora interualla fiāt, quàm. s. alternis diebus ut in quartanis morbi cōstitutionē ostēdūt, si quidē iā adesse augumētū ipsum ꝓseferūt, ꝙ si acceßio pluri tēpore anticipauerit, et lōgiori tēpore durauerit, ac uehemētius

afflixerit, effatu dignum ostendet augumentum, & motum ęgritudinis esse uelocem, & non multo post futurum morbi uigorem, cum enim accessiones magna in tribus dictis suscipiunt incrementa, fieri non potest, quòd ægritudinis uigor propinquus non sit, ubi uero contrà accessiones parua suscipiunt incrementa, futurum morbi uigorem longius distare ostẽdunt. Dices, uidetur, quòd anticipatio, & postpositio paroxismorum bonum sit signum, malum uerò, cùm ordinem seruant, ut
4. Aphor. 30. etiam inquiunt Hippo. & Gal. cuius tamen oppo
2. de caus. puls. penultimo. situm ex Gal. colligi uidetur dicente, quòd ordo, ut quid aliud est naturæ familiaris. Respondeo, quòd ordo etiam est in accessionibus eandem horam non seruantibus: datur enim inæqualitas cũ
1. de diff. pul. cap. 9. ordine accedit ad hoc, quòd ordo ille, uel paritas in inuasionibus accessionum est in præternaturalibus, Galen. autem de ordine loquitur in naturalibus: concedo autem, quòd talis ordo bonus est: subdit Galen. in commento, quod ex eadem anticipatione pręfinitam horam assequi possumus, qua futura accessio sit inuasura, quæ sanè cognitio ad temporum particulariũ cognitionem, in quibus dandus est cibus, mirum in modum conducit, sicut prima cognitio augumenti. s. & uigoris ad uictus totius formam constituendã, nam si prima accessio hora 18. & secũda 16. inuasit, conijciã proculdubiò tertiã horã 14.

inuadere

uadere, & ita de singulis. Quartũ deinde Hippo. declarat in contextu, ex quo constitutiones, & accessiones ęgritudinis agnoscuntur, dicens. Sed & ex his, quę mox apparent, inditia sumuntur.] Mox apparentia dicuntur, quoniam in primo morbi insultu non apparent, quæ ex Gal. sententia in comm. accidentia etiam dicũtur, uel symptomata, etenim morbum insequuntur, ut umbra corpus, ut asserit Gal. 3. de accid. et morb. & signa quoque nominantur, quoniam significant. Gal. in comm. ponit signorum distinctionẽ in quinque genera, utpote paßionum significatiua, aßidentia, decretoria, coctionis, uel cruditatis, ac postremo salutis, uel mortis: Paßionum quidem indicatiua pathognomonica dicta ex Gal. sentẽtia sunt, quæ unà cum morbo inuadunt, nec ab eo separãtur, sed ueluti eius substantiam cõstituunt: aßidentia uerò aliquando simul inuadunt, nonnũquam superueniunt, aliquando nec omnino ueniunt, neque enim à morbo separabilia sunt, neq; eius substãtiam conficiunt, sed proprias eius differentias efformant: Quam ẽt distinctionẽ in hæc duo signorum genera habet Gal. exẽplo sumpto in pleuritide, inquiens, quòd cum pleuritis sit inflammatio membranæ costas succingentis, habet symptomata inflammationis, quatenus est inflammatio, nẽpe tumorem præter naturam, ruborem, dolorem: sed tumor, & rubor à nobis non conspici

Lib. de cõsti. art. medic. 15.

tur, restat dolor duntaxat, qui perueniens in costis punctionem facit: est itaque dolor, quoniam inflammatio est pungens, substantia nanque partis læsę membranosa est, in qua nisi humor tenuis ut plurimum penetrat. quare pungens est, perueniensque in costis, propterea quòd propinquæ afficiuntur, item dolor spargitur, quoniam membrana plurimum extensa est: Febris necessario sequitur tum ob affectum, tum ob partis situm, quorum altero deficiente non necessariò sequitur febris: ad inflammationem nanque digiti non statim neceßariò fit febris, eius namque situs procul est à corde, pariter si membrana frigido laboraret apostemate, non statim consequeretur febris: ad hæc spiratio difficilis est, quandoquidem dolor probibet instrumenta spiritus tantum dilatari, quantum usus postulat, unde neceßitas cogit celeriter ad secundam dilatationẽ accedere, & ob id dilatatio parua fit et frequens: in pulsibus etiam fit alteratio, tum ea, quæ necessariò febres committatur, quare pulsus efficiuntur uelociores, et frequentiores, tum ea, quæ à specie partis affectæ non separatur, quare fiunt cum tensione, & duritie, ut etiam idem testatur: Tußis prætereafit, nam pars inflammata pulmoni est proxima, nocumẽtumq; communicat ei, ideo illum ad tußim irritat: Atq; hæc signa quinque, quæ a Gal. aliquando quatuor enumerantur

4. de caus. pulsf. 8.

secundum

secundum Hippo. qui de pulsu non meminit inse parabilia sunt, & paßionis significatiua, de quibus Gal. quoque habet dicens, quòd nec signa hæc simul esse possunt sine pleuritide, nec pleuritis sine his simul non existentibus, uerum est, quòd per se unumquodq; sine pleuritide esse potest, simul autem sunt proprium quarto modo dictum.

5. de lo. af. fe. 2.
2. de diff. spir. 8.
hoc com.

Aßidentia autem signa pleuritidis, quę insepa rabilia non sunt, sed eius differentias constituunt, declarat Gal. in eo de const. art. med. utpote melius decumbere super latere affecto, uel contra, vel in vtroque similiter, unum ex his inest necessariò, sed non hoc, vel id determina tum: cum enim exterior membranę pars circa ossa ualidius inflammatur decubitus in opposito la tere minus molestus est, propterea quòd in late re affecto pars inflammata comprimitur, & do lor augetur, cum uerò interior pars afficitur ma gis inflammatione decubitus in opposito magis molestat, si quidem pars inflammata pendet, & augetur dolor, super latere autem affecto non pendet, neque ab oßibus comprimitur, etenim in parte est intima, quare non ita dolet, inhęret .n. alteri parti nõ affectę, ꝙ si utraq; pars et inte rior et exterior afficiatur in utroq; latere ęque decũbit: Aßidẽtia quoq; sunt, ꝙ dolor ad claui culas ascẽdat, siue ꝓcordia, uel ambas partes, aut ad neutrã: mẽbrana nãq; tũ ad clauiculas ascen

Cap. 15.

dit

dit tum ad totum ſeptum tranſuerſum deſcendit cum inflammatio eſt in parte ſuperiori ad clauiculas, aſcendit, cum in inferiori, ad hypocondria deſcendit dolor, & cum eſt in medio, ſi magna ſit inflammatio ad utrãque partem peruenit dolor, ſi uerò parua, ad neutram accedit: Ex ſputo aßidentia ſunt quandoquidem cum ſit inflammatio ex humorum fluxione, ſi pars rara, non ut cutis obſtructa, denſaq́; fuerit, ubi magna extiterit copia humorum, atque tenuium, tunc affecta pars, quæ non obtegitur operculo denſiore, plurimum humoris foras effundit, quod in pulmone receptũ poſt tußim expuitur, ſi contra humor fluens paucus, & craſſus ſit tußis quidem excitabitur, non tamen quid expuitur, quòd ſi humor non modo craſſus ſit, ſed & copioſus, quanto copioſior tanto maiorẽ tusſim abſq; ſputo excitabit: Et hac ratione in morbi principio ſputum nonnunquã apparet, aliquando uerò non uiſitur: Ex colore etiã aßidentia ſigna conſpiciuntur ſputum enim quòd eijcitur, neceſſario colorem ſuſcipit, non tamen eundem perpetuò colorem, cum nec humor fluẽs eiuſdem ſemper naturæ ſit, atq; coloris, ſputum etenim colorem ab excrementis ſuſcipit, quæ euacuantur, quòd ſi ſanguineũ fuerit ſputum, colorem rubrum habebit, ſi bilioſum, flauum, ſicut ſi pituitoſum album, & ſpumoſum, quòd ſi humor uel ſanguineus, uel bilioſus exaſſatus fuerit, ſputum

tum

sum nigrum erit. Ex dictis igitur signis omnibus aßidentibus concludit Gal. quòd quędam ut plurimum eueniunt, quædam rarò, & nonnulla ad utrumlibet, nam quòd æger melius decumbat super affecto latere, ut plurimũ fit, quoniam cõtingit ut plurimũ partẽ mẽbranæ interiorẽ succẽdi, alia non ad decubitum attinẽtia rarius intuẽtur: item quòd dolor ascendat, descendatvè ad furculas, contingens est ad utrumlibet unumquodque per se, sed ut plurimum eueniens, si cum disiũctione proferatur: quòd uerò ad utramq; partẽ perueniat dolor, est ut in paucioribus: item quòd cũ tußi quid expuatur contingit ut plurimum quòd uerò tußis sicca sit, rarò: item quòd sputum sit rubeum, uel flauum, est ut plurimum, quoniam ut plurimum humor fluens est colera sanguisvè colericus, quod uerò sputum sit uel nigrum uel album spumosum, rarò euenit, quandoquidẽ in mẽbrana succingente ex humoribus pituitosis, et adustis rarò fit inflammatio: Atque hæc omnia sunt aßidentia, de quibus dicit Gal. quòd aliquãdo simul cum ægritudinibus inuadunt, nonnunquam superueniunt, quandoq; uerò nec omnino ueniunt, cum neque inseparabilia sint, neque substantiam constituant, sed proprias differentias efficiant, quæ quidem omnia ex supradictis clara sunt. Proinde decretoria ex Gal. duplicia sunt, quædam signa duntaxat, ut tenebræ oculis obor- 1. de cris. 14.

tæ uertigines, dolor capitis, inuoluntarius effluxus lachrimarum, facies cum oculis rubens, delirare, exclamare, uigiliæ, vel somnus grauis, creber hanelitus, labrum agitatum, fastidium stomaci, nausea, æstus, & sitis uehemens, cordis dolor, non posse recumbere, retractio præcordiorum, quæ quidem omnia crisim imminentem significant, & paulòpost futuram, quędam uerò sunt signa, & causæ, utpote uomitus, alui excrementa, urinarum multitudo, sudores, fluxus sanguinis, parotides, & huiusmodi: hec .n. & indicant, & crisim faciunt, uti manifestum est. Vnde Gal. in com. dicit q signa hęc non sunt apta inuadere cum primo exquisite morbi principio, cum alijs autem duobus inuadere apta sunt, de quibus ait se paulòpost dicturum. infra nanque dicit ipse principium tripliciter capi, & primo prog. se dixisse fatetur, primo quidem modo pro primo ęgritudinis insultu latitudine carente, secundo pro eo, quod est totius morbi pars, & tertio pro spatio trium dierum. Dicit itaq; Galen. quòd signa decretoria non sunt apta inuadere cum primo exquisitè morborum principio carente latitudine, cum alijs uerò possunt: subdit Gal. quòd quandoq; etiam hęc signa in his principijs non apparent, sed cum morbi augentur, aut iam consistunt, et infra hoc eodem commento dicit, quòd si morbo iam uicto signa hæc appareant

1. de cris. 6 Cap. 12.

futuram

futuram statim sanitatem denuntiant: si uerò cru do adhuc morbo uisantur, iudicationem non bonam ostendunt, quæ aut ad pernitiem agat, aut in longum tempus morbum producat. Eandem fermè sententiam habet Gal. dicens, quòd utrorumque accidentium criticorum infida est uniuersa natura, & contraria significans in diuersis morbi temporibus: Vnde in uno quidem tēpore sunt quidem critica, & decernunt, in altero uerò tempore non sunt critica, quandoquidem non decernunt vel male, sed accidentia fiunt parua, vel signa: de his autem ait Gal. Hippo. scripsisse 2. epid. his uerbis, Decretoria, quę non decernunt, mortalia, quædam uerò difficulter decernunt &c. Signa preterea coctionis, & cruditatis declarat Galen. per longum processum, 1. de cris. & hæc in pluribus superfluitatibus conspiciuntur, utpote urina, sputis, deiectionibus, & excretis p nares, de qbus potissimū habet Gal. dicēs, q̄ nō eadem sunt decretoria, & quę coctionis inditia dicuntur, non enim fieri, potest, quin illa omnino vel bene vel male decernant: at uerò coctionis signa salutem quidem hominis, non tamen per crisim omnino futuram ostendunt: & cap. 8. eiusdē subdit, coctionis signa nunquam male apparent, ex decretorijs autem licet ea intueri quandoque ad malum, neque enim in augumentis, neque in principijs, sed in statibus ea ap-

1. de cris. 8. & 14.

1. de cris. 7

apparere conuenit: quam etiam eandem senten-
1. de cris. 14. tiam habet Gal. cum enim dixisset, quòd uniuersa criticorum natura infida est, & contraria in diuersis temporibus indicans, dixit etiam, Hoc uerò haud quaquam inest coctionis, aut cruditatis signis, sed ex his singulum unum factum, atq; idem semper, ut urina bene colorata cum subsidētia bona coctionis est signum: tenuis autem, & quæ nullam habet subsidentiam semper cruditatis est signum. Aduertendum autem est, quod ut in urina signum cruditatis est, cum urina est alba et tenuis, ita occultę coctionis signum est si solo colore, aut sola substantia remittatur, & manifestæ coctionis signum, si & in colore, & substantia simul remittatur, & insuper nubecula in ipsa urina conspiciatur: signum uerò perfectæ coctionis, cum hipostesis alba leuis, æqualis in fundo residens apparet: Pariter in sputo signum cruditatis, cum nihil expuitur, & occultę coctionis signum, cum parum expuitur subtile incōcoctum, manifestæ uero signum, cum ægri parum quid coctum expuere incipiunt, ac postremo perfectę coctionis, cum maxime concoctum expuitur. Dicit itaque in com. Gal. quod signa coctionis nunquã in primo statim morbi principio inuadunt, quod est primus morbi insultus, sed nec etiam in principio contra augumētum distinctio apparent. Quare subdit Gal. quod terminant id principiũ, quod

est totius ægritudinis pars: quod etiam dicebat primo de cris sunt autem hęc signa manifestæ coctionis, signa uerò perfectæ coctionis augumentum terminãt, quod est tẽpus secundum, signa uerò cruditatis ex Gal. sententia cum primo ægritudinis principio, idest insultu statim inuadunt, item nonnunquam etiam posterius apparent, ut per unũ, uel duos dies, aliquando per multos, & licet signa oculte coctionis appareant, dicuntur tamen cruditatis signa, siquidem non manifestæ coctionem ostendunt: At signa ostendentia salutem, uel mortem multiplicia sunt, quædam enim sumuntur ex facie hippocratica, nonnulla ex uirtutum operationibus, & quædam ex oculis, & toto corpore, ex retractione testium, ex unguibus, & huiusmodi: quòd uerò exitialia signa à cruditatis signis distinguantur, declarat Gal. etenim signa cruditatis morbum ostendunt in longius tempus extendi debere, signa uerò exitialia hominem moriturum significant, licet enim idem esse poßit cruditatis signum, & exitiale, ut urina nigra & cruda, & letalis est, alia tamen & alia ratione, quę uerò alba est, & tenuis, quę aquosa dicitur, est simpliciter cruda, & talia signa ex se longitudinem morbi tantum pręnũciant: ob id dicit Gal. quòd signa mortis posterius apparent, & eorum generatio subsequitur morbi principium scilicet primum eius insultum. Vn-

Cap. 8.

1. de cris. 12.

1. de cris. 5

de hæc tria signorum genera ita se habent, quod signa bonæ coctionis quocunque tempore fiant, semper bonum significant: signa uerò malæ coctionis semper malum, quocunque tempore appareant, signa decernentia post coctionem bonum, ante uerò malum, & signa salutis semper bona sunt: distinguuntur autem, quoniam quædam bona simpliciter, quædam bona ualde dicuntur: signa uerò mortis semper mala censentur, uerum quædam simpliciter, quædam uerò ualde uocari possunt. Et hæc sunt, quæ ex Galen. colliguntur. Licet autem omnia dicta signa consideranda sint, attamen potißimum signa coctionis, uel cruditatis sunt eligenda: & ob id, ut testatur Gal. Hippo. ut id melius ostendat in Aphorismo quandam morbi speciem pro exemplo affert, quę pleuritis est, ostendens, quomodo signa coctionis, uel cruditatis morbi constitutionem ostendant, scribit autem hunc in modum: [Quemadmodũ in morbo laterali si circa initia statim sputũ appareat morbũ breuiat, si uero postea appareat, producit] per statim circa initia intelligit in prĩcipio, pro spatio triũ dierũ, per postea uult, idest post tres dies. Expositores hoc loco uanè dubitãt, an in principio signa mortis apparere poßint, quoniã Gal. in com. dicit ìd contingere nõ posse: neq; aduertunt ipsum de principio primo modo loquutũ esse; Verũ litigãt an in prin

cipio

cipio vniuersali ægritudinis materialis distincto ab augumento apparere queant. Galen. hoc apertissime litigium dissoluit, inquiens, Aegrum in declinatione vniuersali mori non posse, sed bene in aliis, ergò in principio vniuersali mortis signa apparere possunt: comprobat autem eodem 3. de cris. 5. & 9. pluribus rationibus, ægrum inquam in declinatione vniuersali mori non posse, siquidem eo tempore morbosæ causæ iam à natura & concoctæ, & superatæ sunt: item non moritur æger, nisi ab ægritudine natura vincatur, sed cum natura restitit vehementiori conatui morbi in statu, & superior euasit, oppressitque infestantia, ab ægritudine vinci non potest, ergo nec etiam eo tempore æger mori poterit. Quinimo, dicebat Galen. etiam in pugna, si signa coctionis apparuerint, & signa timorosa conspiciantur, vtpote alienatio, & huiusmodi, haud verendum est, vt vulgares, & imperiti faciunt medici, etenim æger tunc mori non potest, ergò à fortiori consequuta victoria non morietur. Vnde Auic. exclamare solebat: O quanta timorosa signa vidimus de profunditate somni, & casu pulsus perducentia post horam ad crisim bonam, atque complectam. Verum nulli mirum esse debet, ex Galen. sententia, si æger in partiali declinatione moriatur, virtus nanque debilis in principio, augumento, & statu particulari

3. de cris. 9

3. prog. 41

2. 4. tract. 1. cap. 3.

P perdu-

perdurare potest, quoniam habitus ipse in unum collectus continetur, at in declinatione calore à medio ad extrema retrocedente habitus naturæ spargitur, atque dissoluitur, & tandem hominem ad mortem conducit. Dices, cum in statu fit crisis, posset natura expellere materiam ad membrum nobile, ex cuius læsione in declinatione mors consequi posset? Respondeo, quòd cum natura materiam superat, eam euacuat per loca conferentia, vel facit abscessum in loco debiliori, non autem ad membra principalia transmittit, neq; permittit ex se materiam membra petere nobiliora: Quod autem dicebat Aui. nēpè ꝙ æger in declinatione variolarum mori potest,
2.4. tract. id intelligendum est, vt ipse statim superius di-
2.98. xerat, quòd æger in declinatione mori potest, non nisi ex errore, & causa extrinseca laboriosa: vel intelligit in declinatione, cum petunt interiora, quo tempore febris est valida non declinans. Cum etiam Auer. dicit, ægrum in de-
3. colli. 9. clinatione vniuersali mori posse, intelligit de non vera: Vnde dicebat, quòd declinatio in mortiferis fit à debilitate virtutis, non autem ab ægritudinis imbecillitate, sicut est in salubribus ægritudinibus declinatio propter virtutis dominium. Porrò veram declinationem à non vera
2. de cris. 9 distinguebat Gal. siquidem in vera semper pulsus fit vehementior, æqualior, & ordinatior,

at in nõ vera pulsus debilior, inæqualior, ac inordinatior. & licet ibi Gal. de particulari loquatur declinatione, idem tamen etiam de vniuersali intelligi potest. Ad principale igitur dubium dicendum est, quòd in principio nõ primo modo, sed alijs modis desumpto signa mortis apparere possunt, neque hoc negat Gal. & ob id in principio ægritudinis vniuersalis æger mori potest, taleque principium erit etiam vniuersale accidentium, vt in se consideratur, quæ in ordine ad virtutem in supremo esse dici possunt, cum virtus ea non ferat, propter quod sequitur mors. Cæterum vt hæc melius intelligantur, Gal. in com. ponit exemplum Hippoc. 3. epid. de Anaxione scriptum, de quo etiam meminit ipse 1. de cris. et 2. de diff. spir. quod tale est. [in Abderis Anaxiona, qui iuxta portas Tracias habitabat, febris acuta inuasit, lateris dextri dolor cõtinuus tussis sicca, neque primis diebus expuebat aliquid.] Hippoc. hoc loco videtur meminisse de tribus pleuritidis signis, febre scilicet, dolore, & tussi, tacuit autem spirandi difficultatẽ, quod est ex signis quartum. Sed Galen. dubitat, cum Hippocrat. sit breuiloquus debebat vno vocabulo eum esse pleuriticum dicere, & ea, quæ necessariò consequuntur, subticere: vel si per accidentia indicatiua voluit adnotare, cur etiã de spiratione non meminit. Huic dubio respon-

1. de cris. 18.
2. de diff. spir. 8.

det Gal. quod Hippocra. consuetudo est, cum de aliqua loquitur ægritudine, quę consuetis accidentibus constet, accidentia subticere, & proprium ægritudinis nomen apponere: quando verò est cum vno accidenti insueto, ægritudinem nominat, demum id accidens determinat, si verò plura sint indigentia determinatione, nomen subticet, atque plura illa determinat, cum ex eorum determinatione ægritudo ipsa cognosci debeat: Hac igitur ratione, quoniam insueta erãt accidentia determinatione indigentia, pleuritidis nomen tacuit, quoniam ex illorum diffinitione nomen manifestum fieri debebat: vnde Hipp. dicit non tantum, quòd febris aderat, sed qualis fuerat determinat, acuta scilicet: neque tantum de dolore meminit, sed qualis fuerit, vtpote continuus: item non tantum ait, ꝙ aderat tußis, sed sicca, quæ sanè accidentia hunc inmodum descripta raro euenire solent. nullam autem de dispnea mentionem fecit, quandoquidem suam consuetã ideam seruabat. De pulsu autem nihil dixit Hippo. nã nullibi meminit de signis ex pulsu. Dices, Gal. infra enumerans signa pleuritidis inseparabilia ait, quòd febris est acuta, quod idem confirmat 5. de lo. affect. & 4. de caus. puls. verum in libello de constit. art. dicit febrem absolute à pleuritide separari non posse, & Auic. febrem inseparabilem esse in pleuritide nulla ap-

Cap. 2.
Cap. 8.
Cap. 15.
10. 3. tract. 4. capit. 2.
2. De dispnea 8.

posita particula, quòd acutā sit, quinimo videtur ex dictis Galen. sentire febrem acutā de rarò euenientibus esse. Respondeo, quòd cum febris in pleuritide, vt plurimum citæ sit terminationis, atque cum timore, ideo acuta dicitur, quod non sui, sed inflammationis potius ratione poßidet: Vnde in pleuritide ex humore pituitosiore febris erit mitior, vt Gal. asserit. Cum igitur in Anaxione pleuritis fieret à materia pituitosiore febris non ita acuta ratione inflammationis, sed mitior esse debebat: & ob id accidens est in ea pleuritidis specie rarò contingens: ex quo inditium est, ꝙ præter apostematis febrem, aderat etiam febris altera ex humorū intra venas putredine, quæ erat acuta. Quocirca cùm dicitur, quòd febris acuta est accidens pleuritidis inseparabile, intelligendum est de vera, quæ vt plurimum fit à flaua bile, vel sanguine colerico: quæ verò ab humore pituitosiore dependet non necessariò acuta est febris, nisi sit altera, uti dictum est, sibi coniuncta: atque hunc in modum authoritates superius citatæ sibi inuicem consonæ sunt, atque concordant. Dices ex 2. de dispnea videtur, quòd dolor continuus de rarò accidentibus existat, attamen primo prorrith. dicebat Galen. quòd in pleuritide continuus esse debet, non rarus, vt cum ex spiritu fit flatuoso, & cum in pleuritide do-

4. de caus. puls. 8.

Cap. 8.

contex. 22

lor est rarus, dicit Hippo. signum est delirij. Dicendum est, quòd dolor bifariam continuus dici potest, vno quidem modo, vt Gal. accipit in lib. prorrith. quòd æger in dilatatione dolorem continuè sentiat, sed non per interualla ipsa, & hoc modo in pleuresi vt plurimum continuus esse debet: altero verò modo continuus dici potest ita, quòd non solum sentiat in dilatatione pectoris, sed & in tempore intermedio inter dilatationes ipsas, atq; hunc in modum necessariò continuus non est, quòd si hoc accidat, magnam esse pleuritidem, atq; renitentē inditium est: sequitur Gal. circa casus Historiam. [Sitibundus, peruigil, urinæ bene coloratæ, multæ, & tenues] inquit Gal. 2. de dispnea. Hæc enumerat Hippocr. quæ huic pleuritidi vt plurimum non eueniunt, neq; ex dictis intelligi possunt, sed in ea pleuresi rarò accidunt [sitibundus] hoc est maximam patiens sitim, quod rarò euenit, etenim rarò pleuritis est sine sputo, quod sitim prohibet valde intēsam generari: hæc autem sitis ex febre intra venas ortum habebat [peruigil] patiebatur nanque maximas vigilias plusquam illi pleuritidi conueniret. Gal. enim ait, quòd cum pleuritis à sanguine pituitosiore gignitur, eleuantur vapores somnū efficientes [vrinæ bene coloratæ, multæ, & tenues] hoc quidem modo signum habebat occultæ coctionis. alia translatio dicit [non bene coloratæ]

4. de cauf. pul. 8.

loratæ] quod signum est cruditatis: si autem bene coloratæ, fuerunt tenues, non tenuissimæ, primo enim epid. sect. 3. com. vltimo, dicebat Gal. quòd bene coloratæ urinę non sunt tenuissimę, sed tales albæ sunt [sexta die delirauit] hoc accidens in ea pleuresi rarò contingit, quoniam ex Galeni sententia: si fiat phlegmon ex materia biliosa, vapores acres, & mordaces eleuantur vigilias, & delirium efficientes, si verò fuerit ex sanguine pituitosiore, vapores crassi eleuantur ad instar nebulæ cerebrũ humectantes, & somnũ inducentes: Vnde delirium in Anaxione non fuit ex pleuresi, sed ex materia febris intra uenas putrescente. [Neque calefactoria aliquid proficiebant] Hippo. & Gal. volunt, vt in pleuritide imprimis adhibeantur fomenta, quòd si non contulerint, secetur vena, vel detur pharmacum, ideo primo adhibuit fomenta, quæ adhibenda sunt, cum vel materia est flatuosa, vel non cum plenitudine corporis, ut habet Galen. quòd vbi pateat totius plenitudinem adesse, non sunt adhibenda, nisi totum fuerit euacuatum, vt voluit Gal. 13. meth. med. Neque dicit Hippo. adhibuisse fomẽta, ut modum curandi doceat, sed ut ostenderet, quomodo se haberet ægritudo, ut testatur Gal. Quare subdit [septima die magis laborabat, quia febris intendebatur.] Et quoniam quis dicere potuisset, quòd licet febris fuerit

2. De uict. acut. à principio.

6. Aph. 31

3. Epid. sect. 3. 80.

aucta, tamen pleuritis erat diminuta, ideo vt ostenderet id non esse, subdit. [Neq; dolores comminuebantur, & tusses infestabant, & difficulter spirabat] quæ sunt alia accidentia pleuritidis inseparabilia: Dicit Gal. 2. de dispnea, vt faceret collectionem, hominem male affligi, hic meminit etiam de difficili spiratione, de qua nihil superius dixerat, ex hoc.n. ostendit, quæ à principio ei acciderant, non esse sedata, immo ex quatuor accidẽtibus pleuritidis, vnum nempè febrẽ adauctam esse. Dices, Hipp. 2. de vict. acut. ait, si dolor non placetur, calefactorijs non diutius immorandũ, at hoc loco vsque ad sextum adhibuit fomenta. Dicas uelim, quòd licet dixerit, neq; calefactoria aliquid proficiebant, non tamen dixit, quòd in his perstitit, uel si in his perstitit (quod fecit, quoniam dolor non augebatur, licet non remitteretur) dico, ꝙ Hippo. uoluit loco citato non diutius esse procedendum, hoc est per multos dies: Insuper ex Gal. sententia aliquando Hipp. à principio non erat vocatus, ideo fortè uocatus per aliquot dies post principium fomentis usus est: subiungit de casu [octaua die uenam in cubito secui] Erat enim adhuc in coctionis initio [sanguis plurimus fluxit, & qualem oportuit] hoc est vsque ad mutationem, ut docet Hippocrat. & Gal. Neque etiam hoc dixit Hippocrat. ut modum curandi doceat, sed

Cap. 8.

Cap. 9.

3. Epid. lect. 3. 80.

2. de uict. acut. 20.

dicit

dicit Gal. quòd Hippo. omnium ægrorum, de quibus in primo, & tertio libro meminit, in hoc vno mentionē fecit de sanguinis missione non absolute, sed octauo solo die, quoniam medici quasi certa lege firmatum habebant, q; vltra quartum diem uena non secaretur: ex quo ostenditur, q; si in hoc octauo die venam dissecuit, in alijs quoq; ægrotātibus, qui ea egerent, & secundo, & tertio, & quarto dissecuit. [Dolores aliqua ex parte cessarunt] propter euacuationem factam venæ sectione. [Verum tusses siccæ subsequebantur.] ita quòd nondum signa coctionis commonstrabantur: signa nanque occultæ duntaxat vndecima apparere cœperunt, & propterea subdit. [Vndecima die febres decreuerunt, parum circa caput sudauit, tusses, & quæ à pulmone humidiora.] Dices, si solum in vndecima coctionis occultæ visa sunt signa, quomodo dolores prius aliqua ex parte cessarunt? & febres in vndecima decreuerunt? cessant. n. dolores, & accidentia alia, cum effatu dignū quid expuitur, ut Hippo. attestatur primo de vict. acut. & ita in augmento coctionis accidentia minui incipiunt: ex opposito cum dixerit, quòd sanguis plurimus fluxit, & qualem oportuit, ergò dolor ex toto cessare debuit, nō autem remitti, quoniam ex ea sanguinis missione sanguis fuit euacuatus, qui inflāmationem fouebat. Respondeo, q; dolor non 3. Epid. sect. 3. 80.

solum

ſolum fit ex inflammationis materia, ſed & ex contenta in venis circunſtantibus loco affecto, ſi quidem partes circunſtantes plenæ, & extenſæ dolent, & partem inflammatam comprimunt, ex qua quidem compreßione dolor augetur: ceſſarunt itaque dolores aliqua ex parte euacuatis partibus circunſtantibus, ſeu earum venis: pariter febres ex venæ ſectione decreuerunt non modo, quæ erant ex pleuritide, ſed & ex humore intra uenas: Dolor autem non pœnitus ceſſauit, quoniam ex venæ ſectione non fuit euacuata inflammationis materia, tùm quia nimis craſſa erat, vt ſicut non facile reſudauerat ad pulmonem, ob quod tußis erat ſicca, ita nec facile ex phlobotomia euacuari potuit, tùm etiam quoniam materia inflammationis eſt magis apta ex clara ſententia primi de rat. vict. acut. per ſputum euacuari. [Decimaſeptima die cœpit paucum quid coctũ expuere.] Et hoc ſignũ fuit manifeſtæ coctionis, quod in decimaquarta eſſe nõ poterat, ſiquidem affuerunt ſigna longitudinis prohibentia, ne in 14. ea ſigna apparerent, quod quidem coctionis initium ad decimamquartam vſque perdurauit, in quo cœpit augumentum. [Vigeſima die ſudauit, & deſiit febricitare.] Quoniam ea manifeſtæ coctionis ſolũ in 17. die uiſa ſunt, ideo in 20. ſigna perfectæ coctionis apparere non potuerunt, quare in 20. cõpleta cri

ſis

sis. esse non potuit, sed imperfecta, ideo subdit: [Post crisim leuatus est.] Et ita ex ea crisi imperfecta ea saltem remota est febris, quæ erat intra venas, leuatusq; est etiam ex pleuritide tum ex febris intra venas remotione, quæ pleuritidē fouebat, tū ex euacuatione, quæ à 17. vsque ad 20. facta est sputo: sed quia crisis fuerat imperfecta, ante nanque perfectam coctionem fuit, ideo vt ostenderet, quòd adhuc aderat materia tum febris, tum pleuritidis, quæ coquebatur, dixit. [Et siti premebatur, & purgationes ex pul mone nō erant admodū bonæ.] hoc est pfecte co ctæ: ob id dixit non admodum. cum aūt materia in coctione inflammetur, ideo facta fuit recidi- 2. Aph. 12. ua iuxta id Hippoc. Quæ relinquuntur in morbis post iudicium recidiuas facere cōsueuerunt, cumque prius ex euacuatione in crisi imperfecta non potuisset febris fieri humore comminuto ex inflāmatione denuò rediјt febris: Quare subdit [Vigesima septima die febris rediјt, tußiјt, multa cōcocta educebat, urinis multum sedimen tum albū, sitis cessauit, & bene spirabat.] Quibus quidem verbis manifestum est, quòd eo die signa perfectæ coctionis apparuerint, & ī sputo atque urina: & hoc fuit status principium, qui ad uigesimum usq; quartum durauit, in quo cri sis perfecta fuit, sed natura non maxime humores concoquebat. [Trigesima quarta die sudauit

totus,

totus, & post crisim omnino ex febre cõualuit.] Dicit [totus] quoniam hæc crisis fuit completa, ait autem [ex febre,] non [ex pleuritide] propterea'que pleuritis non amplius aderat, sed residuum duntaxat materiæ, quæ sputo euacuabatur, Gal. deinde rationem aßignat, cur in Anaxione totius ægritudinis solutio ad 34. vsque extẽta est, inquiens, quoniam in principio ægritudinem lateralem parcebatur, neq, expuebat, neque ẽt 8. die, ideo morbus in eo duntaxat die solutus est, cum tamẽ morbus laterantes vt plurimũ suum terminum habeat decimumquartum, aut vigesimum. Verum, dices, videtur, ꝙ totius ægritudinis solutio fuerit in vigesimo, siquidẽ cessauit nec tẽporis & febris ipsa, atque pleuritis, ergo eius solutio non fuit extẽta ad trigesimum quartum vsque, sed in 27. fuit recidiua, quæ demum in eo trigesimoquarto finem habuit. Respondendum est, ꝙ vigesimo die remota fuit febris ex crisi per sudorem, & pleuritis ex euacuatione per sputum à 17. usque ad 20. etiam, quandoquidẽ post sudorẽ non ita pleuritis à materia eam febrem acutam faciente, quæ aderat, fouebatur: cum autem Gal. ait, quòd solutio totius ægritudinis extẽta est ad 34. vsq; ĩtelligẽdũ est de euacuatione totius materiæ post crisim perfectam, ante quã aliqua adhuc aderãt accidẽtia: Vnde licet post uigesimum diẽ æger febricitare desierit,

sti tamē adhuc præmebatur, et purgationes pulmonis non admodū bonæ conspiciebatur: & propterea adnotandū est, ꝙ in Anaxione tempora digestionis hoc modo extitere, nēpè principiū durauit vsq; ad 17. diem, augmentū vsq; ad 27. & status ad 34. vsq;, ī quo iudicatio ꝑfecta fuit, etenim quoniā signa manifestæ coctionis in 17. apparuerūt, signa ꝑfectæ in 20. apparere nō potuerūt, tùm quia ægritudo cū signis ægritudinis erat, tùm quia dies semper fiūt debiliores, et quoniā post 20. diē primus dies criticus est 27. ideo in eo signa ꝑfectæ coctionis apparuerūt, & ob id prima pars status, ī qua fit coctio, durauit usque ad 34. in quo crisis ꝑfecta facta fuit. Quo quidē loco nō teneo Curtij opinionē dicentē, quòd si dimidia coctio indiguit decē & septē diebus, rationabile fuit, ꝙ altera dimidia decē & septē alijs ēt diebus indigeret, & ob id in trigesimo quarto fuit crisis: Omitto cōfutationē, quæ facile fieri potest. Tēpora ꝑterea quo ad accidētia, & morbi essentiam alio modo extiterūt, siquidem status fuit post septimā diē, in qua deterius se habuit, & post octauā ob phlobotomiā declinare cœpit, & in 20. cessauit febris, atq; pleuritis, in 27. āt fuit recidiua, uti dictū est: Subdit aūt Gal. in cō. ꝙ si expuisset ante tertiam iudicatio subsequuta fuisset, uel circa septimum, uel nonum uel vndecimum: & si in 3. cœpisset spuere, non transcendisset

scendisset 14. Vnde adnotandum est, quòd si in vna die critica signa occultæ coctionis apparẽt, in sequenti signa manifestę non occultantur, & in tertia sequenti perfectæ coctionis visuntur, nisi prestò sint longitudinis signa: Dicit itaque Gal. quòd si ante tertium fuissent signa coctionis occultæ, cœpissetque ante tertium expuere, circa quartum signa manifestæ affuissent, & in 6. perfectæ coctionis, si ægritudo celeris motus extitisset, quòd si in 4. signa lõgitudinis affuissent, aut ad 9. usq;, undecimũuè pertingere potuisset: si uero in 3. spuere cœpisset, non transcendisset 14. nam si signa longitudinis nõ affuissent, in 7. signa manifestæ, in undecima perfectæ coctionis apparuissent, quod si signa longitudinis præsto extitissent, ad 14. diem usque peruenire ualuisset. Gal. postea aßignat causam, cur aliqua inflammatio citius, aliqua tardius soluatur, inquiens, quod in omnibus inflammationibus non tectis operculo densiore, ut contingit cutem occupantibus exteriorem, ab initio quædam sanies resudat tenuis, demum craßior, atque adhuc crassior, ut magis, & magis coctionem accipiunt, ut patet in inflammationibus oris, nasi, oculorum, atque huiusmodi, & pariter cum pars aliqua alia est inflammata cum cutis diuisione, quòd si fuerit inflammatio cum tanta meatuum angustatione, ut nihil foras effundatur, coctu difficilis

erit,

erit, & longo tempore perdurabit; atque hac ratione si in pleuritide materia erit tenuis, & mēbrana non multum densa, facile materia resudabit, & citius signa coctionis videbũtur, citiusque ægritudo remouebitur, quòd si materia crassior erit, membranaque densior, materia difficilius euacuabitur, atque longior erit, tardiusq; signa coctionis apparebunt. Declarat deinceps Gal. omnia signa ex sputo in pleuritide, siquidem morbus crudißimus est, cum nihil expuitur, & tanto crudius, quanto tardius expuere incboat, in secundo ordine cum parum expuitur, atque subtile, quod debilis coctionis est signum, in tertio autem ordine est, cum craßius expuitur, in quarto uerò cum sputum est multum, & coctum & album, leue, æquale, nec nimis humidum, nec nimis crassum consistentia, eadem quoque in sanie, & hypostesi vrinæ esse oportet, utpote alba, leuis, & æqualis & huiusmodi. Cur autem in dictis albedo fiat, declarabat Gal. 1. prog. quòd cum sanies generetur à calore præter naturam, & naturali partium radicalium, quæ sunt tunicæ venarum, nerui, ligamenta, paniculi, & cartilagines albæ existentes, quę dum quęrunt materiam in saniem conuertendam sibi aßimilare, materiam sibi similem nempè albam conficiunt, licet ea similitudo non tanta sit, quanta est ea spermatis, quod à naturali duntaxat calore mē- Com. ult.

bri,

bri, non autem ab illo præter naturam, vt sanies generatur, idem contingit in hypostesi, quæ à tunicis venarum efficitur, atque in sputo, quod in ea membrana fit, quæ alba est: leuis quoque hypostesis esse debet, pro quo adnotandum censeo, quòd leue sine diphtongo idem est, quod carens pondere: læue autem cum diphtongo idem est, quod leuigatum: alij autem scribunt lene: hoc est non asperum, seu non diuisum: Vnde Gal. inquit, quòd læue exasperanti opponitur: atque hoc modo intelligendum est, quòd hypostesis vrinæ diuulsa non sit, vt cõtingit, ob spiritum flatuosum, sed unita, cùm.n. est diuulsa naturam indicat nõ ex tota supra materiã dominari, cũ eã ventositatẽ vincere nõ poterit: Aequalis ꝑterea esse dẽt ex Galeni sñia, qui declarabat quid per æquale sit intelligendum, dicens, ꝙ si omnes partes sunt vniformes, ita quòd vna non sit crassa, altera verò tenuis: item una alba, altera uerò rubea, tũc sanies, vel hypostesis erit æqualis, ꝙ si sit in tenuitate diuersitas, atq; crasßitie partiũ vel in coloribus, vel in vtrisq; inęqualis erit, naturamq; nõ ęqualẽ significat habere dominiũ super oẽs materię digerẽdæ partes, sed alteram melius, & alteram deterius concoquere: vna nanque pars materię magis altera rebellis est, per oppositum ęqualitas uirtutis ęqualem victoriam supra materiam significat: Addebat Galen.

1. De uict. acut. 28.

2. Prog. 28

etiam q̄ oportet, vt ea qualitas, cum cęperit, per seueret usque ad ægritudinis finem, siquidē si u na die erit æqualitas, & urina bona, & alia die non bona, signum est, quòd materię plures sunt, quarum una concoquitur, altera verò non: item dicebat Galen. peius est, quòd partes sint paruę, quā magnę, quę diuersę sunt: si.n. sunt magnę, indicat, q̄ omnino natura materiam concoquit, & quanto maiores fuerint, tanto uim validiorem p̄seferunt: si uerò partes sint tenuiores, naturā ab humore cōuinci ostendunt, atq; veluti pugnam ęqualem haberi: in eodem verò loco ait ipse Gal. hunc in modum: Cęterum vrina nullo pacto sedimentum h̄t, si tenue, copiosum verò, si largius, exiguum vero, si modice viuimus: & subdit in morbis biliosis ad colorem croceum, & aut nullo modo, aut minimum habet sedimentum, satisq́; est nubecula pendens, in morbis ex crudis humoribus ad candidum tē dit colorem, & sedimentum habet copiosum. De claratis signis coctionis & cruditatis in sputo, ostendit etiam Gal. signa mala ex sputo, inquiens, q̄ si fuerit uel flauum, uel ruffum impermixtum, nequaquam bonum, si liuidum, vel ærugini simile, uel nigrum perniciosissimum est, quod & 2. de cris. 10. confirmare uidetur. Est autem adnotandum q̄ Gal. dicebat, color ruffus ad flauū proxime accedit, in hoc autem inuicem differunt, q̄

Com. 26.

1. de cris. 12.

alter magis ad album, alter magis ad splendidũ vergit: nam & bilis amara aliquando ruffa, non nunquam flaua conspicitur, sæpius autem & pallida tibi uidebitur, siquidem albior, & turbulẽtior facta sit, ruffescit, si verò splendens, & purior sit, flauescit, nam quod veluti ruffum est, si splendorem assumat bilem reddit fuluiorem, quã tum verò ruffum flauo est albius, tanto illo palidũ, quanto rursus minus albũ est flauum, quàm ruffum, tanto flauo rubrum. Quòd autem flauũ, aut ruffum non permixtum, idest non commixtũ
Com. 38. cum alia materia, malum sit huius causa ex Galeno sumitur 2. progno. quo loco dicit Hip. [Vomitio vtilißima est, si pituita, ac bile permixta quàm maxime est, si non multa, non crassa est, sincerior enim deterior est.] Gal. in com. dicebat per hanc quoque dictionem indicauit, quid nam appellet summum opponens illi permixtum, quamuis etiam nomen suam indicet significationẽ, ut in vino, & alijs istiusmodi: ex quibus quidem verbis manifestum est, ꝙ per impermixtum intelligendum est sincerum, purum: inferius deinde Gal. dat causam, cur humor sincerus exiens malum sit, siquidem biliosus sincerus calo ris copiam, pituitosus indicat frigus: De sputo ãt ꝙ oporteat esse permixtum, habet Hippo. & Ga
Com. 44. le. 2. progno. ꝙ verò color liuidus, aut æruginosus, aut niger sit signum permixtum, eò declara tur,

tur, quandoquidem çolores hi fiunt, uel à vehementi frigiditate, vel ab excedente calore, & utrunque malum est: frigiditas nanque significat caloris naturalis extinctionem, caliditas verò adurit, ut testatur Gal. si quis autem de screatione, ac sputo diligentem inquisitionem habere ex optet, consulo vt Hippo. & Gal. 2. prog. à contex. 43. vsque ad contextum 48. inclusiue perlegat. Dices, si humor sincerus exiens est malum vti dictum est, eadem ratione cum tertiana pura coleram puram peccare significet, mala erit, atque perniciosa, quod tamen falsum est. Respondendum est, quòd aliud est loqui de humore intra corpus detento, & ægritudinem faciente, atque aliud de materia, quę per uomitũ, aut secessum, aut id tale genus euacuatur: colera nanque pura putrescens, & faciens intermittentem salubrẽ febrẽ efficit, quę neq; per vomitũ, neq; per secessum expellitur, quòd si expellatur, non pura expelletur, siquidem in stomaco, & intestinis semper multa phlegmatis copia continetur, cuius aliqua portio unà cum colera protrudetur, ꝙ si non unà protruderetur, signum esset maximę caliditatis, ac flãmæ, quæ prohiberet phlegma ĩ stomaco, & intestinis contineri, & ob id Hippo. in cõtex. 43. inquit, ꝙ uomitio sincerior deterior est, etenim Gal. in com. biliosus humor sincerus indicat caloris copiam, qui probibet in stomaco

1. De cris. 12.

contineri phlegma, quod simul cum colera vomitu euacuetur: Neque credendum est coleram puram in corpore peccare, sed semper aliquid phlegmatis permiscetur: dicitur aũt tertiana pura, propterea ꝙ signa coleræ duntaxat commostrantur, signa autem alterius humoris haudquaquam visuntur ob eius humoris penuriam. Gal. deinde in com. comparat signa exitialia coctionis & cruditatis inter sese, de quibus superius dictum est, vbi etiam de decretorijs verba fecimus, recensetq; omnia, quæ ab eo primo de cris. scripta sunt, quomodo autem medicus potest, & debet cognoscere, an natura crisim factura sit vel per vomitũ, vel per secessum, vel per fluxũ sanguinis nariũ, alteriusuè partis, declarat Gale. 3. de cris. ca. vlt. At ꝙ signa decernentia alia sint natura à signis coctionis ostẽdit Gal. authoritatibus Hip. atque imprimis ex 1. Epid. propè finem secundi status, vbi scribit Hipp. verba, quæ hoc loco transtulit Galenus, in vniuersum comprobans morbi coctionem, item ex 2. prog. quo loco loquitur de alui excrementis & de ipsa vrina, & de sputo laudans Hippo. coctionem, quæ deinde à Gal. hoc com. decerpta sunt: Ostendit postea Gale. quæ signa pleuritidis inseparabilia sint, quæque aßidentia, & quo pactò morbum longum, breuemuè futurum ostendant. Ex dictis itaque constat, quomodo post apparentia morbi con-

Cap. 14.
Cõtex. 13.
Cap. 26. 4.

constitutionem præseferant; Quomodo autem ostendant futuras accessiones nihil hoc loco docet Galen. Quare Curtius dicebat, quod ostendendo breuitatem, vel longitudinem morbi anticipationes, vel postpositiones ostendunt: Vel iuxta nostram sententiam dicendum est, quòd exeuntia sunt de numero post apparentium, ex colore autem exeuntium humor peccans dignoscitur, atque ex consequenti an accessiones erunt de tertio in tertium, an de quarto in quartum, subdit Hippo. in contextu. [Et urinæ, & alui excrementa, & sudores, quæcunque apparuerint uel bonã morborum indicationem, vel malam, vel breues, aut longos fore morbos ostendunt] De vtilitate præcognoscendi statum à Galeno scriptum est 3. de cris. cum inquit, Medicus nulli magis oportet esse intentum, quàm ad morbi statum præcognoscendum, & primo de crisi. Qui primo, vel secundo saltim die morbum non prænoscit, qui extra primum septenarium nequit extendi, errat, & multo plus, si putet nõ posse omnino status cognosci, saltem nanque opus est medicum statim à primo die præcognoscere, quòd ægritudo uel imprimis quatuor diebus, uel in secundis decernetur: Neque necesse est in primis diebus præscire an in 14. uel uigesima ægritudo decernatur: neque enim in victus ratione magna mutatio se-

Cap. 5.

Cap. 16.

quitur ex hoc, vt si affutura crisis esset in quarta vel quinta die, siquidem talis victus instituetur, qualis si morbus in 40. finiri deberet, plus vel minus exhibendo: ait prætcrea ibidem, & primo de dieb. cret. 11. ad cognoscendum statum futurum medicus tenere debet, quæ ab Hip. scribũtur, atque artem exerceat, sed prius ediscat, antequam apud ægros versetur, alioquin nihil æger amplius, quàm operam frustra ludet. Quare tenenda, quæ de prognosticis, quæ de constitutionibus aeris, quæ ægritudines eis contingãt, quæ de ætatibus, de naturis, de anni temporibus, de locis, & id genus conscripta sunt, his etiam addẽda est pulsuum cognitio: ex libro ãt progn. habetur, quæ signa sint bona, & quæ mala, quorũ non solum numerum sed & potestatem scire opus est: cognoscenda præterea sunt longitudinis
4. Aph. 36. 37. 40. 51. 56. signa, nam sudores, qui non ita fiunt tertia, quinta, & huiusmodi diebus morbi longitudinem, laborem, recidiuam, & sudores frigidi cum mitiori febre morbi longitudinẽ significant, & vbi in toto corpore mutationes, & si corpus refrigeretur vel rursus calefiat, vel color alter ex altero fiat, adhuc morbi longitudinã indicãt, & in febribus abscessus, qui ad primas iudicationes non soluuntur, longitudinem morbi prenuutiant, & febricitanti sudor superueniens, febre non deficiẽte, malum: prorogatur. n. morbus, & multã significat

cat

cat humiditatem, item ꝙ corpus non demacretur, si pituita abundat, si virtus debilis, longitudinem significat, quæ verò prędictis signis sunt opposita, breuitatem commostrant: adhęc cognoscenda signa indicãtia cruditatem, uel coctionē, de quibus in superioribus dictum fuit: cognoscēdi pręterea dies decretorij, & ꝙ priores sunt potentiores, vtpote 4.7.11.14.17.20. posteriores autē minus potentes: ideo cùm vigesimum diem, pertransimus, per septimanas dies connumerantur, at cū 40. diē trãsimus ꝑ 20. usq; ad 120. enumerantur, quem cum transimus, per menses enumeramus, & tandem per annos, vt docet Gale. Proinde in morbis multa sunt tenenda (inquit Gal.) species morbi, magnitudo, motus, & eiusdem mos, de quibus superius diximus, & plura ab Hippo. in progno. scripta sunt. His enucleatis declaranda est regula, qua status à nobis præsciēdus est, antequã adsit, quę talis esse censetur, nã cū occurrit infirmus imprimis inuestigandum est, an ęgritudo sit acuta, an cronica ex signis longitudinem, vel breuitatem, de quibus supra, significantibus: si sit acuta, scies vtique, ꝙ 20. non transibit, qui acutarum terminus est: si igitur in febre acuta primo die signa manifestæ coctionis appareant, nullo existente signo uel malo, uel lõgitudinem indicante proculdubio quartum non pertransibit, ut ex 3. progno. simplicis-

2. Aph. 24.
3. de cris. 4
Contex. 7.

simæ febres, ac signis firmatæ securißimis quarto die, aut citius desinunt, sicut si omnino essent peßima, aut 4. aut ante morietur, æger. Galen. in com. dicit non est poßibile, in qua prima die omnia sunt optima vel peßima, vt æger quartũ trãscendat, q non occidatur, vel liberetur: cùm.n. natura prima die fecerit medietatem coctionis omnino ante quartum perficiet: si verò signum sit malum, uel longitudinem significans, impediet, ne terminetur in quarta, licet bona præualeant, iuxta autem signi potentiam, atque velocitatem motus morbi iudicabis, qua die terminabitur ægritudo, pariter si talia signa non adsint, sed bona dũtaxat ex motu morbi dijudicabis, an ante quartum finem assequetur, si verò prima die signa occultæ coctionis appareant, in principio adhuc ægritudinis erimus, quo casu fieri non potest, vt in quarto terminetur, uerum non existentibus signis longitudinis, uel malis, in quarta manifestæ, & in septima perfectæ coctionis signa apparebunt: si uerò erit signũ aliquod malũ bonis pualentibus, non necessariò in 7. terminabitur, sed ad 9. aut 11. pducetur, ut id signũ ualidius, debiliusuè aderit: si aũt prima die nullum appareat coctionis signum, certò sciri nõ potest, qua die status erit, ut in superioribus casibus cõtingit, sed ad præsagiendum artificiali utimur cõiectura, nempè nũquid status multum distabit à

prima

prima septimana, nec nè: contẽplando signa salubria, et insalubria: item longitudinis, aut breuitatis, ad hæc ægritudinis speciem, magnitudinem, motum, & morem: ex his nanque cognitionem coniecturalem acquiram, quod quartum decimum diem non pertransibit, uel quod ad 17. vigesimũve usq; perueniet, postea uerò certò scies, ut si in 4. signa occultæ coctionis absq; alijs signis malis, atque longitudinem portendentibus appareãt, pro certò habebis, quòd in 7. ea perfectæ coctionis erunt, apparentibus autem signis malis, præcognatur ut supra: si uerò in 4. aliquid coctionis signum non appareat, eadem artificiali coniectura, ut supra, longitudinem eius dijudicare tentabimus: consideratis his, de quibus superius dictum est, deinceps certa cognitio habebitur, ut si in 7. erunt signa occultæ coctionis non existentibus signis malis, neque his, quæ longitudinem portendunt in 11. signa manifestæ coctionis erũt, & in 14. signa, quæ perfectã coctionẽ demonstrãt. Vnde aduertendũ est, ꝙ regula est experimẽto cõprobata, ꝙ usque ad 14. cũ una die critica apparent signa occultę, altera die signa manifestæ cõmostrãtur, et tertia ea quæ sunt perfectæ coctionis: Aduertẽdũ quin etiam, ꝙ errores impedire possunt crises ne fiãt statutis diebus, uel saltem ita bonæ, exiguus .n. error si fiat, efficietur utiq; iudiciũ uerũ, nõ ita

bonum

bonum, si verò maior sit error, is sanè prohibebit iudicium fieri in die conuenienti. Magnitudo igitur offensæ signis est colligenda, etenim nõ solum difficile, sed & impoßibile est eam interpretari: potest tamen discipulus reddi artificiosus, ut eam rectè perdiscat. Vnde aduerte, quòd morbi sine periculo ob delicta diuturni efficiuntur, qui uerò pollicentur incolumitatem non tamen sine periculosis accidentibus ob errata fiũt lætales, quinetiam omni periculo uacantes ob multos, magnosque errores lætales efficiuntur: neque mirum est, cum id in sanis quoque corporibus conspiciatur: si uerò in 11. die occultæ coctionis signa appareant, ea manifestæ non erunt necessariò in 14. sed ad 17. usque protrahi possunt, & in 20. imperfecta crisis aderit, ut in Anaxione, in quo in 11. signa occultæ extiterunt, & in 17. manifestę coctionis, atque in 20. crisis imperfecta: adhæc possunt etiam in 14. signa manifestæ coctionis adesse, sed hoc ex motu ægritudinis, atq; alijs determinabitur, etenim dierum facultas debilior euadit, quantò ęgritudo longior est, & ideo post 14. non ita ualenter significant, atque inde fit, quòd transacta 20. non amplius per quartum, sed per septimum enumeramus, & 40. transacta per 20. deinde per mẽses, & tandem per annos. Ex dictis itaque manifestum est, quòd ex signis coctionis sæpe habe-

mus

nus perfectam, & exquisitam status futuri cognitionem, multotiens quinetiam eum futurum dignoscimus alijs artificiali coniectura concurrẽtibus, quæ proxime ad perfectam atque exquisitam cognitionem accedit. Declaratis his, quæ circa hunc præclarißimum Aphorismum erant enucleanda, superest vnum duntaxat dubium nempè an corpore pleno in pleuritide ex eodem latere sanguis mittendus sit. Circa quòd omnes ferè qui in medicina scripserunt, valde fuerunt defatigati, suam, quam putarunt, opinionem, validißimo tutantes. Ego autem in hoc duntaxat insistam, vt Galeni, & Hippo. & fortaßis veram opinionem demonstrem, quæ talis fuit, quòd ex eodem latere, non autem ex opposito sanguis mittatur: quæ verò ab alijs scribuntur, vnusquisq; ex se in eorum monumentis legere poterit. Hipp. itaque 2. de rat. vict. acut. inquit: [primum in pleuritide adhibenda fomenta, quòd si eis dolor non placatur, non diutius immorandum, sed dolore ascendẽte fiat phlobotomia, descendente uerò pharmacum exhibeatur:] & Gal. in com. si dolor non placatur fomentis, signum est, quòd totum est plenum, quare prohibet, ne leuetur dolor, & eget remedio maiori, sectione scilicet uenæ, uel medicamento: manifestum itaque ex his, quòd toto pleno existente, Hipp. uenam esse incidendam præcepit; quòd uerò uoluerit esse incidendam,

contex. 1.

cidendam, quæ eiusdem est lateris, imprimis de-
Com. 10. clarat Gal. in com. cùm inquit, Venam secare o-
portet in cubito, quæ sanguinem ab affecta par-
te & magis, & velocius tùm reuellere, tùm va-
cuare poßit, clarum autem est, quòd talis vena
eiusdẽ est lateris. Vnde Gal. libello de sect. venę
dicebat, ꝙ uenæ sectio oppositi lateris in pleuriti
de aut nõ iuuat, aut nisi post tẽpus, vbi etiam in
reuulsione seruandam directionem iubet: præte
Cõtex. 73. rea Hippo. in 4. de vict. acut. ait, [si dolor sur-
sum penetrauerit, venam brachij internam seca
re oportet, qua dolor afficit parte:] Gal. in com.
exponens dicit, hic laborat sententiam partis le
gitimæ, quòd vena secetur recto tramite à latere
dolente, quod tamen cum dictis intelligitur: qui
bus quidem verbis clare patet Hippocr. in con-
tex. 10. 2. voluminis sententiam extitisse, vt ve
na eiusdem lateris dissecetur: ad hæc Gal. 13. me
tho. med. scriptum reliquit, communem esse cura
tionis indicationem omnium phlegmonarum eua
cuationem, sed quæ in generatione adhuc sunt,
in his prior est euacuatione inhibitio sanguinis
ad locum affectum confluẽtis: inhibebitur autẽ,
si inuenta fluxionis causa eã remouebimus, quæ
sanè duplex est, aut ex parte affecta, aut ex a-
lia, alijsve partibus, ex affecta quidẽ, cum calet,
aut dolet: ex alia verò, cum ad ipsam vel à par-
te alia, uel toto corpore superfluũ transmittitur,
in

in pleuritide autem, quæ fit ex humorum conflu xu toto corpore repleto omnes causæ prædictæ conueniunt, est.n.à toto superflui transmißio: itē dolor partis affectæ, qui trahit & calor, ex inflammatione, qui etiā attrahit: oportet autē omnes dictas causas primo remouere, quæ omnes secta vena eiusdem lateris ammouentur, nam licet phlobotomia oppositi totius plenitudinē tollat, non tamen dolorem, neque malam temperiem calidam, dicebat nanque Gal. libello de sect. venæ, ꝙ phlobotomia oppositi aut non iuuat, aut post tempus, eiusdem autem lateris omnes dictas causas tollit, quare conuenientius uidetur: dicit enim Hippo. primo de uict. acut. ꝙ [magis sunt laudandi, ꝙ paucioribus, & bene.] Tollit autem imprimis totius plenitudinem, etenim ex Gal. libello de sect. venæ qualibet vena secta à toto euacuat, deinde dolorē remouet, quoniā Hipp. 6. epid. [in doloribus proximū ventrem purgare, et sanguinis ventrē rescindere optimū est:] quare ad remouendū dolorē vena eiusdē lateris est incidēda, demū malā tēperiē calidā ammouet sanguinē calidū vacuando in uenis partiū circunstātiū parti lęsæ cōtentū: iccirco iubebat Gal. ꝙ incidatur vena, q̄ ab affecta parte sanguinē & magis, et velocius tū reuellat, tū euacuet, ut oēs scilicet ꝓdictas causas simul remouere valeat, q̄ sanguinē ad inflāmationē fluere faciūt: Porrò faciēda est

Contex. 4.

sect. 6. contex. 5.

2. de uict. acut. 10.

est phlobotomia copiosa, ita vt sanguis replēs venas partium circunstantium uacuetur, vt sensit
4.De uict. acut.74. Hipppo.ut & concedit Gal. inquiens, quòd mittatur sanguis vsque ad animi deliquium, uirtute, cęterisque consentientibus: item iubet Hipp. eo tempore dolore ascendente uenam secari, quo tempore dolore descendente dandum esse phar-
2.De uict. acut.10.11 macum persuadet: uerum pharmacum in princi-
2.Aph.29. pio vult dādū, ut aliàs: ergo uenæ sectio in prin
4.Aph.10 cipio conuenit, cum adhuc humor defluit: item dicit primùm fomentum, & dolore non deficiente non immorandum, sed secanda uena dolore ascēdente, ergo in principio, neq; alia præcessit phlobotomia, de qua ibi Hipp. mentionem facit: palam igitur est, quòd secundum Hippoc. & Gal. idem latus, nō aūt appositū secandum est: Ratio autem cur dicat Gal. quòd simul oportet reuellere, atque euacuare, & magis, & citius à parte læsa, est, propterea quòd cùm pleuritis ęgritudo sit acuta, opus est post fomenta confestim ualida remedia adhibere, quandoquidem ægritudo non ita dat indutias, & nisi materia educatur, facile suppurari potest: quæ enim calidiora sunt, citius suppurantur, ut habetur 2. prognost. ubi
contex.57 de purulentis agit, quo etiam loco colligitur harum partium suppurationes maxime esse periculosas, atque morti proximas. Dices, inflammata parte inferiori sinistra thoracis uena oppositi, nō
ciuf-

iusdem lateris est incidenda, siquidem uena si-
e pari oritur à dextra parte uenę magnę nu-
riens costas inferiores, hunc etenim in modū ser
atur rectitudo fibrarum ipsarum uenarum, quā
anguis ipse consequitur. Respondeo imprimis,
uòd sensit Hippo. ut seruetur habitus corporis
ectitudo, quemadmodum colligi potest tum 2.
pid. tum etiam 6. eiusdem sect. 2. atque à Gale-
o pariter libello de sect. uenę, ubi ait, quòd pa-
iente hepate iuuat fluxus sanguinis per dextrā
arem, liene uerò affecto per sinistram: Vnde 3. de cris. ultimo.
Gal. vniuersalem faciens propositionem inquit,
Hc perpetuò in omnibus quidem seruanda, quę 13. meth.
directo est, nam experientia compertum est, ꝙ
i seruetur directio habitus, iuuat euacuatio, sin
ninus, non iuuat: si enim ortus uenarum serua-
etur, liene affecto, sanguis proculdubio ex par
e opposita mitteretur, cuius tamen oppositum
oluerunt Hippo. & Gal. Vel dici potest, quòd
Hippo. dicit solum uenam esse incidendam, cum
dolor ascendit, atque inflammatio in partibus
superioribus reperitur, tuncque sensit inciden-
dam esse uenam eiasdem lateris, ut simul reuel
lat, & euacuet magis, atque uelocius à parte lę
sa: cum autem dolor descendit, sectio nanque ue
nę non simul reuellendo à parte lęsa euacuaret,
ob id Hippo. exhibet pharmacum, & licet Gal.
magis laudet uenę sectionem, dolore etiam descē

dente

dente ob pharmaci periculum, attamen ex eius sententia ea de causa venæ sectio minus iuuat qua quidē ratione dixerim ego, ꝙ solū de rectitudine habitus dolore ascēdēte loquutus est. D
4 meth. 6. ces, Gal. 3. habet, ꝙ reuulsio ad opposita facienda est, vt à dextro ad sinistrū, & ab ante retro,
5. eiusdē 3. lib. de anti pa. & à sursum deorsum, & ab intus extra, & è contra: deriuatio aūt per partē vel ad partē proximam, à parte verò lęsa, vel proxima nō est euacuandū, nisi totū prius inanitum fuerit, inquit Gal. 2. ad Glau. ergò ex eodem latere toto plene existēte corpore uena nō est incidēda. Respōdeo huic obiectioni, ꝙ nomina phlobotomiā esse ve diuersiuā, vel deriuatiuā non efficiunt, sed satis sit, ꝙ sit debita distātia: clarū autem est, ꝙ maior est distantia à latere lęso ad basilicā eiusdem lateris, q̄ sit vena frontis ad partem capitis posteriorem, quam tamen reuulsiuā esse fatetur, quę
5. Aph. 68 tamē adhuc euacuat, licet. n. dicamus venā eiusdē lateris secare, est tamē oppositio à dextra ad sinistrū, uel è cōtrà, licet oppositio ea cōposita nō sit Dices, Gal. 13. meth. inquit, ꝙ incipiēte phlegmone oportet humorē fluente ad maxime lōginqua reuellere, sed vena cubiti lateris eiusdē non est maxime lōginqua, ergo nō ea secanda uenit: & ita videtur, ꝙ saphena potius eiusdem lateris secari debeat. Respōdeo, ꝙ noluit Gal. venā absolute secandā esse ad maxime lōginqua, sed serua

a directione, & vbi talis fiat euacuatio, qualis
ı ea ægritudine fieri decet: Vnde cum in pleu-
tide non solum oporteat reuellere, sed & eua-
ıare ex partibus læsæ parti circunstantibus;
leo lateris eiusdem sectio ad quam maxime lon
inqua reuellit, vt huic conuenit morbo, vbi au
em reuellēdum duntaxat foret, vt fit, cum quis
st assuetus pati ægritudine in aliqua determina
a parte, vtpote in partibus superioribus: verū
rofectò est, quòd saphenam secamus, vt voluit
Gal. libello de sect. venæ, & in 2. de nat. hum. cū
lixisset Hippoc. Quamobrem has mittendi san-
guinis rationes seruare aptißimum est, vt cultel
us quàm longißime à loco, vbi dolor, & sanguis
olligi didicit, adigatur, quia tali modo haud ma
gna repentè mutatio fieret, & consuetudo remo
ueretur eò amplius coeundi, Galen. in com. ait,
hanc sententiam esse intelligendam de sanis pati
olitis, in quibus vena secanda est longißimè di
stans a parte lædi consueta, vt natura discat
transmittere ad partem remotam, atque op-
positam humorem, quem prius erat assueta
mittere ad partem debilem, atque ægritudi-
ni subiectam. Dices, adhuc videtur Galen. li-
bello de sect. ven. velle, quòd in solitis pati, sed
nundum patientibus fiat euacuatio à parte de-
terminata, vt in his, qui iam pati incipiunt:
ergo qui pati inchoant à longißima parte phlo-

botomari debent. Huic satisfaciendum est, quòd intelligitur duntaxat quantum ad partem determinatam, siquidem in aliis à quocunq; parte, vt ibi, fieri potest.

APHORISMVS XIII.

SEnes facillimè ieiunium ferũt, secundo loco qui ætatem consistentem habent, minus adolescentes, omnium minimè pueri, præsertim qui inter ipsos sunt viuidiores.



VONIAM superius edocuit victus rationem à tribus intentionibus esse sumendam, quarum est una uis ægrotantis, altera autem status morbi, & tertia morborum accessio: & quoniã inter indicantia uirtutem posse ferre inediam est ægrotantis ætas, ideo in hoc Aphorismo docet Hippo. quomodo ætates ad ferendam inediam se habeant: Circa cuius Aphorismi explanationẽ est adnotanda ętatum diuisio, de qua Gal. in lib. de salu. diet. ubi ætates in quatuor diuidit, in pue- contex. 7.
ritiã, iuuentutem: consistentem vel inclinationis, & senectutem: inter pueros deinde & adultos ætatem adolescentium, siue ephcborum collocat,

quas

quæs quidem ætates ſolet Gal. annorum numero ſæpius circumſcribere, licet dicat 6. de tuend. ſanit. quòd ætates numero annorũ definiendæ non ſunt: Gal. in com. declarans, quid per ætatẽ conſiſtentem Hippo. intendat, inquit eam eſſe mediam inter iuuenes & ſenes, itaque ab ætate vigente recedunt, nundum tamen ſenſum ſenectæ manifeſtum habent, atque hæc à 35. ad 49. perdurat, de qua Gal. loquitur, inquiens, quæ verò iuuenibus ætas continuatur ad duas ſequentes ſeptimanas extenditur, in qua ſanè ætate omnia vitæ munia ęque atque illi, qui in viginti ætate conſiſtunt, conantur peragere, non temen ad labores ſufficiunt, nam ex aduſtionibus, & algoribus, & humi cubatu, vigilijs, atque repletione plus, quàm illi offenduntur. Dicit igitur Hippo. in contextu [ſenes facillimè ieiunium ferunt, ſecundo loco qui ætatem conſiſtentẽ habent.] Gal. in com. dicit facilitatem, uel difficultatem tolerãtiæ ieiunij in duobus conſiſtere, primum quidem in non appetendo, qui enim tardius fameſcunt, facilius tolerant: ſecundò verò in nihil mali ſubſtinendo ex appetitu, fameve: alij addunt & tertiam conditionem nempè in facili releuatione ex nocumento ob ieiunium percepto, de quo ſanè Galen. nullam mentionem fecit, ſiquidem ſub ſecunda conditione introcludi poteſt, is enim facilius releuatur, qui minorem percipit læſionem: 3. Aph. 30

ſubdit Gal. quòd pueri magis appetunt, & longa inedia magis læduntur, ſenes autem è cõtra, mediæ verò ætates, quanto ſunt alteri ipſorum proximiores, tanto magis, aut minus appetunt, atque in longis inedijs magis aut minus lędantur: Vnde ſubdit Hippo. in Aphoriſmo [Minus adoleſcentes, omnium minime pueri.] Dicit littera Græca [Minus adoleſcentes, & inter hos minime pueri.] Et iuxta hanc litteram per adoleſcentes intelligit eos omnes, qui creſcunt, & propterea in ſequenti Aphoriſmo, in quo huius cauſam aſsignat, dicit. [Qui creſcunt plurimum habent, & quæ ſequuntur.] Qui Aphoriſmus, ut ait Gal. in com. huic adiungi poteſt, & proferri cum coniunctione enim. Oribaſius reddit cauſam dictorum, ſiquidem (dicit ipſe) ſeniores ſunt frigidi, & non exercitantur, ideo facillime ieiuniũ tolerant, quanto enim frigidiorem & craſsiorem habent humorem, tanto minor eis eſt appetitus, vt qui ex ipſo humore nutriantur: Vnde ſi amplius afferas illis, quàm poſsint coquere, ex ipſo, vt lucerna, extinguuntur, quæ ſolet oleo ſuppetente clarum lumẽ efficere, at ſi plus olei immittas, quàm conuenit, cõtinuò claritas luminis extinguitur, pueri verò minus ferũt, etenim natura ſunt calidi, & multo vtuntur exercitio, & cum exercitio incaleſcunt, calor calori ſuperadditur, quicquid ergò acceperint, facilius conſumunt,

inſan-

infantes autem omnium minime, etenim humidi sunt, suoq; arbitratu exercẽtur, dehinc quoniam ad cæteras ętates festinant, & nisi adiectis cibis crescere nequeunt. Dices inter ętatem consisten tem, & adolescentiæ est altera media ætas, & or dine, & facilitatis, & difficultatis, & hęc est ætas vigoris, seu iuuentutis, in qua nec ita facile, vt in senectute, & consistentia, neq; ita difficul ter, vt in adolescentia, & pueritia inediã ferunt, de qua tamen nihil meminit Hipp. Huic oppositioni Gal. in com. satisfacit dicens, ꝙ Hippoc. de ea non meminit, propterea quòd ex his, inter quas est sita, potest intelligi. Deinceps Hippoc. subdit scribens. [Præsertim qui inter ipsos sunt uiuidiores.] Gal. in com. inquit, ex hoc manife stauit differentias naturarum, etenim pueri, quòd plurimum habent calidi innati ad assumen dum cibum promptiores sunt, eumq; magis concoquere valent, si non assumpserint, plus offenduntur. Oribasius ita legit, eorumq; ipsorum, qui animo sunt propensiores hoc est ad epulas, vel qui multũ esuriunt, vel petunt, in istis verò mul tus feruor cõprehẽditur, qui eos exacuit, & cor pora desiccat, famemq; facit, & multi cibi appe titũ; merito igitur plus ipsi, quàm alij ieiunio ve xantur. Dices, non uidętur Aphorismus ex toto verus, quia ultimi senes non facillimè ferunt inediam, sunt enim vt lucerna extinctioni pa-

rata, quæ cõtinuam olei suffectionem exigit, ita his oportet vniuersam cibi multitudinem in multas portiones diuisam porrigere, neque una illis longa inedia est iniungenda. Respondet Gal. in com. quòd vel Aphorismus ad perfectionem indiget parua quadam additione hoc modo pronunciando, senes facillime ieiunium ferunt præter eos, qui ad extremam senectutem peruenerunt, qui longas inedias non sustinent: Vel verbum ieiunium in paucos cibos trasponendũ, vt dicatur, senes ciborum tolerant paucitatem, secundo loco &c. qui enim ad extremam senectutem deuenerunt, etsi longam inediam ferre non poßint, paucis tamen cibis indigent: Vnde Galen. 5. de tuend. sanit. inquit, senes oportet ter in die cibum desumere, ponitq; Antiochi medici exemplum, qui circiter tertiam, vel quartam diei horam panem sumebat cum attico melle, hora 6. fricabatur, & exercebatur exercitijs senis cõuenientibus, et lotus prandebat mediocriter primò aluum deijcientia, postea pisces saxatiles ingerẽs: in cœna verò piscibus omißis aliquid boni succi assumebat, aut far cum mulsa, aut auem ex iure simplici: ibidem quoque ponit exemplum Thelephi Grammatici, qui & ipse ter in die comedebat, sed forte, quia non vtebatur victus ratione ita recta, vt Antiochus medicus, cum grammaticus esset, ideo Paul. Aegine. omisso Thelepho

Lib. 1. cap. 23.

epho Antiochi victus rationem descripsit, idē Aetius, idem & Aui. cap. de nutriendis senibus, Lib. 4. 31. 3. 1. doct. 3 cap. 2.
vbi etiā dicit, ꝙ si sunt fortes, in cœna sua augumentum paruum efficiant. Cæterum quòd cœna maior prandio esse debeat, ostendit Gal. tribus Cap. 6.
rationibus 7. meth. & 6. de tuend. sanit. quo etiā loco se copiosius cœnasse, idq; sibi profuisse profitetur, ostendens quæcunque accidant incommoda ijs qui cibo repleti, vt & nostris temporibus fit, nimium se exercent. Dubitaret autem quis, nùm senes facilius ferant inediam, si quidē Aphoristicæ sententiæ oppositum videtur ex Gal. dicente, quòd paucum sanguinem habentes inediam ferre nō possunt, senes pauco sanguine participes sunt respectu aliarum ætatum, ergò inediam non sustinebunt. Pro responsione adnotandū est, quod declarat Gal. ꝙ partes inanitæ à venis attrahunt, uenæ ab hepate, hepar à vētriculo, qui inanitionem percipiens appetit: item est adnotandum multa esse nocumenta, quæ ex inedię tolerantia consequuntur, imprimis tristitia ex fame: secundo resolutio humidi membrorum, humorum, & spirituum inflammatio, & ex consequenti eorum resolutio: tertio attractio malorum humorum ad ventriculum: item est adnotandum, quod superius est declaratum, quòd scilicet difficultas ferendi inediam penes duo attenditur, iuxta Gal. sententiam, quibus qui-

dem alij addunt & tertium. His itaque supposi-
tis respondendum est, quòd ratione difficultati
incidendi in famem naturalem primi senes cęte-
ris paribus facillimè inediam ferunt compara-
tione ad cæteras ætates, tum quia membra eori
sunt duriora, tū quia calor debilior est, ob quo
membra tardius resoluuntur, atque inde attra-
ctio tandem à stomaco tardior efficitur, qui etiā
tardius percipit suctionem factam, propterea q
eius sensus est hebes. Dices, humiditas mino
calori agenti minus resistit, sed humiditas senis
minor est, ergo minus resistit, quare & reso-
lutio maior est, & ob id maior etiam appetitus.
Dicendum est, quod licet humiditas aliquanti-
sper caloris actionem obtundat, frigiditas ta-
men præcipuè ei resistit: resoluit autem calor,
quoniam calefaciendo subtiliat, & subtiliatum
conuersum in uapores exhalat: Vnde dura &
sicciora minus resoluuntur, quoniam non ita fa-
cile subtiliata exhalant, & eisdē rationibus de-
crepiti facilius inediam ferre deberent, sed non
ferunt, propterea ꝙ una uice nō tantū cibi desu-
mere possunt, ut primi senes, alioquin eorū calor
suffocaretur, qui debilis est, quare ne deficiat, pa
rum & sæpe exhibendum est: item senes etiā fa
cilius inediam ferunt, quoniam nocumenta ex
inediæ tolerantia minora sunt in senibus, utpote
tristis sensatio, cōsumptio humidi naturalis, spiri

tuum

ium resolutio, & mēbrorū, ac humorū inflāmatio, & licet in decrepitis nocumenta absolute minora sint, quàm in primis senibus, iuuenibus, atq; alijs, attamē ipsis sunt maiora, qui propter virtutem extinctioni paratam notabilē cibi quātitatē sumere nequeunt, ita vt cibi quantitas primorum senum notabilius excedat quantitatem cibi decrepitorum, q̃ quantitas cibi iuuenum primorum senum cibi quātitatem. Si ēt ponatur tertium, facilitas. s. releuationis dicendum est, ꝙ licet ab æquali nocumēto senex difficilius releuetur, quàm iuuenis, & alij, qui alias habent ætates, quoniam in iuuene, & puero nutritiua virtus, quæ nocumenta corrigit, validior est, quàm in sene, attamen quia ex æquali tolerantia inædiæ minus læditur senex, ob id etiam is facilius releuatur, quàm iuuenis, & insuper tristitia, & inflammatio, & alia nocumenta maiora sunt in iuuene, & puero, quàm in sene: adde quòd in sene restauratio minor est resolutione, in iuuene autē æqualis, in puero uerò maior, & ob id in sene citius fit restauratio, quàm in iuuene: Est autem adnotandum, quòd hoc intelligitur de restauratione in partibus solidis, siquidem Gal. ait quantitas solidarum partium semper manet, sed his, qui adhuc augentur, numero duntaxat, qui verò absoluti iam sunt ēt magnitudine, carnosæ uerò substantiæ magnitudo variatur etiam, si

11. Meth. cap. 1.

prete-

præterea non augeatur animal: Ad rationem verò in contrarium dico, q̄ data paritate in ætatibus, & cæteris habentes paucum sanguinem minus inediam ferunt. In altera autem quæstione dum pueri ad iuuenes comparātur dicendum censeo, q̄ habita ratione magnitudinis corporis in puero maior fit resolutio, atque restauratio, q̄ in iuuene, & pueri ex inedia maiora percipiunt nocumēta, & citius famescunt naturali fame, q̄ iuuenes: At in tertio quæsito dum senes ad decrepitos comparantur, præmittitur imprimis, q̄ multitudo caloris iuuat, & paucitas indicat de exhibitione cibi, tùm ne multus contabescat, tū ne paucus extinguatur, secundo supponitur, tantum cibi esse dandum, ut immutari poßit, ideò multo calori multus, pauco paucus cibus est porrigendus; His suppositis respondeo modò, quòd licet decrepiti minus resoluantur, & ob id tardius famescerent, attamen quia calorem paucum habent extinctioni paratum, tantum cibi, vt senes immutare non poßunt, q̄ licet iuuenibus sint frigidiores, nō tamen calorem naturalem ita diminutum poßidēt, vt notabilem ciborum quantitatem immutare nequeant: item cum nocumenta quantumcunq; parua in decrepitis ducant ad caloris pauci decrepitorum extinctionem, ex consequenti difficilius etiam nocumenta sustinent, quæ licet par-

ua

asint in se, & minora his senum, veruntamen i decrepitis maiora sunt, vt dictum est, & ob de iluatem virium, & caloris decrepiti ex nocumento difficilius releuantur. Hæc de tẽperaturis sat dicta sint. est aũt dubiũ quoq; de ętatibus ũn idẽ de ipsis dicendũ sit, quod sanè ita esse videtur, nam ętates ratione diuersarum temperaturarum distinguuntur, atq; ita complexio humida difficilius inediam sustinet, item Galen. in hoc com. ait, ꝙ Hip. in Aphorismo subiungit, prę sertim qui inter ipsos sunt viuidiores, vt naturarum diuersitatem cõnotaret: item Gal. 1. de uict. acut. enumerans, quæ ad facilem inediæ tolerantiam efficiunt, dicit, sit habitus corporis natura siccus, quæ uerò ad difficilem tollerantiam faciunt, sit alter (ait) humidus, & mollis. Cõtrarium tamen colligitur ex eodem 2. de uict. acut. ubi habet, picrocholos difficilius inediam ferre, quàm pituitosos parte superiori, præterea dicit, nam cum hæ humidiores naturæ sint, magis ferunt, quàm illæ famem, sitimque: itaque minus læduntur hæ, si quando fame per diatritarios crucientur: & subdit, opportunissima ad febres est calida, & sicca, ac nisi quis hanc, ut dictum est, cibet, occißime in ea mutatur diaria febris in acutam: ad hæc dicit Hippoc. [humidis famem adhibere conuenit] & Galèn. inquit, habentes amplas uenas sunt natura calidi, ba-

Com. 44.

Com. 29. & 30. 8. meth. 7. & 8. cap. 2

7. Aph. 58 2. de tépe. 4.

lidi, habentes autem strictas natura frigidi, qu re ut plurimum venæ strictæ sunt cum pingueɗi ne, latę verò cum corporis macie, pinguedo ve rò cum venis latis non est naturalis, sed ex con suetudine, pariter & macies cum strictis : tunc que non est dijudicandum ex totius corporis fo ma, sed ex ieiunio, num ex natura venas la tas obtineat : habentes nanque venas stricta non facilè inediam ferunt, quæ verò latas ha- bent, facillimè. Et hac auctoritate Conci. su- stinuit, quòd melancholici venas strictas possi- dentes, difficilius inediam ferunt, quàm san- guinei : item ex Galen. colligitur, ætates per temperamentorũ qualitates diuidi non posse, ete nim hunc in modum scripsit, atque si ætate spectes, frigidum simul & humidum corpus ha- udquaquam deprehendes. Thad. Flo. & Tho. de Garb. vbi quærit an complexio naturalis, & ætatiua idem sint, volunt, quòd non eodem mo- do de naturali, & ætatiua complexione dicen- dum sit, cum humida ætatiua difficilius, natu- ralis verò humida facilius inediam ferat, cu- ius ratio est. nam distemperatę complexiones reductæ versus temperamentum perficiuntur, quod cõtingit complexioni humidæ cùm fert in- ediam, non sic autem est de ætatiua, nam in na- turali complexione humiditas est superflua, in ætatiua haudquaquam: Quare si puer sit tempe

ratus

Diff. 117.

6. De acu. & mor. 3.

1. suæ sum mæ trac. 1

itus, atque exiccetur, extra humiditatem sibi
nuenientem trahitur, atque læditur. Verum
al. ait corpus puerorum esse humidius, quàm Lib. de sa-
lubris habitus exigit, sed non exiccandum est lub. diet. 7
uò crescere poßit, ob id nãq; ea humiditate su
erflua indiget, licet sanitatis ratione corpus
uerorum esset exiccandum, qua de re pueri sic
iores rarius ægrotare solent. Melius itaque di-
endum videtur, q consider ata inediæ toleran-
a, ratione resolutionis & attractionis mẽbro-
ũ adinuicem nulla alia concurrente causa idem
e complexionibus, & ętatibus dicendum est,
ed aliter esse potest ob aliquam accidentalem
ausam, ut in colericis, in quibus cum sensus o-
is ventriculi validus est, & bilis mittitur ad
s, non fertur inedia. Quare Galen. sensum o- 1. de uict.
is ventriculi enumerat inter ea, quę ad faci- acut. 44
em inedię tolerantiam efficiunt: Difficultas
rgò, uel facilitas ferendi inediam non solum
x proportione calidi supra frigidum est assu-
nenda, vt sensit Vgo, sed & ex proportione
umidi supra siccum, & tunc calida, & humida
ifficilius ferunt: potest etiam dici, quòd co-
erici semper minus ferunt inediam, non ratio-
e maioris resolutionis, sed ob nocumenta, siqui-
lem humores fiunt acriores, spiritus inflamman
ur, & resoluuntur propter oris ventriculi no-
umentum: item abundantia alimenti interni,
uel

Cap.4. uel defectus eiusdem causa esse potest, quod quis fa
cilius, vel difficilius inediam ferat, ut 2. de tēp
colligitur. Ex dictis autem responsio ad obiect.
3. de pot. in cōtrarium manifesta est, uideturque ex his,
nat. 13. cibus ante famem non sit exhibēdus, quod iden
3.1.doc.1. colligi uidetur ex Gale. & ex Aui. dicente, opo
cap.7. tet præterea ne quis comedat, nisi post desideri
&c. & hoc intelligendum est in corpore natura
liter dispositio, utente recta uictus ratione, sed i
præter naturam dispositis, uel non utentibus re
cta uictus ratione, in sex rebus non naturalibu
cibus dari potest, & debet, tametsi non appetāt
ut in Bulismo, & ægrotantibus febre pestilenti
quemadmodum in ea constitutione, de qua 3. E-
Sect.3.59. pid. & Aui. qui quidem ægri cogendi sunt, ut
dictum est, item Aui. inquit, & quandoque est a
1.4. tract. petitus prostractus, ut quando incipit homo co-
4.ca. 4. medere excitatur, & causa in hoc est, aut quia
13 3. trac. cibus excitat uirtutem attractiuam, aut quia
2. cap.7. qualitas in ipso inuenta actu alterat complexio
nem destruentem appetitum, ut cibus frigidus
calidam complexionem.

APHORISMVS XIIII.



Vi crescunt plurimum habent
calidi innati, plurimo igitur e-
gent alimēto, alioquin corpus
absumitur,

absumitur: senibus verò parum calidi innati inest, paucis propterea somnibus egent, quia multis extinguũtur: Hanc etiam ob causam febres senibus non similiter acutæ fiunt, frigidũ enim eorum corpus.



Ippo. præsenti hoc Aphorismo (vti diximus) præcedentis Aphorismi causam subdit: ponit autem ipse duo antecedentia, ex quibus deinde infertur consequentia: primum autem antecedens talis est. [Qui crescunt plurimum habent calidi innati.] Deinde ex hoc antecedẽte infert consequens [plurimo igitur egent alimento] deinde probat consequentiam his verbis [alioquin corpus absumitur] Gal. in comm. declarans primum antecedens ait, quòd scripsit 2. de temp. 2. plenius quosdam Medicos voluisse iuuenes, quosdã verò pueros esse calidiores, quarum opinionum causa fuit, quoniam iuuenes calorem habent acutiorem, pueri uerò abundantiorem: Verum inquit, hic etiam oportet dicere conijcientes sermones in pauca, quoad fieri potest. declaratque calidum dupliciter sumi, uno quidem modo pro qualitate, cuius pro-

prium

prium nomen est caliditas, altero verò pro corpore calido, quod tamen calidum à caliditate dicitur, qui quidem loquendi modus multum est in vsu, vt Theophrastus ostendit lib. quodam de calido, & frigido: eãdem planè distinctionem posuit. Gal. 1. de temp. vbi caliditatem soli quali-
Cap.. 7 tati cõuenire demõstrat, calidum ãt & qualitati & corpori, vt & album: Vnde dicimus ẽt albedo est color albus, & corpus album, subdit autẽ ꝙ cum de substantia corporea loquimur suscipiẽte contrarias qualitates dicimus multũ vel paucum esse calidum dupliciter ad quantitatem substantiæ referentes, vno quidem in substantijs impermixtis, vt si aqua calida æqualiter in vasis duplicibus inæqualibus contineretur, diceremus alterum habere plus calidi maius scilicet vas, alterum verò minus: altero verò modo in substantijs mixtis, vt si sint vasa æqualia plena ex vino & aqua, sed mixtura inæquali, diceremus vtiq; alterum plus vini continere, alterum verò plus aquæ, vt si in altero duę sint aquæ partes, in altero verò totidẽ vini, atq; vna dũtaxat aquæ: Huic sanè modo ꝑsimilis esset, si duo labra, vel vasa essent inæqualia, atq; tẽperarẽtur (dicit Leonicenus) æqua ꝓportione, sed legi dẽt eadẽ proportione: subdit, ꝙ aliquãdo cũ dicimus alicui inesse plus, minusuè calidi referentes non ad multitudinẽ substantiæ, sed ad solã qualitatẽ
ut

ut si duo essent uasa pari magnitudine, alterum calidius, alterum frigidius, primum quidem diceremus plus calidi continere, non propriè eo uerbo plus utentes: melius nanque foret dicere magis, minusvè, aut uehementius, debiliusuè, & similia uocabula, quæ magis qualitatibus cõpetunt: multum enim et paucum soli proprie qualitati conuenit; at (dicit Gal.) hæ nominum abusiones in arte medica potißimum fiunt: dicimus nanque morbos magnos, aut paruos, vtpote febrem, atque apoplexiam, licet substantiæ non sint; qua de re æquiuocationes sunt perpendendæ, vt sciamus quid sibi velit dicentes, dictio, nam, si in alio acceperimus significato, quàm ille protulerit, & sermonem redarguamus, nõ eũ qui protulit, redarguimus, sed nostrã potius existimationem: quod sane fuit in causa, vt nõnulli falsò Hip. reprehẽderint, inter quos Lycus est, qui calidũ transferens ad qualitatẽ, Hip. calumniatur iuuenes esse calidiores rationibus cõprobans: Verũ non aduertunt Hipp. de substãtia calida loquutum fuisse, vt et declarat Galen. 5. de simpl. med. inquiens ꝙ spiritus halituosus, & calidus copiosißimus existens in pueris oẽs actiones naturales adauget, subditq́; ꝙ nihil prohibet sãguineã substãtiã, ut aeream unà cũ spiritu calidũ audire innatũ, & quod spiritus halituosus, vt ex q̃ site innatus spiritus efficiatur, leuicula indiget Cap. 8.

mutatione, quod idem fermè confirmat primo de
Cap. 7. temp. Vt autem differētiam substantiæ calidi in
nati, & acquisititij ostēdat Gal. inquit, quòd sub
stantia innati est aerea, & aquea, ut constat ex
semine, in quo parum terrei conspicitur: similiter
alterum principium est humidum sanguis scilicet
mēstruus, et ita à principio generationis animal
est humidum, quanto autem magis augetur,
terrestrius efficitur, & licet sit calidū, & igneū,
paucam habet calidi innati substātiam, alioquin
febrientes plurimum calidi innati obtinerent,
quod utiq; falsum est cū substantia innati bene tē
perata sit, aduentitij uerò ignea, & uapores ad-
uentitij fuliginosi, aridi, & acres, quoniam cum
siccitate iuncti sunt, caloris uerò innati uapores
suaues, & bene tēperati, quod sanè tactu discer
ni potest, si quis tangat sanos, & febrientes, at-
que eos potissimum, qui hectica febre, aut ex pu
Cap. 6. tredine correpti sunt, quòd idem 3. de caus. pul.
confirmat: His ita stantibus dicit modo Gal. ꝙ sa
lubris qualitas huiusce caloris in pueris est ex-
quisita, qui uerò sunt in uigore, calorem morda-
cem habent, non uaporosum, neque aereum: opor
tet nanque defluxum esse subiectæ substantiæ si-
milem, quare in pueris, atque iuuenibus talis e-
rit substantia, qualis est defluxus: constat autem
defluxum esse similem substantiæ ex uaporibus
ex aqua dulci calida, et ex corpore solido adusto:
plurimum

plurimum igitur habent pueri ſubſtantiæ ſuauis caloris reſpectu corporis mollis, at iuuenes econ uerſo. Quod planè oſtenditur translato ſermone ad quatuor elementa, ex quibus pueri multũ ha bent aeris, et aquæ, parum uerò terræ: iuuenes uero è cõtra plus terræ, & minus aeris, et aquę: his autem ſi ignem quartum elementum pari por tione ponas ita, ut corpora æqualiter ſint calida, non tamen ſimilem ſubſtantiam calidam obtine- bunt, uti declaratum eſt, etenim ſubſtantia pue rorum humida eſt, iuuenum uerò ſicca: Verũ ſub ſtãtia innati eſt humida, ergo in puero illius plus aderit, quòd uerò innati ſubſtãtia ſit humida; eò declaratur, quoniam nõſtra generatio conſtat ex humido, quare nuper nati plurimum habent inna ti, ſiquidem ſubſtãtia calida aquoſa plurima par ticipes ſunt, iuuenes autem, & conſiſtentes tan- to minus habent ſubſtantiæ innati, quantũ aquea & aerea deficit, ſuperabundat uero terreſtris: Declarato antecedente declarat deinceps Gal. conſequens, pro cuius declaratione præmittit, quod ex ſubſtantia aquoſa, & aerea humida plus defluit, quàm ex terreſtri etiamſi ambæ æquali- ter calidę ſint. ꝓinde de hoc, licet nemo dubitet, experimento tamen comprobari poteſt, ut oſten- dit Gal. in rebus humidis, & ſiccis ad ignem, ſo- lemvè ardentẽ expoſitis: Hoc declarato rationẽ hunc in modum dirigit, alimenti eſt neceſſariũ, ut

effluxum in corpore suppleat, sed ex humidioribus quales sunt pueri multo plus effluit, quàm ex corporibus iuuenum, declinantium, & senum, quæ sicca sunt, & terrea: igitur corpora puerorum pluri egent alimento. Probationem consequentiæ tangit Hippoc. cum ait [Alioquin corpus absumitur.] Gal. dicit, cum plurimum sit, quòd defluit, si quid defluit, paucum esset, necesse esset, substantiam corrumpi subiectam. Deinde Hipp. ponit secundū antecedēs scribens [senibus uerò parum calidi innati inest.] Gal. inquit, uerum est siue sermonem referas ad qualitatem, siue ad substantiam. Postea Hippo. ex eo antecedente duo infert consequentia, quorum primum est. [Paucis propterea fomitibus egēt] Gal. in comm. dicit, fomenta nominauit, alimenta consentaneè suo dogmati, & bonorum Philosophorum, qui ex elementis maxime ignem esse causam putarunt. Demum ponit Hippo. probationem consequentiæ scribens. [Quia à multis extinguitur.] Quod Gal. declarat flammæ exēplo, cuius oleum est alimentum, quod si totum unà superinfundatur, extinguitur potius, quàm nutriatur: similiter si paruæ scintillæ ignis lignorum multitudinem super acerues, scintilla prorsus extinguitur, pariter in senibus calidum paucum adest, cui fomentum sunt alimenta, à quibus multis simul si opprimatur, et quodāmodo stran-

guletur, extinguitur calor. Dehinc infert Hip. secundũ consequens dicens. [Hanc etiã ob causam febres senibus nõ similiter acutæ fiũt.] dicit Gal. febris fit ex cõuersione caloris innati ad igneam naturã, ꝙ idem est Auer. ubi inquit, calor extraneus à naturali ramificatus est, sed Gal. ait, uidetur ut uix poßit fieri in senibus tãta cõuersio caldi innati ad igneam naturã, quæ sit æqualis ei, quę iuuenibus accidit, quoniã cum calidũ multũ est, promptè in immensum attolli potest, cum uero paucum, nõ facile nisi maxima causa potest attolli in immẽsũ ob:.d dixit Hip. [Hãc etiã ob causam febres senibus nõ similiter acutæ fiunt.] cuius subintulit in cõtextu probationẽ scribẽs [Frigidum enim eorum corpus] subdit Gal. in comm. quòd si aliquando licet rarò senibus talis febris eueniat, qualis iuuenibus, hęc omnino ducit eos ad interitum, indicat enim quandã immensam magnitudinem causæ febrem efficientis. Postremo Gal. se excusat, & inquit in uno integro uolumine defendisse Hipp. aduersus ea, quæ à Lyco contra hunc Aphorismum perperam obÿciũtur: Et .n. Gal. in lib. aduersus Lycum, quod nihil erratũ ab Hip. in Aphorismo, Qui crescũt &c. declarat Lycum repræhendisse Hip. in duobus nẽpe, quod non recte addiderit innatum. & quod nõ recte dictum sit plurimũ caloris inesse illis, qui crescũt: De primo qdẽ deficit libri pars, in qua Lyci ratio 7. col. 2.

 nes

nes recenset, sed ex his, quæ Gal. contra Lycum colligitur, quòd Lycus reprehendebat Hippocra. frustrà innatum addidisse, quoniam calidum ut calidum non differt ab alio calido, quare illud nõ addendum est: sed inquit Gal. nõ aduertit Lycus quòd in suo sermone, uel concedit calidum differre à calido, uel utitur nugatione, siquidem cum dicit quatenus calidum aut per appositum orationi aliquid intelligitur, aut nihil connotat, si secundum id subtrahendum est, si primum ostendit calorem secundum notatum non differre à calore, sed secundum aliud differre, nam si nullatenus difert, id quatenus calidum addi non debuit: itẽ dicit Gal. tollerentur omnes artes, utpote Grãmatica si uox à uoce non differret, quod itidẽ de plãtis, animalibus, & huismodi dicendum foret. De secundo autẽ dicit Lycus, cum dicitur calor multus tripliciter intelligi potest, uno quidem modo secundum substantiam, secundo autem iuxta qualitatis intensionem, et tertio ob robur propriæ facultatis, sed cum de substantia loquimur, propriè dicimus calorem multũ, uel paucũ, cum uerò de qualitatis intensione, uel robore non proprie, de qualitate enim dicimus an calidior, uel minus calidus, de robore autem an uehementior, aut debilior: Quare in uno trium incurrit Hippocr. quòd scilicet aut falsum dicat, si substãtiam intelligat, cum corpus pueri paruum sit, iuuenis autem ma

gnum

gnum,& ita uoce rectè utatur, aut & falsum dicat,& prauè uoce utatur si de qualitate intelligat,cum pueri iuuenibus calidiores non sint:si dixeris in pueris meliores fieri naturales actiones, dicit Lycus, quoniam hoc ad robur attinet, ut autem coctiones fiant non est necesse,ut qualitas intensior,sed temperata sit,item adhuc prauè utitur uoce,aut uerum dicit,sed propriè loquitur,si de robore intelligat, uerum enim est in pueris actiones naturales esse meliores, quæ fiunt à calido sed non proprie plus dicitur,sed ualidius,potest nanque esse calor paucus,& ualidior, quoniam optimè tẽperatus. Quod attinet ad primũ, dicit Gal.se alibi aseruisse, quod cerebrum habens est maximum non absolute, sed habita proportione animalis cum animali, ita loquendo de corpore calido non plus in puero absolute, quàm in iuuene adesse, inuestigato nanque quale sit innatum in nostris corporibus, inueniemus plus esse in pueris, quàm in iuuenibus habita corporis cũ corpore proportione: porrò corpus ĩnatũ(ait Gal.) est ex quo homo habet principem generationem,semen scilicet,& menstruus sanguis: Vnde cum fœmina concipit,primum,quòd fit,non est animal,sed ex illis duobus constat, in genitura enim sex dierum Hippocratis aperte cognoscitur permanere in ea corpus innatum nam priusquam generetur aut os,aut uena,corpus illud in

natũ calidũ[?]et existit, primo fit ueluti caro mollis similis grummo sanguinis & in semine primo apparent ut uibices quædam, postea multa, & assidua transmutatione nonnulla fiunt lineamenta oßis, cartilaginis, ligamẽti, nerui arteriæ & uenæ, quo tẽpore adhuc innatus calor est corpus fœtus, uerũ quò magis ac magis crescit fœtus, eò minus fit calidum corpus innatum, quod est semen, & sanguis menstruus, & tunc uarietas quædam corporum aduentitiorum efficitur, semperque magis ac magis ossa & istiusmodi duriora fiunt, atque à natura innati recedunt, quòd si animal totum ex oßibus & neruis constare posset, ex toto calor innatus deperderetur, sed hoc fieri non potest, at ut aliquando maior est substantia calidi innati, quàm aduentitiorum, ita maior esse potest substantia oßis, & aliorum corporum aduentitiorum, quàm corporis innati, ut in senibus, quorum corpora minimum habent sanguineæ naturæ, & tota ferè ex solis ossibus, neruis, membranis, ligamentis, & huiusmodi constare uidentur, nam inter partes animalis sola caro est sanguinea, quam senes minimam obtinent, atque eam sanguine exiguo præditam ac duriorem. Nos ergo innatum corpus calidum magnitudine ita absolute metiri non oportet, sed potius comparatione facta cum corporibus aduentitijs perspecta eorum inter se pro

portione

portione, in infantibus nanque omnia maximè reperiũtur, ut in oßibus quoq; sanguis uideatur in senibus è cõtra omnia maximè exãguia uidetur, ut & caro ipsa exãguis conspiciatur: Unde ex dictis colligitur, quòd in his, qui crescũt plurimũ est innati calidi in senibus uerò minimè: similiter semẽ in senibus exiguũ, plurimum uero in his, qui crescũt præsertim ĩ nuperrime natis, qui parũ à semine, et sanguine distãt. cõstat igitur, ꝙ eorum quæ sunt mixta, proportio iudicat substantiã ex pluribus cõpositam, nõ moles corporis absolutè, sed corporis moles substantiã simplicẽ dijudicat: Quare in pueris calidi innati plurimum adest ad aliorũ videlicet proportionẽ, si modò de calidi innati substãtia loquamur, et quoniã plus adest de substantia, ex cõsequenti plus de qualitate innati calidi nõ qua calidũ, sed qua innatũ: itẽ et plus de facultate, ac robore, vt in tetrapharmaco ex cera, adipe, pice, et resina, si duplam picem quis iniecerit: Verum quidẽ est (ait Gal.) quòd propriè loquendo de qualitate plus, uel minus non dicitur, pariter & de operatione vt supra dictũ est, sed hic uocabulorum usus omnibus frequentißimè usurpatur, vt in superioribus de morbis diximus: His igitur de causis manifestũ est, quòd nihil habet Lycus aduersus Hippocratẽ. Cadit autem ex Galeni dictis dubium, nũm calor innatus sit iunctus cum humiditate, nam Aristot.

Com. 128. *in libello de ſpirat. & Auer. pri. Canti. inquiunt, quòd eſt igneus, quod idem etiam prius ſenſit Diuinus Plato, nõ ergo calidus, & humidus, ſed calidus, unà cum ſiccitate iunctus. Huic dubio ſatisfacit Galen. 8. de decret. Hippocra. et Plato. inquiens, quòd Plato melius dixiſſet in nobis eſſe caloris inſiti, non ignis fontem, ut fecit Hippoc. quoniam ſi ignis ſanguificationem efficeret, nutritionem, & alia iſtiuſmodi, hæc utique rectius in febrientibus fierent: Quare dicendum eſt intellexiſſe de igne naturali, non elementari, eſt autem naturalis hic ignis cum humiditate iunctus. Vnde Gal. in hoc com. ait, Hippoc. dixiſſe alimenta fomenta conſentaneè ſuo dogmati, atque aliorum Philoſophorum, qui ignem eſſe maximè uitæ cauſam in animalibus ex elementis conſtitutis exiſtimarunt, quod planè idem protulit Gal.*

Lib. 1. de tabe. 4. *Eſt & aliud dubium cum membra ſpermatica, fiant ex ſemine, calida & humida eſſe deberent, ſemen nanq; calidum eſt, atque humidum, uerum tamen ipſa frigida percipiuntur. Reſpondeo, quòd niſi calor cõtinuè exiccaret, ut Gal. primo de tuend. ſani. teſtatur inquiens, niſi additum eſſet multum de calido, ut illa membra ex ſubſtantia molli genita exiccaret (alioquin non fuiſſent apta pro ſuis edẽdis operationibus) eſſent utiq; calida & humida, ac mollia, remanent autem arida exiccata; & quoniam dum exiccantur unà cum*

humido calidũ quoq; exhalat, ut ex 4. Metheo. ab Arist. colligitur, ob id cum siccitate frigida quoque derelinquuntur, caro autem non ita exiccatur, quoniam per solam sanguinis coagulationem efficitur, ut testatur Gal. quare caro remanet calida, & humida. Verum restat unum aliud dubium an actiones naturales in pueris sint fortiores, an uero in iuuenibus. Concil. sustinet in iuuenibus eas actiones esse ualidiores ob unã Gal. authoritatẽ 6. de acc. & mor. dicẽtis, ꝙ iuuenes & pueri æquè concoquunt humida, sed iuuenes melius sicca: Attamen conrarium habemus ab eodem eodemmet loco, & 5. de simpl. med. ubi loquẽs de calore naturali subdit. Quippe cũ hic ĩ pueris copiosißimus oẽs actiones naturales adaugeat: item in libello ad Lycum, nihil ꝑerratũ, &c. idem sentit, nec non & 2. prog. Vrina aquosa in pueris prius signum quàm in iuuenibus, propterea quod cum in eis ualidior fiat concoctio, & celerior, urina deberet esse craßior; præterea 6. de tuẽd. sanit. circa principium naturales in pueris animales in iuuenibus sunt ualidiores. Verum (dicit Curtius) non rectè Conciliator Gal. authoritatem intelligit, qui prius dixerat, quod quia pueri sunt calidi & humidi, habent uim alteratiuam, & nutritiuam ualidiorem, quàm iuuenes, expulsiuam autem, & contentiuam debiliorem: Vnde cum dicit, quod deterius dura, mol-

1. de pot. nat 10.
3. eiusdem 15.
Differ. 26. cap. 3.
Cap. 8.
Cap. 35.

lia

lia uerò æque, ut iuuenes, conficiunt, uult, quòd iuuenes melius in uentriculo ratione contentiuę conficiant, quoniam diutius continent, non autē ob uirtutem ipsam alteratiuam. Ego uerò aliter respondeo, & dico, Quod Gal. non uult iuuenes æque conficere mollia, ut pueri, sed pueros æque humida conficere, ut iuuenes dura, quæ sunt eis proportionata, ut mollia pueris, uerum dura deterius conficiunt, quàm iuuenes, siquidem non sunt eis proportionata, uti iuuenibus: Hanc autem esse Gal. mētem ostendunt uerba sequentia, cum inquit, Puerorum enim calor ad uaporis naturam, iuuenum uerò ad siccitatem magis accedit: atque humidiora corpora humidioribus indigent alimentis, sicciora siccioribus: igitur si cōcoctio est alteratio alimenti ad propriam aliti qualitatem, consequens est humidiores, molliores q; cibos pueris esse magis peculiares, iuuenibus uerò aridiores &c. Qua itaque ratione probat Galen. iuuenes melius dura conficere q̃ pueri, eadē ratione comprobat pueros melius conficere mollia, quàm iuuenes, & ex consequenti ostendit Galen. uerbis illis, pueros mollia conficere, ut iuuenes dura, cum mollia pueris sint proportionata, ut dura iuuenibus, alioquin illis uerbis sequentia nō correspōnderent: Proinde ex hoc ꝓbari quis posset, uirtutem concoctricem in pueris ualidiorē esse, quàm in iuuenibus, cū enim cō
tentiua

tentiua ſit ualidior in iuuenibus, quàm in pueris, iuuenes diutius continent, & tamẽ pueri æque cibos ſibi proportionatos cõcoquunt, ut iuuenes eos, qui ſibi ſunt proportionati, illa autem uirtus ualidior eſt, quæ minori tempore ęque bene immutat obiectũ ſibi proportionatum, quàm quæ longiori tempore, obiectum pariter illi proportionatum conuertit.

APHORISMVS. XV.

VEntres hieme, & uere natura calidiſſimi ſunt, & ſomni lõgiſſimi. Quare per ea tempora alimenta copioſiora ſunt exhibenda, & enim tunc calor innatus plurimus eſt. Vnde & pluribus egent alimentis: in ditio ſunt ætates, & Athletæ.



VM tẽpora anni non parũ (ut ait Gal. in com.) conducant ad rationem uictus inſtituendam, ut & ętates, ideo Hippoc. intẽdit hoc Aphoriſmo potiſſimum oſtendere diuerſa anni tempora ad cibos cõficiẽdos diuerſimode ſe habere: Et quoniã calor naturalis quatuor modis augeri po

test, ętate, anni tempore, somno, et exercitio, uidetur Hippo. præsenti hoc Aphorismo de his omnibus meminisse innuens quod quocunque modo calor naturalis augeatur, copiosiora conueniũt alimenta. Vnde syllogisimus, uel demonstratio hunc in modum erigi posset, quandocunque uentres plurimum habent calidi innati, plurimo egent alimento, sed uentres hieme, & uere, & somno longißimo, & ætatibus crescentium, et moderato utentibus exercitio plurimum habent calidi innati, ergò plurimo egent alimento. Sed iuxta Gal. expositionem in comm. uidetur Hippocr. consequentiam ponere scribens, & primo antecedens his uerbis [Ventres hieme, & uere natura calidißimi sunt, & somni longißimi] per uentres Hippo. nominat omnes cauitates internas, in quibus fit coctio, aßignare nanque dicebat Gal. 3. de caus. puls. 9. causam, cur coctiones per somnum sint meliores, non tantum in uentriculo, sed & uenis & arterijs, & in omni denique animalis corpore, non est præsentis speculationis, non ergo solum uentriculus, sed & partes aliæ ab Hippo. illis uerbis intelliguntur: Et licet hieme, & uere respectu aliorum tẽporum uẽtres calidißimi sint, attamẽ comparando hiemem ad uer, in hieme uẽtres sunt calidiores, quàm uere: ob id Aphorismo 18. subdit Hippo. Ver secundum locum obtinere: Dices Gal. in introduc. puls. ait, ꝙ uere pul-
Cap. 9

sus

sus sunt maximi, & uehemẽtißimi, cuius rei cau- 3. de cau. pul. 6.
sam reddebat. siquidem medio uere uirtus est ua-
lidißima, ergo calor uere maior est, quàm hieme,
ut ibidem quoque expresse uoluit Gal. Respondẽt
nonnulli, ꝙ Gal. loquitur de temperatis, ꝙ uere ca-
lorẽ habent, & uirtutẽ ualidißimã, qui uerò sunt
distẽperati, tẽpore anni suæ tẽperaturæ opposito
melius se habent ex eiusdem placitis 3. Aphori.
Qua de re sententia illa non uniuersaliter uera
est, sed in temperatis duntaxat. Sed si quis diligẽ- Apho. 3
ter legat Gal. scripta manifeste coniiciet, ꝙ non
solum de tẽperatis, sed in uniuersum de omnibus
loquutus est, licet de temperatis uerba facere ui-
deatur: res enim non ita se habet, sed quoniã su-
perius dixerat, quòd quæ accidunt ex tempori-
bus in tres causas referuntur, nempe usum, facul-
tatem, & instrumenta, ex quorum mutatione pul-
sus commutantur, & quoniam medio uere tempe-
rie aeris corpora sunt sana, et calor temperatus
& instrumenta in summa mediocritate non madi-
da immodica humiditate, ut hieme, nec squalida
nimia siccitate, ut æstate, pulsus erunt maximi, et
uehementißimi corporibus bene contemperatis,
hoc est bene dispositis, uti dictum est, siquidem et
usus & uirtus, & instrumenta optime se habẽt,
& ita non de temperatis à sui ortu loquutus est,
sed ex moderantia & temperie aeris constitutis.
Dicendum ergo, meo quidem iudicio, & rectius,

quod dixit ualidißimam tunc esse uirtutem, scilicet uitalem, quæ pulsus efficit, hic uero de naturali loquimur, quę cibos concoquit; has autem diuersas esse manifestum est. Vel dicatur, quòd licet uirtus sit ualidißima, & ob id pulsus magnos efficiat, atque ualidos, non tamen ita valida est ad cibos conficiendos, siquidem frigiditas aeris non adest, qua retrocedens calor petit loca, in quibus fiunt coctiones, sed uere calor per totum magis dispersus est. Galen. in comm. inquit, quod Arist. reddit causam, cur calor naturalis hieme augeatur, hancq; intueri possumus 8. Phys. & primo Metheor. & primo Proble. frigus nãque per accidens calefacit per antiparistesim, siquidem calidum retrocedere facit, vnde interiora efficiuntur calidiora, vt habet Galen. 2. de temp. vlt. & 3. eiusdem 5. & 5. Apho. 21. nec non & Auer. 2. Cant. 21. Cæterum animaduertendum est, quod calor naturalis ex quatuor qualitatibus componitur, duplicemq; motum obtinet, vt inquit Gal. libello de rigore. unum ad superiora ratione leuitatis caloris sursum inclinãtis, vt à corporibus separetur: alterum uero deorsum, & ad interiora ratione frigiditatis cohibẽtis, ac eius motum retardantis, diminuentisq; caloris, eiusq; motus fortitudinem: et huiusmodi caloris retẽtio quocũq; tempore adest atq; æstate

Cõtex. 3. Contex. 23. 23. probl. 3. de tẽp. ult. 3. eiusdẽ 5. 5. Apho. 21. 2. cãt. & 21. Cap. 6.

e ipsa, verum eo tempore minor est, nam ex Galen. sententia in commen. ad sibi affinem atrahitur, atque hac de causa eius substania dissoluitur, ac dißipatur, hieme verò retractio illa maior est, si quidem ab aeris continentis frigiditate calorem retrocedere cogente iuuatur, quo fit, vt calor ad interiora colligatur: idem quoque sentit Auer. 4. Metheo. dicens, quòd frigiditas calorem contemperat, & eum conseruat prohibendo eius exhalationem. & Galen. ait, Hieme ventres calidißimi sunt non absolute, sed calore natiuo, æstate vero aduentitio, & squalido, pauco autem natiuo abundant. Subdit Hippocra. in contextu [Et somni longißimi] Galen. in commen. inquit, quòd aliud addidit in hieme contingens, nempè quòd somni sunt longißimi, ob noctium longitudinem. Dices, cum hieme plurimus sit calor, somni breuißimi esse deberent, non autem lõgißimi, nam Auer. 2. collig. pen. dicebat, somnus fit ob retractionem caloris ad cor, retrahitur at ob quantitatis diminutionem, sicut dilatatur in partibus extremis ob quantitatis augumẽtum. Item Alexan. primo quest. nat. scripsit, Hieme nec faciles somni, nec diuturni: æstate verò è contra, quandoquidem calidum circa pectus minus est, idcò ab exhalatione à capite ad pectus delata facilius conuincitur, quàm ob pauci

3. de cauf. pul. 6.

queft. 20.

tatem haud facile attenuare potest, hieme autẽ circa pectus calor multus nec facile uincitur, & uictum cito concoquit, & uaporem occupantem attenuat. Respondendum est, quòd causa somni est, cum calor ad intima retrahitur, retractionis autem causę multiplices sunt, una quidem, quam recenset Auer. nempe diminutio quantitatis, & exiccatio, de qua & Gal. meminit, unde exercitati ad somnum sunt proniores, & grauius dormiunt: item cum spiritus sint de natura lucis, ut ex Galen. 7. de decret. colligitur, eum esse fulgidum, & ethereum proferente, & ob id in tenebris seipsum contrahere, altera est somni causa; prӕterea 4. de acci. & mor. ultim. alias recenset, humectationem, cerebri refrigerationem, & multitudinem vaporum vi spirituum, & virtutis sensitiuӕ, & motiuę oppillantium, & de qua etiam habet Aristo. libello de somno & vigilia. Cum itaque hieme noctes longißimӕ sint, & somni quoque longißimi erunt, tum quia spiritus fulgidus in tenebris retrahitur, tum quia longitudine noctium cerebrum infrigidatur, primo nanque de nat. hum. 36. ait Galen. Hippoc. probare hiemem humidam esse multitudine pluuiӕ, frigidã verò longitudine noctium: Quare hieme quoque cerebrum humectatur, atque hunc in modum tandem prohibetur exhalatio uaporum

2. col. pen. 3. de caus. pul. 10. 4. de acci. & mor. ulti.

Cap. 4.

rum: Qua de re manifestum est, ꝙ hieme plures somni causæ in vnum coeunt, quod quidem non ita accidit æstate, sed sola duntaxat resolutio. Ad Alexandrum autem, cum ait æstate ob paruitatem non posse coquere, & attenuare vapores, dico, ꝙ nihil est, nam si calor est paucus, vapor quoque paucus est, & tenuior: & si hieme calor est multus, vapor quoque multus, & crassus. Quare multitudo, & crassities vaporũ plus facit ad somnos lõgiores hieme ꝑducendos, q̃ æstate vaporum paucitas: & fortè ob id Alexander alterã tradidit responsionẽ, ꝙ fortè videtur æstate somnos esse lõgiores noctium breuitate, eo ꝙ ipsius diei aliquid occupemus. Deinde Hippo. ponit consequens dicens. [Quare per ea tempora alimenta copiosiora sunt exhibenda.] Dicit Gal. in com. Quoniam calor hieme in profundum secedit, coctiones quò ad ventriculum, & sanguificationes quò ad hepar, & nutritiones quò ad appositionem, vnionem, & assimilationẽ hieme sunt meliores. Sed dicet quis, ex Hipp. 3. Apho. hieme fiunt ægritudines ex pituita, non igitur bonæ fiunt coctiones, & sanguificationes ut inquit Gal. Quod & confirmat Aui. siquidem phlegma eò tempore superat: nec non & Hipp. dicens: Ineunte hieme bilis, quia refrigeratur, imminuitur, & pituita de integro augetur tum frequentibus pluuijs, tum etiam noctium longi-

2. 1. doct. cap. 6.
1. de nat. hum. 36.

Sect. 18. tudine:] Quod & ipsemet Gal. in com. asserit, &
Sec. 2. 22. primo. Epid. dicens, hiems seruans naturam, au
Aphor. 4 get phlegma, & bilis rarò hieme augetur: Qua-
par. 4. re verum non videtur, quod hieme calor sit multus
vti dictum est & coctiones bonæ, cum phlegma
augetur ex bonis nanque coctionibus sanguis
1. de nat. hu. 36. potius augeri deberet. Respondet Gal. inquiens:
Dicam, quod sentio, ventres hieme calidißimi
sunt natura, corporis verò partes è diuerso refri
gerantur, frigus. n. aeris in corpus se insinuat, quam
potest penitißimè, quibusdam etiam penetrat vs
que ad ventrem, aut vestium inopia, aut aliquo
exercitio, quò fit, vt cibi etiam quod sint bene con-
fecti in ventre, non tantum in hepate & venis
recte conficiantur: insuper ad id facit multitudo
ciborum, qui etiam pituitosi sunt: & ob id hoc lo
co dicit, calor plurimus, & coctiones, & sanguifi
cationes bonæ conspiciuntur, si hiems suam natu
ram seruarit, & corpus validum sit, atq; recto
regimine in cibo, & potu potißimum vtatur.
Nonnulli hanc reprehendunt respōsionem, quæ
videtur dicere, quod non ratione temporis, sed ci-
borum multiplicatur pituita, cum omnes au-
thoritates prædictæ oppositum sonent, atque
potißimum primo de nat. huma. 32: vbi probat
Hippocra. pituitam hieme increscere, nam cum
sit frigida, & humida, tempori maxime con-
uenit, quare ratione temporis multiplicatur,

non

non autem eo modo, quo dicit Gal. Verum hi non recte carpunt Galenum, qui non dicit pituitam non multiplicari ratione hiemis, sed ciborum, sed potius oppositum ostendit, cum dicat fieri pituitam, cum frigiditas hiemis refrigerare potest, coctionis autem bonæ est causa per accidens, vt calorem ad cibos retrocedere facit: Quòd verò prohibere non possimus, ne frigiditas hiemis ad intima penetret, habet hoc Galen. vbi ait, Hieme possumus alias partes corporis obtegere, anhelitum verò non possumus: Quare fiunt tusses, dolores laterum, lumborum, grauedines, raucedines, vertigines, apoplexiæ, dolores capitis, & partium neruosarum, siquidem refrigerantur: Adde, quòd prohibetur resolutio in morbis, quoniam frigiditate hiemis pori cutis constipantur, atque etiam eius humiditate, primo nanque Epid. dicit Galen semper aliquis in corpore nostro vapor emanat, sed in siccis statibus plurimus, in humidis verò paucissimus: Quare ob id augetur pituita, & hieme destillationes & alia istiusmodi eficiuntur. Respondendum ergò est, quòd hiems est causa per accidens bonæ coctionis, per se autem pituitæ, & multitudine pluuiarum, & longitudine noctium frigiditatem adaugente, suique temperatura,

3.Aph.23.

Sect. 1. comm.8.

quæ omnia tùm proprijs qualitatibus, tùm prohibendo resolutionem ad pituitę faciunt generationem. Cum itaque ad opera naturæ, idest virtutis vegetalis, quàm stoici naturam appellabant, ex Gal. primo de pot. nat. calor conferat ad interiora secedens, vt idem asserit, nec non & Arist. vbi inquit, sensum habentia tã maxime nutriri, quando secundum sensum non operantur, preterea Auer. vbi ait, q̄ in somno cibus melius conficitur, quia virtus concoctrix tũc duplici vtitur calore, proprio. s. & eo, qui antequã secederet ad interiora, virtutibus animalibus deseruiebat, pariter & Aui. dicens, & cum ob dictas causas hieme secedat calor ad interiora, & plurimus intus sit, ob id per ea tempora dicit Hippo. alimenta copiosiora sunt exhibenda: His accedit Hip. & Gal. in prĩcipio de vict. priu. ubi ait, Hieme plurimum esse, minimum bibere conducit, sed potioni uinum q̃ meracißimum, quo ẽt loco Gal. subdit, q̄ id plurimum non ad virtutem est referendum, sed ad alia anni tempora. q̄ si uoluerimus habere rationem quantitatis virium, & præsentis cõmodi, semper cibum, ac potũ mediocrem apponemus semper in memoriam habentes probè esse dictum prima Apho. Aestate, & Autumno &c. q̄ si scire volueris, cur hęc fiant, docuit & hoc Hippoc. Aphorismo illo Ventres hieme &c. idem quoque 6. Epid. ubi Galen. hunc

Cap. 1. 3. de caus. pul. 9. 4. de acci. & mor. 8. 1. de alim. cap. de tritico. Libello de som. & uig. 2. colig. penult. 1. cãt. 138 2. cãt. 40. 2. 1. doct. 2. su. 1. ca. 13. & doct. 3. su. 2. ca. 22. 3. 1. doct. 2. cap. 9. 1. cãt. 138 Apho. 18. Sec. 4. 13 Sec. 5. 27

citat Aphorismum subdens, plus hieme est exhibendum, quoniam interiora calida, exteriora frigida: Cæterum nonnulli Hippo. interpretantes dixerunt eum loqui de quantitate cibi unica uice exhibendi, nam (aiunt) in die naturali vel hebdomada plus dandũ est æstate, quoniam maior fit resolutio, sed pluribus vicibus dandus est cibus, atq; diuidendus. At contra hos est Gal. placitum infra com. 16. dicentis, Non bis Hippo. de eisdem disseruit. s. superius, & hic: illic. n. ostẽdit cibos plures sanis dari hieme oportere, quoniam plus inest caloris innati, quem nutrire oportet, nunc autem, ꝙ si semel etiam multum ciborum illis attuleris, haudquaquã nocebis, facile. n. omnes ferunt ciborum multitudinem hieme, difficulter verò æstate: item Hippo. in fine huius Aphorismi subdit, Inditio sunt ætates, & Athletæ, pueri nanque & Athletę non modo vnica vice, sed in die naturali plus edunt ob caloris multitudinem: quod idem ex hoc com. facilè declarari potest. Sed instaret quispiam, ꝙ Gal. primo de vict. acut. enumerans, quæ faciunt ad sibi subtractionem ait, is hieme ægrotet, recensens autem, quæ ad cibi exhibitionem efficiunt, inquit, is ægrotet æstate, ergò contra id, quod hoc loco dictum est, vtpote ꝙ quia calor hieme plurimus, ergò plus cibi dandum: item Aui. de cibat. feb. in genere dicit, & æstas quidem pp resolutionem

Com. 18.

Com. 44.

1.4. tract. 2. cap. 8.

suam indiget additione cibationis, & in hieme est res in contrario, quoniam ob paruitatem resolutionis eius non facit indigere multo. Respondeo ex Gal. quòd Hippo. hoc loco de sanis loquitur, in locis autem citatis Gal. & Aui. de ęgris loquuntur: dicit autem Gal. primo de vict. acut. nisi alimonia morbum offenderet, soli virtuti attendentes ægros, ut sanos aleremus; & ob id in sanis (ut idem asserit com. quarto huiusce particulæ) uires augere tentamus, quod victu fit pleniore, in ægris autem, si ægritudo sit acuta, parũ debilitatas conseruare, & si cronica tales, quales acceperimus à principio: Vnde data paritate ægritudinis, quanto virtus est validior, tanto magis subtrahendum est. Cum ergò æstate maior fit resolutio, & ob aerem, & à febre, & ex consequenti virtus magis debilitetur, ideò plus cibi administramus: hieme verò, quoniam resolutio minor fit, & virtus minus debilitatur, minus quoque exhibemus, vt inquit Aui. Deinde, quoniam ut dicit Galen. in com. Hippo. non absolutè profert, Ventres hieme, & vere calidißimos esse, sed natura subiunxit, ne quis putet id esse frustra adiectum seipsum exponens subdit: [Et enim tunc calor innatus plurimus est, vnde & pluribus egent alimentis.] Quasi dicat, intellige ventres esse calidißimos innata caliditate, de cuius substantia superiori Aphorismo satis

tis dictum est, dixitq; Galen. ipse in com. Huius consequentiæ probatio habetur in præcedenti Aphorismo, cum ait: [Alioquin corpus absumitur] & hæc potest esse maior syllogismi, de quo in superioribus dictum fuit. Deinde Hipp. subdit. [Inditio sunt ætates, & Athletę.] Dicit Gal. in com. Hoc probat, quòd plurimum alimentum necessariò sit exhibendum, vbi calidum superabundat. Vult itaque Hippo. (vt diximus) quòd quocunque modo calidum innatum augeatur, multum cibi porrigatur, quod idem Gal. interpretatur, ubi ait, q hoc Aphorismo memoriæ prodidit de ætatibus, temporibus, & exercitationibus. Duos autem ultimos modos declarat Gal. & inquit, pueri, quia plurimum habent calidi, & pluribus indigent, atque plura concoquere possunt: Athletæ uerò, quia exercitiis innatum calidum adaugent, ideò multis et indigent, & frui possunt: Quòd autem exercitatio calorem adaugeat, habet Gal. 2. de tuend. sanit. dico autem calorem ipsum innatum, & post medium subdit, quòd in nobis, balneis, aquis calidis sole, igne, calidis medicamentis calor accenditur aliunde ab extraneo, non proprio principio, exercitium autem ex corporibus ipsorum animalium insiti caloris excitat augumentum, oportet autem, quòd exercitium moderatum existat, superfluum nanque uires dissoluit, ut testatur Gal. &

6. Epid. sect. 4. 13.

à pricipio.

3.de cauſ. pul. 13. 6.collig. 2 & Auer. dicentes exercitium moderatum ſpiritum intrinſecum adauget, & ſuperfluitates nutrimenti membrorum diſſoluit, nec non & ſubſtātiam eorundem multiplicat, ab alijs autem calor accidentalis augetur: oportet quinetiam, quod corpora ſint ualida: 4.n. de ſimpl. med. refert Galen. Natura infirma ualidum motum non ſuſtinet. Cap. 14. Proinde quomodo exercitium augeat calorem, colligi poteſt tum ex Aui. tùm ex Gal. uidemus etenim flammam uehemēti motu extingui, item nimia quiete, ut cum ſuperponitur flammæ uentoſa non perforata, probibeturq́; motus eius ad ſuperiora, & uapores aggregantur, qui exhalare non permittuntur, hunc enim in modū præparatum pro noua flamma regeneranda conſumitur, & quia nulla adeſt præparata materia, flamma ipſa ex nutrimenti defectu extinguitur: pariter uidemus nimia quiete ignem extingui, & ex fumis craſsis ſuper carbones generari, ut tella quędam, quę niſi remoueatur, prohibet nouam flammam generari, per flabellationem igitur illa tella remouetur, atque hoc quidem modo ex illo motu flamma ipſa generatur: itidem exercitium reſpirationem auget, quando fumi, & huiuſmodi ſuperfluitates euacuantur, qua quidem aucta & calor augetur, quemadmodum gignitur flamma uaporibus craſsis per flabellationem ſemotis. Porro Gal. hunc Aphoriſmum,

1. cantic. 184. 2. de tuéd. ſan. Lib. de uſ. reſpi. 3. 4. de ſimpl. med. 14.

citat

citat infra comm. & lib. de uict. pri. & 6. epid. & 3. de cauſ. pul. & primo de nat. hum. Gal. in commen. limitans Aphoriſmi ſententiam dicit, quòd diligentius examinans Aphoriſmum non extendet ſermonem ad omnia animalia, ſed excipiet degentia in latibulis, quę plurimo non egent alimento, cùm diu ſine cibo perdurare poſsint, & ſi tantum cibi aſſumerent, quantum aſſumebant, priuſquam ſeſe reconderent, dubiò procul illud recte conficere non poſſent, nam hieme euenit animalibus, quod hominibus aqua frigida lotis, ut 5. Apho. ſcriptum habemus, qui quidem ſi debiles fuerint, refrigerantur, & offenduntur: ſin robuſti, calor colligẽs ſe primo ad interiora, deinde redičs exterius, ualidior quàm prius efficietur, ſic & animalia frigidiora ab hiemis frigore ſuperantur, ut ferè eorum calor extinguatur: Vnde plurima iacent in latibulis abſque ſenſu, & motu mortuis quàm ſimilia, quędam etiam omnino moriuntur, quę uerò plurimum habent ſanguinis atque caloris, hieme tale quid patiuntur quale corpora robuſta aqua frigida lota: De his autem in latibulis degentibus egit Ariſt. 8. de nat. ani. quę multo tempore ſine cibo latent, & tamen quędam (ait ipſe) pinguia efficiuntur: Cur autem non comedant ex eodem colligitur, ſunt enim pituitoſa, habentque pellem duram, ac craſſam, quare paucus calor agit in pituitam.

Apho. 21.

Cap. 14. 15. 16. & 17.

&

& uapores eleuati in ea coctione ob pellis crassitiem non exhalant, atque ob id iterum petunt corporis fundum mixtique cum pituita denuò concoquuntur: Vnde Albertus 7. de animalibus narrat de quadam muliere phlegmatica, quæ per dies 30. sine cibo stetit, & de quodam melancholico, qui obseruatus custodibus per 49. dies solum aquæ ciatum quotidie bibebat. Verum di-
6. 4. tract. 3. cap. 2. cet quis, ex Aui. Vespa est calidæ complexionis ualde, & est ex eis, quæ in hieme mortificantur, non igitur omnia animalia calida hieme fiunt calidiora. Respondeas uelim, quòd intelligitur de animalibus calidis non solum gradu, sed & quantitate: Vnde parua scintilla etiã, quòd sit calidior in gradu ob sui paruitatem citius extinguitur, quàm aliquod minus calidum gradu, sed quantitate maius: & ob id Gale. in comm. ait, Quæ autem plurimo sanguine abundant, atque calore &c. Quamobrem colerici
3. Apho. 2. bene in hieme degunt, ut Galen. confirmat, licet non ita carnosi sint, ut sanguinei: caro autem eis satis est, quæ etiam calida, & aeris frigiditas non repente simul, ut aqua frigida, sed
3. Aph. 18. paulatim alterat, & Hippoc. atque Galen. inquiunt, pueri & adolescentes bene se habent vere, & initio æstatis, senes autem æstate, & autumno usque ad aliquid, reliquo autumni, & hieme iuuenes: Videtur itaque ex dictis, quòd

senes

senes sint excipiendi ex his, in quibus hieme calor augetur: Nisi dicatur, quòd de decrepitis intelligit. Verum dubitat Galen. in com. eo quòd Hippoc. concedit nos sanguine, & spiritu retrocedentibus non solum melius concoquere, sed & quòd plura alimenta administranda sunt, uerum contra, inquit Galen. Nutritio est repletio eius, quod euacuatur: oportet ergo, quòd tantum sit alimentum, quantum resoluitur, sed in hieme parum est, quod dissoluitur, ergò & nutrimentum paucum esse debet: In oppositum autem (inquit Gal.) non solum quidam hieme melius cibos concoquunt, sed & si non assumant, uel paucos, refrigerantur: si uerò plura assumant, in morbos plethoricos non incidunt, quod quidem euentus quàm manifestißimè ostẽdit. Hæc sanè quæstio (inquit Gal.) ab omnibus est dissoluenda, quoniam omnes concedunt corpora per difflationes euacuari, & ob id egere alimento, quòd si eadem substãtiæ moles corporum semper seruaretur, alimentum sumere non cogeremur, solus autem Hippoc. præ cæteris quæstionem soluere potest: pro cuius dissolutione annotat Gal. imprimis, quòd solus calor naturalis afformat animal, auget, & nutrit, qui omniũ naturaliũ operationũ est causa: Quoniã igitur hieme plurimus est, auget appetitũ, coctiones, sãguinẽ, et corporis molẽ, habetq; prouidentiã, quò super

fluitates

fluitates excernantur, calor autem aeris non ambientis omnia ęqualiter non modo superfluitates sed & ea, quę sunt secundum naturam per difflationem euacuat: proinde natura animalium secũdum Hippo. (ait Gal.) nil est aliud, quàm hoc calidum, cuius quidem opus est, ut in lib. de po. nat. ostensum est, & appetentiam facere coctionem, agglutinationem, & dissolutionem, superfluitatum alimenti, & quanto hoc calidum ualidius fuerit, tanto magis difflatio sensum effugiet. Quare Diocles dicebat sudores esse pręter naturam, siquidem omnibus rectè administratis, & cibis optimè confectis à natura, nunquam per cutem aliquis humor sensibiliter excerneretur: Vnde quę per sudorẽ euacuantur in balneis, exercitijs, calore solis, & huiusmodi, ex causis uiolentis ortum habent: Quare omnia in animali recte hieme administrantur, si mediocritatem seruauerint, nam & Hippo. immo-
3. Apho. 1. & 8. deratas damnat intemperies, cum ait: [Et in tẽporibus magnę mutationes aut frigoris, aut caloris:] & [In inconstantibus autem incõstãtes, & mali iudicij] &c. Quòd autem omnia hieme temperata recte administrentur, dicit Gal. in com. Inditio sunt opera naturę fortiora, primò à calore plurimo cibi in uentre conficiuntur, itẽ in somnis longioribus superfluitates exquisitè per cutim extentę expurgantur, in uapores quidem

onuersæ per expirationem, craßiores uerò per
urinam, nam hieme plus est sedimenti, & urinæ
multitudo, quàm æstate, ut patet experientia: itē
corpora magis nutriuntur, augentur carne, plus
optimi sanguinis cumulant, nisi malos ingerant
cibos, & ut consideres (ait Gal.) huiusce calo-
ris robur, contemplare, quòd hiems corpora su-
scipit æstate, & autumno extenuata cum pauco
sanguine, quæ bonis replet humoribus, eaq́; craſ
siora reddit: Verum nisi calor habuerit abundās
alimentum, quo fruatur, primo superabitur ab
aeris circundatis, & attracti frigiditate, quare
ciborum coctio reddetur imbecilla, & generatio
sanguinis, & nutritio partium animalis, nec non
& expulsio superfluitatum, quòd si tantum ha-
buerit alimenti, quantum potest conficere, eò co
piosè perfruetur, & fiet maior, atque omnia an-
tedicta circa corpus optime perficiet: Quòd autē
hieme modo antedicto animal plus sanguinis ac-
cumulet, & fiat carnosius, experientia compro-
bari potest, cum in ultimo ueris ante principium
æstatis homines et sibi, & brutis sanguinem de-
trahant, ut ægritudines ex subito euentu calo-
ris æstiui euenientes prohibeant, qui quidem dif
fundit, & sanguinē ueluti efferuere facit, ita ut
qui prius erat mediocris, non amplius in uenis
cōtineri poßit, sed aut eas disrumpat, uel rodat,
aut ad aliquam partem debiliorem delatus, uel
inflammationem

inflammationem, uel aliud genus ægritudinis efficiat. Cæterum aduertendum eſt, quòd hic dicit in ultimo ueris, quoniam loquitur de miſsione ſanguinis, qui non caleſit prima parte ueris, at in
Apho. 47. lib. quos & quando, & 6. Aphor. ubi ineunte uere purgabat mulierem aſſuetam pati tumorem cãcroſum in altera mamillarum, loquitur de euacuatione humoris frigidi, qui caleſit incipiente uere, in cuius fine euacuat calidos, qui in eius principio caleſieri, moueri, & fundi non poſſunt. Reſponſio itaque patet ex dictis, quòd alimenta danda ſunt non ſolum reſolutioni proportionalia, ſed & multitudini caloris, tum ne ſuperetur frigiditate aeris, tum ut corpora reſtauret æſtate extenuata, atque autumno, tum ut per æſtatem futuram reddat carnoſiora. Subdit Galen. in com. quòd oportet eſſe alimenta proportionalia ſemper multitudini caloris, niſi contingat humores fundi qualitatem ambientis, ita ut potus ſubtrahere cogamur: De uere quidem dicendum eſt, quòd oportet, ut propriam naturam ſeruet, ſi uictus proportionalis ſeruandus eſt, ſed in principio ſi eſt frigidus, ut hiems, inſtituendus uictus hiemis, ſi in partibus ultimis eſt calidũ, ut æſtas, inſtituendus uictus eſt æſtatis. Subdit, quòd hæc dicta de victu in ſanis ſunt, de uictus uerò ratione ægrorum deinceps dicendum erit. Quòd autẽ ſolus Hippoc. poſsit diſſoluere, hinc patet, cum

omnia

omnia ex quatuor elementis constare dicat, & calidum habere prouidentiam animalis generando, augendo, nutriēdo, & huiusmodi efficiendo, alia verò secta, vt dicit Gal. primo de ac. et mor. ponit athomos, vt Epicuri, vel corpuscula incompacta, impartibilia, vt Asclepiades. Sed dicet quis, est ne verum, quod dicit Diocles, quòd omnibus recte administratis, sudor non appareat, an verò è contra potius dicendum sit? Dicendum est ex Gale. quòd in hac quæstione Diocles multum elaborauit, cuius dogma, & durum omnino, & inefficax esse videtur, quamuis maximè probabilius fulciatur argumentis, quod eius fieri potest, quod eò videtur, siquidem dicit Galen. 10. de simplic. medicamento. de sudore, quòd sudor eandem habet materiam, quàm vrina, & eundem generationis modum, sed sudor plus est elaboratus: fit enim exhibito humore excalefacto simul in corpore & biliosæ non nihil substantiæ adepto: Et in primo de tuend. sanita. ait Galen. quòd in omnibus partibus ex succo, vnde aluntur, nascitur unum genus excrementorum, quod fuit alimenti transmittendi vehiculum, nunc functum officio, humidum, tenueque superest, quale serosum, quod in vesicam defluit; Huic excremēto nullus certus à natura meatus præscriptus est, expellitur verò partim in speciem ha

3. de acci. & mor. in fine.

Prope finem

litus à calore insito solutum, partim violento motu confertim erumpens, appellant verò, quod ita excernitur, sudorem & 2. & 3. de tuend. sanit. docet Gal. quomodo corpora temperata ad tuendam sanitatem sint exercitanda ita vt sudorem emittant, vt illa euacuentur excrementa: Quare non dicendum est, q̄ omnibus rectè adhibitis non fiat sudor. Porrò à sudore naturali huiusmodi dictæ superfluitates euacuantur, sudor autem uiolentus ex causis fit, liquescunt. n. quædam membrorũ partes, quæ per sudorem emittũtur, siquidem partes illæ liquefactæ uehementer calidæ sunt, cum autem cutis superficiem attingunt, condensantur, & in aquam conuertuntur, & licet aer calidus sit, infrigidantur tamen, & condensantur, quandoquidem aer minus est calidus. Verum est & alterum dubium, nùm super
2.1.doct.2 cap. 13. 16.3.trac. 1.cap. 4. *fluitates in somno melius expellantur, etenim Aui. ait, somnus retinet oẽs fortes euacuationes p̃ter sudorem: Vnde dicit Aui. Et scias, q̄ dormire est ex rebus magis iuuatiuis ei, qui hẽt fluxũ*
4.Aph.15. *ventris: item dicit Hippo. [cũ volueris magis ducere heleborum, moue corpus, cum verò sistere somnum facito, & non moueto:] Gal. in com. subdit, quoniam quies, & magis somnus contrarius est motui. Huic satisfaciens quæsito dico, quòd duplex est expurgatio, vna, quæ fit non concurrente virtute a cerebro transmissa, vt*

cum

cum vrina sequestratur, & mittitur ad vesicam fecesque à bono chylo sequestratæ ad inferiora intestina mittuntur, & hęc optimè in somno ob caloris retractionem efficitur: altera autem est, quę indiget sensu, vt cum vrina, vel feces extra per musculos in collo vesicę, & ani orificio propelluntur, de quibus quidem superfluitatibus hoc loco non dicit Gal. sed de primis intelligendum est. Oritur pręterea vna contradictio inter Galeni dicta, siquidem hoc loco Galen. ait, hieme augeri appetitum ob caloris multitudinem: cuius tamen oppositum habetur ab eodem 2. tech. dicente, quòd calidus ventriculus melius cõcoquit, quàm appetit, frigidus verò è contra se habet: item cum ęstate maior fiat resolutio, quàm hieme, ergò & maior attractio à ventriculo, & ex consequenti maior appetitus, cum ex attractione fiat, vt testatur Gal. 4. de acci. & mor. ergò contrarium dicit Galen. his, quæ ab eodem hoc loco scripta sunt: pręterea loco citato expresse habet ipse, quòd ad famem excitandam non parum confert frigus in ventriculo, reddens enim corpora vacua, & cogens tunicas eorum, constringensque famem suscitat, calor verò humores fundit, & partes cõtinentes veluti replet, vnde calor inter causas potißimas famẽ prohibẽtes cõnumeratur. Dicẽdũ est pro hac scdanda contradictione, quòd 2. tech. fit cõparatio c- cap. 62. 63.

ter appetitum, & coctionem calidi, & frigidi respectu temperati, non autem inter appetitum calidi, & appetitum frigidi: Vnde licet calidior vẽtriculus melius concoquat quàm appetat respectu temperati, qui tantum appetit, quantum concoquit, frigidior verò plus appetat, quàm concoquat, non tamen consequitur, ꝙ frigidior plus appetat, quàm calidior ventriculus. Ad aliud autem dico, ꝙ licet æstate maior fiat resolutio, atq; attractio, est tamen minor appetitus ratione intemperiei æstate in ore vetriculi inductæ, quæ sensum impedit, vt in bulismo ratione frigiditatis efficitur: in hieme verò gignitur appetitus, quoniam membra attrahũt, vt magnes ferrum, ex primo de pot. nat. & quanto melius erunt disposita, fortius attrahent: quare si reliquæ actiones naturales rectè fient, & bonus quoq; appetitus, quod & ab aeris frigiditate efficietur; Vnde ambulantes per loca frigida, & regiones habitãtes frigidas, summe appetũt. Ad Gal. verò 4. de
Cap. 7. acc. & mor. dixerim ego ꝙ loquitur ibi de causis præter naturam, quæ vel famem præter naturam conficiunt, vel eam naturalem impediunt: Aut dicendũ est, ꝙ tametsi adsit causa in vẽtriculo calido, quę appetitum prohibet, est tamẽ ita imbecillis, ꝙ plus facit optima coctio ad faciẽdã famem, quam illa fusio ad impediendam, quæ sanè id solum præstat, quod appetitus non est ita

ualidus

validus, vt esset ex coctione. Proinde est aliud dubium circa ea, quæ à Galeno in commēt. scripta sunt siquidem ait ipse, quod tria sunt corpora, quę primæ nostræ naturæ substantiam compleuerunt spiritus sanguis, & aerea humiditas, ex qua in primo ortu partes animalis solidiores efformantur, vt diximus in libris de semine, sed ibi Gal. vt & in primo de tuend. san. asserit duo esse principia nostræ generationis, semen s. & sanguis menstruus, ergò non sunt tria: Si dixeris, quòd Gal. ait, quod natura nostra ex tribus constat partibus: contra Gal. loco citato enumerans tres illas partes, inquit, ex spiritibus substantia, & solidarum substantia, & tertia ab his carnosa, quæ cuique particulę est sua, nulla de substantia aerea facta mentione, cum tamen ibi loqueretur de partibus, non de principijs constituentibus. Respōdeo, quod in semine altero principio duę sunt partes, spiritus scilicet, & materia spiritus, quæ est aerea humiditas, ex qua in primo ortu, ut in hoc commen. asserit Gale. fiunt partes animalis solidiores: Qua de re per spiritum, & aeream humiditatem semen intellexit. Verum cadit adhuc dubium in com. siquidem uidetur ponere Ver esse diuersę naturę, quod tamen primo de temp. temperatum esse comprobauit, & ob id saluberrimum, ut uoluit Hippocra. & cum eo Galen. Primo uero de nat. huma. ait

11. Metho. 1.

Cap. 4. 3. apho. 9. cōtex. 33.

Hippo. ver esse calidum, & humidum, & ob id eo tẽpore sanguis augetur, quod anni tẽpus eius naturæ maxime est accommodatum, & post medium libri de humo. idem corroborat inquiens, sanguis abundat vere: pariter Auic. prima canti. Ver excitat sanguinem, & Auer. in com. ait
1. cant. 24. Ex hoc intellexit, ꝙ sanguis in eo generetur, & est verum, quod dicit de vere, scilicet ꝙ est calidum, & humidum, est tamen contra intentionem Gal. in de complexionibus, vbi dicit, ꝙ ver est temperatum tempus, & æquale: Deinde arguens contra Gal. opinionem subdit, constat autem, ꝙ si essent in eo repertæ qualitates quatuor cum æqualitate in eo vitæ operationes minime essent decentius coaptatæ, quarum causa est caliditas, & humiditas, quàm operationes vitæ contrariæ, quarum causa est frigiditas, & siccitas: item secundo arguit, si etiam fuissent in eo æquatę virtutes, & qualitates primæ, minime fuisset in eo appropriata generatio, neque etiam augumentum alicuius humoris in homine, nec in alijs ab eo, nec etiam generatio, & esse alicuius rei:
2. colli. ultimo. Eandem propè sententiam confirmat Auer. vbi postquàm dixit, quòd ver est calidum, & humidum, & temperatum comparatum hominis complexioni, subdit. Sed si tu diceres, quòd esset temperatum propter proportionem qualitatum, ex quibus est vna cum alia, hoc esset falsum, quia

una-

vnaquæque rerum, quæ appropriatur complexioni, appropriatur de neceßitate dominationi vnius qualitatis actiuæ, quæ stat loco formæ, et dominationi vnius qualitatis paßiuæ, quæ stat loco materiæ, & si non ita esset, complexionatũ non esset vnum in forma, immo essent duo, nec etiam esset accepta una operatio in suo termino, si duæ qualitates contrariæ dominantes essent super ipsum ambæ æquales in potentia, vel in actu, quia ex duabus rebus in actu contrarijs non potest fieri vnum in actu, & etiam de duabus nõ cõtrarijs, sicut nõ fit ex lineis duabus in actu vna linea in actu. Hæc Auer. Quibus quidem rationibus sustinet ipse uer non esse temperatum, negatque etiam in quocunque temperiem, ut ex eo quoq; aliàs colligitur, & alias a nobis declaratum est, Auic. quinetiam sibimet contrarius est, nam secunda primi sustinet ver esse proportionale complexioni spiritus, & sanguinis, & cum sua qualitate declinare ad calidum & humidũ, oppositum autem habere videtur cum dicit, Et dicemus, ꝙ veris complexio est temperata, neque est sicut quidam existimant, calida, & humida: certificare verò istud, multa inuestigatione est in parte naturalis philosophiæ, credere autẽ debemus, ꝙ ver est temperatum: Et deinde inferius ostendit, ꝙ tametsi in autumno non potest tẽperari siccitas, in vere tamen humiditas cõtẽperatur.

10. Metaphi. 23
2. de gen. 48.
4. metheo. 10.
Doct. 2. su. 2. cap. 6.
Cap. 3. eadem fen.

Cap.4. cont.33. ratur. Quã sanè opinionẽ à Gal. sumpsisse dicen dũ est primo de de tẽp. quod & repetit Gal. primo de nat. hu. inquiens, Dictum autem est primo de tẽp. rectius tẽperatum ver esse, q̃ calidum & humidum &c. Neque verum est, quod dicunt nonnulli Gal. cõcedere, ver licet sit temperatũ, esse tamen calidum & humidum respectu aliorum temporum, quod tamen primo de temp. re-

Cap.2. cont.23. probauit, etenim Gale. primo de nat. hum. id ait ex quorundam Philosophorum sententia, non autem propria, & ob id ea primo eo de temp. reprobare contendit. Respondent alij, ꝙ ver cum hoc, quod est temperatum, est & calidum & humidum, vt ait Auic. sed non valde excedit, sed

2.1. doct. 2. sum. 1. cap.6. suauem habet caliditatem, atque delitiosam, vt est illa balnei parum calidi, vel lactis, quæ tẽperata nuncupari potest: Vnde dicebat Auic. ver cum æqualitate sua declinat parumper ad caliditatem subtilem cęlestem, & ad humiditatem naturalem, & rubificat calorem, eo quod sanguinem attrahit temperate, & non peruenit ad resoluendum, quemadmodum æstas peruenit æstiualis. Et tunc ad Gal. respondent, ꝙ uoluit ver esse temperatũ, non calidum & humidum excessiue, sed moderate, & ob id non in pũcto, siue medio exquisite collocandũ est, sed ab eo parũ quid distat, quod maxime verũ est in medio veris, ut ipsius 3. de caus. puls. 6. sñia fuit. Verum hi si vo-

lunt

lunt ipsum ita parum distare, quòd sensu non percipiatur, potest eis concedi: Vnde & Gale. 1. de tuend. san. dicebat, ꝙ temperatum non est exquisite tale, sed sensus distantiam non percipit ꝙ si aliquando fuit, ictu oculi pertransiuit, non enim diu durare potest, sicuti nec aliqua alia tẽperies, quandoquidem continue corpus alteratur, neque eandem præcise seruat temperiem, sed eis minime concedendum est, ꝙ ęqualitas certa nullo modo inueniri poßit, ut aliàs declaraui ex Gal. primo de temp. quod quidem in præsenti breuitatis gratia præterire decreui: Pro solutione autem omnium authoritatum dicerem ego, quòd, ut ait Galen. caliditas est longe efficacior in agẽdo frigiditate, humiditate, atque siccitate, quare in temperato exquisite cal. & hum. efficacius agendo faciunt ad sanguinis generationem ut in uere fit, quod calidum & humidum dici potest, non quia hę qualitates alias excedant in gradu, sed in actione duntaxat: atque hanc puto fuiße Hippoc. opinionem primo de nat. huma. Vnde Gal. in com. dicit, rectius uer temperatum quam calidum & humidum dici, non tamen reprehendit Hippocratem tanquam sententiam illam haud recte promulgantem.

Ca. 8. & 9.

lib. de const. art. c. 9

cõtex. 33.

Aphoris-

APHORISMVS XVI.

VIctus humidus febricitantibus omnibus confert, maxime uero pueris & alijs, qui tali uictu uti consueuerunt.



Al. in fine præcedentis commenti dicebat, quòd omnia hactenus ab Hippocrate scripta de uictus ratione sanis conueniũt, quæ uerò nunc dicuntur, ægrotis: n principio autem huiusce commenti ait, quòd cùm superius Hippo. docuerit de quantitate uictus, nunc ad qualitatem trãsegit, breuißimo sermone multa docens quę in arte medica ualde utilia sunt: primùm quidem qualis uictus febricitantibus est adhibẽdus: deinde, quòd indicationes uictuum salubrium duplices sunt, aut enim sumuntur ex his, quæ sunt præter naturam, & hinc contrariæ, aut ex his, quæ sunt secundum naturam, & tunc similes sunt statuendæ, siquidem quæ præter naturam remouenda per contraria sunt, quæ uerò secundum naturam per similia seruanda: Quare (ait Gal.) febris, quæ paßio calida, & sicca, cum sit conuersio

calidi

alidi innati ad igneum, indicat, ut uictus humi-
lus exhibeatur, qui contrarius est, quoniam præ-
er naturam existit: humidæ uerò naturę, aut
atione ętatis, vt puerorum, aut ratione con-
suetudinis, ut eorũ, qui humidis uti sunt assueti
ndicant, ut uictus humidus similiter exhibea-
ur, qui similis est, quandoquidem hæc secun-
lum naturam, non autem præter naturam
xistunt. Principium autem huius Aphorismi
ripliciter legitur, uno quidem modo à Leonice-
no, & aliis hunc in modum: [Victus humidus fe-
ricitantibus omnibus confert:] Scribitur & hoc
pactò [omnis uictus humidus febricitãtibus con-
fert.] Quo modo eum citat Gal. 8. meth. & primo
de tuend. sanit. & libro de opt. sect. ad Traßib.
Tertiò uerò modo ita scribitur [omnis uictus hu-
midus omnibus febricitantibus, confert.] Est au-
tem aduertendum pro dilucidatione huiusce scri-
pturarum uarietatis, & uera Aphorismi intel-
ligentia, quòd uictus humidus dupliciter dicitur,
actu, aut potestate: quòd autem ægris detur actu
humidus, habet Gal. lib. de opt. sect. ad Traß. ubi Cap. 4.
ait: Quoniam quæ coquuntur, effunduntur, ideo
& mox distribuuntur, & ægritudines non mul- 1. de uict.
tò in cibis conficiendis labore indigent, ab his acut. 18.
præceptum nascitur, Liquidi cibi omnes febricitã- 1. de art.
tibus bene faciunt: At quòd in febre cibi faciles cur. ad
coctu esse debeant, ex eodem colligitur ubi in Glauc. de
cur. cont.
fin. acci.

acutis

acutis hunc citat Aphorismum, enumeratq́; cibos actu humidos, utpote succum ptissanę, mellicratum sorbitiones ex alica, & panem ex alica: Huius autē ratio est, nam actu humida facilius in formam chyli reducuntur, & cæteris paribus facilius coquuntur, nam cum febris calorem naturalem reddat imbecilliorem, exhibenda sunt quę facilius conficiantur: Celsus etiam lib. 3. c. 6. dicit, quòd febrientibus cibus humidus aptissimus est, aut humori certè quàm proximus. Sed pręter hoc conuenit adhuc potestate humidus, nam cum curatio fiat per contraria, febris uerò sit affectio sicca, ut remoueatur, administranda

9. metho. 14. quoque sunt potestate humida. Vnde dicebat, omnis febris, qua febris est, humectatio, refrigeratioq́; remedia sunt: Et ob id dubitari solet nū febris sit paßio calida, et sicca, ut habet Gal. Aue.

1. de tuēd. san. 1. de uict. acut. 43. & 18. sup. 14 2. Cant. inquiens, quòd febris fit ob conuersionē calidi innati ad igneam naturam, ignis autem natura calida est, & sicca, nam Auic. prima quarti, eam duntaxat calidam uoluisse uidetur, cum febrem per caliditatem solum, non autem siccitatem diffiniat: item est & ratio talis, nam si pituitosus superflue humidus & toto corpore, & quo ad spiritus febricitaret, per notabile tempus ægritudinē calidā, non siccam obtinebit, ergò febris non est sicca. Respondendum est, quòd cum dicat Auic. febris est calor extraneus, intelligit calorē cum

siccitate

ficcitate iunctum: cum uerò subiungit, accensus in corde, ipsum esse igneum connotat, ignis autẽ (ut dictum est) calidum & siccum corpus existit: adde, quòd caliditas magis est manifesta, & ideo apertius per ipsam diffinitur: Ad id autem de pituitoso febriente dico ego, quòd non statim necesse est, ut totum corpus ab ipsa febre siccum efficiatur, sed satis est ꝙ calor fiat siccior, quàm cõueniat suo temperamẽto, & naturali consuetudini. Sed statim dices si febris est passio calida & sicca, cur est, quòd Hippo. non dicit uictum quoque frigidum esse oportere, cum dicat Gal. in primo de uict. acut. quòd peculiare febris remedium oportet, ut sit uirtute tum refrigerans, tùm etiam humectans, idemque confirmat, inquiens, simplex simplicem, non simplex non simplicem sui natura habet indicationem, utpote complexio calida, & sicca indicat frigida, & humida esse adhibenda: Quare subdit, omnis febris, qua febris est, humectatio, refrigeratioque remedia sunt. Respondet Oribasius, quòd Hippocrate præcipit uictum humidum, ut magis necessarium cum febriens plus extenuetur & offendatur siccitate quàm caliditate. Verum oppositũ potius uidetur unde multi febrem præcipue esse caliditatem sustinent, cum caliditas resoluendo maxime offendat. Alij respondent, & est ferè communis dissolutio, quòd febri aliquando etiam

Com. 18.

8. met. ul.
9 met. 12.
& 14.

calida

10.meth.1 calida ratione causæ conueniunt: Vnde Gal. asse rit, quòd in factis nempè Diaria, & Ethica indicatio à sola febre desumitur, siquidem causa iam adepta est, sed in his, quæ fiunt, ut in putridis indicatio quoque à causa deprehenditur, sine cuius ammotione febris non ammouetur, aliquando autem, quę febri conferunt, nocent causæ: unde ratione causę nonnunquam calida conueniunt, ut
8. meth.4: quę tollant obstructiones, ut colligitur ex Gale. item febris materia aliquando frigida est, ac crassa, quę calidis indiget, ut attenuetur, & primo ad Glauc. de cura quartanę dicebat Gal. Arcēdi sūt à refrigerātibus: et exiccātib. et ob id uinū approbat mediocriter calidū, & aquā cum pipere, & sinapi. Sed contrarium apparet, quòd & ratione causæ aliquando in febrientibus exiccantia conueniunt, ut in febriente ex phlegmate ualde humido, cuius quidem phlegmatis ratione e-
1.4. tract. 4. c. 4. xiccantia, ut & calida conuenirent: item Auic. in febre pestilenti iubet, ut exiccantia admini-
Cap.4. strentur, pariter & Gal. primo de diff. feb. ut corpus exiccetur, siccum autem conseruetur, & superfluitates abundantes euacuentur, & oppilationes aperiantur. Si dixeris, quòd licet aliquando ratione causæ conueniant exiccantia, conueniunt tamen humectantia ratione febris, qua spiritus, & membra exiccantur. Dicam pariter, quòd calida ratione causę conuenientia sunt, sed

refrigidātia ratione febris, qua membra, & spiri
us supflue incalescunt: Quare Gal. 9. met. dicit,
omnis febris qua febris, est, humectatio, refrigera
tioq; remedia sunt. Si autem dicas ꝙ exiccantia
exhibita in febribus, ut medicamenta, exhiben-
tur, sed hic Hippoc. de uictu, non de medicamen-
to loquutus est: Dicam pariter ego, quòd calida
administrata, ut medicamenta porriguntur, sed
uictus frigidus esse debet. Respondeo igitur ego,
aliorum missis solutionibus, quòd omnis uictus
humidus & actu, & potestate semper febricitan
tibus conuenit, non autem semper frigidus, licet
enim potentia frigida exhibeamus, non tamen
semper actu frigida sunt: Vnde Hippoc. oximel 1. de rat. uict. 43.
dat ęstate frigidum, hieme uerò calidum: & quo
niam hoc loco de actu humidis uerba facit, quæ
semper conueniunt, non autem ita se habet de
actu frigidis, ob id de frigidis tacuit. Dices, 6. de
tuend. sanit. Gal. ait, quòd humida uictus ratio
excrementa, & humorum abundantiam parit,
& in putridis conueniens non est. Huic satisfa-
cimus, quòd dieta ualde humida, & copiosa pa-
rit excrementa, quam sanè in febribus conueniē
tem esse nemo diceret: Vnde Gal. primo de uict.
acut. in acutis laudat ptissanam, quæ non est ue Com. 18.
hementer humida, ut aqua, mellicratum, & hu-
iusmodi, quæ nimia humiditate stomacum subuer
tunt, & 6. de tuend. sanit. de sanis loquitur, &
corum

eorum uictu, qui cibum notabilis quantitatis complectitur, in ægris autem uictus paucæ quantitatis est, ita quòd quamuis ob uictum humidũ pauca quędam gignerentur excrementa, maius tamen foret iuuamentum ex ea humectatione acquisitum. Gal. in com. adducit dubitationem contra Hippo. quorundam quęrentium per cauillum eum reprehendere, siquidem dicunt hi, quòd si quis aquam inter cutem patiatur, cui sit febris adiuncta, huic non uictus humidus, sed siccus debetur: Respondet Galen. quòd isti ignorant caput maxime, & principaliter necessarium, nempè quod unaquæque ægritudo simplex simplici eget curatione: cum autem inuicem copulantur, aut æqualiter urgent, & tunc pari studio ambabus quærimus auxiliari, aut inæqualiter urgent, & tunc obuiamus ei, quæ magis urget, non posthabita alterius cura: addit præterea aliud exemplum, priori consimile, si enim quis morbo laterali cum sputo sanguinis laboraret, duabus contrarijs curationibus: cum duo sint affectus, indigeret, quo quidem casu ei obuiaremus, qui magis urget, altero nõ neglecto: atque hoc pactò in omnibus complicatis contrarijs indigentibus curationibus eodem modo procedimus ad ambos affectus respicientes, & ut necessitas urget, eorũ contrarias molimur curationes. Pro hoc autem
9.met.12. *est adnotanda Galen. sententia ꝙ simplex simpli*
cem

rem sui natura habet indicationem, quòd verò non simplex non simplicem, ob id in morbis compositis una simplex indicatio esse non potest: Quomodo autem in similaribus morbus compositus esse poßit, declarat Galen. & nos docet, 1. de acci.
quomodo morbus compositus in partibus instrumentalibus esse ualeat, & in quibus uno modo per se, atque altero modo per accidẽs: per se quidem, ut si in oculo sit suffusio, & pterygion. i. unguis, cum vnusquisque sit morbus primo oculi, per accidens uerò, ut si ceratoides sit ulcerata, & per ulcus procidat Rhagoides, & distorqueatur pupilla, omnes. n. huiusmodi morbi per se sũt partium similarium, per accidens autem totius instrumenti ex illis partibus compositi: item morbus componi potest, cum morbus per se pertinẽs ad instrumenta, ut luxatio, iungitur cum morbo per se ad prima corpora pertinẽte, utpote phlegmone: Itẽ morbus compositus esse potest, quoniã diuersi morbi in diuersis partibus sint unum mẽbrum organicum non constituentibus, atque partes illæ omnes esse possunt vel similares, uel organicæ, uel partim similares, partimque organicę. Aduertendum autem est, quòd de his complicatis affectibus, quomodo scilicet cognoscitur morbus magis suspectus, & quomodo à minus suspecto distinguatur, & à quo nam sit inchoandum, habet Galen. inquiens, quòd in complica-

12. mor. 12 13. i

3. met. pẽ.

tis triplex nobis finis proponitur, unus quidem ueluti à causis sumptus eius, quod post futurum est, alter uerò quod rationem obtinet eius, sine quo non, & tertius eius, quod ueluti accellerantium, & urgentium nominatur, ut si cum ulcere, cauitate, & sorde mala adesset temperies, ab ea inchoandum foret, tanquam à causa generationem carnis probibente, quæ sanè generatio à carne fit sana subiecta, deinde sordes, demum cauitas, ante quæ ulcus sanari non potest, ultimo ulcus sanandum esset: Ex quibus quidem facillimè quisque desumere potest tum ordinem, tum agendorum inuentionem: indicatio autem urgentis in his non habetur, est etenim urgens id, à quo mortis periculum imminet, ut si in uulnere spasmus adesset, is utique urgentis rationem obtineret, atque ab eo esset incipiendum, quandoquidem spasmus esset periculosior quàm mala cõplexio: magis itaque ei attenderemus alijs nõ neglectis. Primum itaque spectandum ex Galeno 7. meth. pen. id est, unde primum, maximeque periculum homini imminet: secundum quod continet rationem causæ, & quod effectus: tertium quæ sanari ante alia poßint, et quæ non, datque exemplũ, ut si humor à capite defluens malam inducat in uentriculo temperiẽ, atque in medijs spacijs partium similarium mali sint humores contenti, qui sensum erosionis efficiant, ad quem sequuntur

nimi defectus, atque sudores, primum occurren
um erit huic affectui, à quo maius imminet pe-
iculum, quod si non aderit, incipiemus à causa,
& ad alia procedemus, & .11. meth. ait Gal. si sit Cap. 8.
ebris, putredo, & causa, hæc inter se se sunt con
erenda, & in primis habita ratione uirtutis ab
o incipiẽdum, quod magis urget, quod ex tribus
cognoscitur, ut habet Gal. dehinc ab eo, quod ha 7. met. 12.
bet rationem causæ: constat itaque ex dictis, ꝙ
aliquando relicto affectu obuiamus symptoma-
tis, cum magis urgent, quàm affectus ipsi, ut ex
12. meth. colligitur, ubi Galen. ait, quòd nullum
symptoma, qua symptoma indicat rationem cura
tionis, nec primum immutat, sed si mutat, causæ
rationem obtinet, siquidem aut uirtutem lædit,
aut affectum adauget: de his autem loquutus est 7. colli. 2.
Auer. & Auic. uerum de accidentibus non me- 1, 4. tract.
minit: at ex Galeno colligitur, quomodo morbus 2. cap. 7.
magis suspectus dignoscatur, & quomodo à mi
nus suspecto distinguatur, & à quo nam incipien
dum sit. Proinde dubitaret fortè quispiam, an me
dicina composita ex contrarijs conueniat pro con
trariarum dispositionum curatione: uidetur nan
que quòd non, ob Galeni auctoritatem dicentis,
quòd licet media malas temperaturas quodam-
modo iuuent, non tamen sanant, sed opus est, ut
tantum distet medicamentum à medio per cõtra-
riam qualitatem, quantum per aliam qualitatẽ

1.de lo.aff. 2. & 3. de temp. 4. contrariam distat ægritudo : item cum infirmius agat in ualidius mēbrū quoq; affectū medicamēti qualitatē remittet, atque ita debilius efficietur, & hoc est simile, ut Gal. asserit. si studueris aquā frigidā tēperatā efficere, & ei tēperatā miscueris, atq; in magna quantitate, nūquàm tēperatam efficies, sed tepidam, feruens itaque petenda est aqua. Huic dicerem, Galeni fuisse de-
14.metho. 13. cretum, quòd ad perfectam curationem tria requiruntur, ut celeriter, sine dolore, & tutò fiat, nisi quid impediat, ut ægritudo contraria per æqualia in gradu fiet, in casu autem longior erit, sed tutior, ut satis patet: Quòd autem medicina composita ex contrarijs actiones cōtrarias agat,
3.de simp. med.15. 5. cant. 1. 2. cant. 4. sentit Galen. & tunc dico, quòd si sint ægritudines contrariæ in diuersis membris dandæ sunt medicinæ ex contrarijs compositæ non fermentatæ, atque ad unam formam mediam redactæ, ita ut separari non poßint, uel si sit medicina non composita diuersas saltim habeat dartes, quæ diuidi poßint: tuncque membrum unum attrahet unum, & aliud membrum aliud: neque constituenda est uirtus discretiua, quam ait Auer. 3. col. à Galeno ignotam fuisse, & de qua etiam Aui. meminisse uidetur: uerum sufficiat uirtus attractiua cum contentiua, etenim attractiua in naturaliter dispositis attrahit, quod est simile, & in præternaturaliter dispositis quod est

contrarium, ut 2. Tech. de uentriculo frigido colligitur: necnon dicebat Galen. iucundum duplex est genere, ut nutrimentum, & hoc simile, & ut medicamentum, & hoc contrarium esse debet: permiscemus etiam quandoque cum medicamentis, quæ uim habent deducendi ad membra, quæ aut hepatica dicuntur, aut splenetica, et huiusmodi: quæ sanè facultas à Thessallo denegabatur, ut testatur Gal. nec non & à quibusdam sophistis, pariter nonnunquam fit permixtio, ut medicina citius ad membrum ducatur, tum uirtute attractiua attrahente, tum uirtute illa deducente medicamentum, ne in uia diutius commorans magis debito alteretur: Quòd enim detur uirtus attractiua, quæ etiam à nonnullis negabatur, ut habet Galen. primo de pot. natur. eò declarari potest, si quidem uidemus, quòd maior pars medicinæ frigidæ uadit ad membrum calidum, & è contra: Neque dicendum est, quòd medicina de se uadat, quoniam ex se non magis ad unum, quàm ad aliud membrũ proficisceretur, ergò membrũ attrahit, & hæc etiam uidetur sententia Auicen. Aduersus autem sententiam hanc instat Auerr. si in medicina composita uires æquales fuerint, ergò una alteram impediet: sin inæquales, potentior duntaxat aget, & reliqua frustrà erit. Verum hoc solutum

Cap. 63. 4. de simp. med. 10.

5. de simp. med. 13. 1. cathag.

1. 4. tract. 4. cap. 19. 5. colli 57

est, quoniam aliàs declaratū est, quòd infirmiu inualidus agit: itē ut ex Gal. colligitur & Aui medium ex aqua frigidißima & calidißima in corpus temperatum non agit, & tamen uidemus quòd compositum ex amaro, & dulci agit in gu-

1. de tēp. 1. stum, ut habet Gal. & compositum ex solatro, &

1. primi. c. camomilla resoluit, & repercutit, necnon compo-

de cōplex. situm ex Rhu, & melle adstringit, & abstergit,

3. de simp. ut ait quoque Gal. Sed dicet Auer. quæ est hu-

15. & 13. ius diuersitatis causa? Respondeo, quòd ut idem

4. de lo. aff. 2. asserit ad gustum quidem exacto iuditio opus est, tangendi sensorium, ut craßißimum, ita cernendi tenuißimum est, auditus uerò sensorium, vt in tenuitate à uisu, ita sensoriū gustus in craßitudine à tactu secundum obtinet locum: ideo non est mirum, si tactus in medio qualitates contrarias non percipit. Deinde cum Hippocra. subdit, [Maxime uerò pueris.] Quoniam eis febricitantibus humida conueniunt, & ratione morbi, quia contrarijs indiget, & ratione naturæ, quia

8. met. ult. similibus eget. Gal. enim ætatem enumerat inter naturales dispositiones, à quibus similium, non contrariorum indicatio desumitur, & primo de tuend. sanit. reprobat illos, qui pueros esse exiccandos uolebant, eo quia dicit Hipp. contrariorum remedia contraria esse adhibenda. Verum inquit Gal. oportuit eos etiam legiße apud Hippocra. hunc Aphorismum, in quo uictum humi-

dum

lum maxime pueris conuenire fatetur, cum & natura humidi sint: Proinde ex hoc addito Hippocra. indicare uidetur, quòd de humidis loqui uoluerit, & actu, & potestate, cum pueris humida utroque modo conueniant, nam ait Galen. 6.de acc.5
quòd quia calor puerorum ad uaporis naturam, iuuenum uerò ad siccitatem maxime accedit, ideo humidiores, mollioresq; cibi pueris, aridiores uerò iuuenibus magis peculiares sunt. Vnde dubitari solet hoc loco, num similia similibus conseruentur, ut hic assentit Galen. nam ex eodē 3.tech.86.
contrarium colligi uidetur, ubi ait, à similibus 8.met.ult.
temperaturę suæ causis facile offenduntur, iu- 9.met. 14.
uantur autem à modico contrariorum usu, & 1.2. 6.de tuē. sanit.
hoc in omnibus distemperatis partibus commu- 3.Apho.3.
ne esse affirmat: item 6.de tuend.sanit.non lon- 2.tech.23.
ge à principio idem ait, humida, & sicca similibus conseruanda, calidis autem, & frigidis contraria dare semper expedit. Respondendum est, quòd fuit Auerrois sententia ut cum complexio 6. colli.11
calida, & sicca similibus conseruatur, à contrarijs quoque à lapsu præseruetur, præseruatio nanque & cura eisdem nempè contrarijs fiunt: dicit enim Galen.4.de tuend.sanit. eandem esse rationem instantis laßitudinis cauendæ, & eius, quæ iam occupauit summouendæ. Ad Galen. autem 6. de tuend. sanit. dicerem ego, quòd inquit calidis, & frigidis contraria dare semper

expedit, (quoniam qualitates hæ maxime sunt actiuæ) ideo facilius eſt, ut quocunque leui errore plus lædantur, eſt autem difficile ea inuenire, quæ præciſe ſimilia exiſtant & in gradu, & manſione gradus, quia uero humiditas, & ſiccitas non ita actiuæ ſunt, tutius in his cum ſimilibus procedi poteſt: aliquando etiã in diſtemperatis naturaliter utimur contrarijs, cum ea ad melius reducere contendimus, ut habet Galen. ideo dicebat ipſe, quòd diſtem-

3.Tech.86 *peratę naturæ tempore uictu contrario recte af*

3.Apho.3. *ficiuntur. Dices, ſi indicatione ſumpta à complexione ſimilia debentur, ergò frigida indicatione à complexione conueniunt pituitoſo, non bilioſo febrientibus, ergò pituitoſo febrienti conuenient frigida indicatione ſumpta tum à complexione, tum etiam ab ipſo morbo, & ex conſe-*

7. met.ult. *quenti frigidiora phlegmatico, quàm colerico febrientibus magis conueniunt. Huic dicendum eſt, id eſſe ad Galeni mentem, dicit enim, quæ temperaturæ frigidiores natura ſunt ſi ex calo-*

8.meth.ul. *re laborent, refrigerari tum uberius, tum diu-*

9.meth.15 *tius poſtulant: quod idem aliàs confirmat. Quare non audiendus eſt Vgo in prima 4. cuius fuit opinio, quòd ut æſtate frigidiora conueniunt, quàm hieme, quoniam caliditas æſtatis auget febrem, eiuſque curationi repugnat: in hieme autem eius frigiditas febris ſolutionem iu-*

uat,

iat, ita membra calida colerici frigidis resi-
stunt, in phlegmatico verò iuuant medicinarum
frigiditatem, etenim mẽbra frigida phlegmatici
non ita differunt à frigidis in colerico, ut hiems
ab æstate, neque caliditates remouendæ pares
existunt: quo sit, vt cum phlegmaticus, & cole-
ricus ęqualiter quò ad tactum febricitauerint,
cum maior sit caliditas phlegmatici, remouenda
venit, cumq; remotio per contraria in gradu ę-
qualia fieri debeat, frigidiora phlegmatico cõue
niẽt, quod si aqua frigida colerico exhibita non con
ceditur phlegmatico, id quidẽ est indicatione à
virtute desumpta, quę potior est, vt ait Gale. si 9. metho 13.
.n. in phlegmatico virtus esset ita valida, vt in
colerico, omnesq; conditiones requisitę pro exhi
bitione aquæ frigidę adessent, indicatione à com
plexione naturali sumpta conuenientibus aqua
frigida phlegmatico administraretur: eodẽ pro-
pè modo dissoluitur Auereois ratio aduersus Ga
le. de sene ęque febriente, vt iuuene, cui quidem
seni non ęque probamus frigida, vt iuueni ob uir
tutis imbecillitatẽ: est igitur tenendũ, quod phleg-
matico frigidiora cõueniũt indicatione à cõple-
xione desumpta, nisi virtus, vel quid aliud impe
diat. Deinde cũ Hip. subdit [& alijs, qui tali ui-
ctu uti cõsueuerũt] meminit de cõsuetudine, quę
ex Galeni sniã in com. cum non sit pręter natu-
rã, sed secundum naturã similibus est seruanda.

non

non remouenda vt febris, quare assueti vti humidis indicant, vt victus humidus exhibeatur. Proinde fuit Galeni sententia, quòd à consuetudine semper sumitur indicatio similium, quo ac homines ægrotant, cuius quidem rationem aßignat primo de tuend. sanit. ante medium, nam cum consuetudo in corporibus ascititiam, acquisititiaque naturam gignat, & quoniam quæ se habent secundum naturam similibus sunt conseruanda, ideo consuetudo quoque similibus seruanda est, omnibus. n. consentientibus vnam prorsus victus speciem constituemus, dißidentibus autem inter sese, quæ valentiores, ac plures sint præferemus: primum verò Hippo. voluit præsenti hoc Aphorismo. Cæterum Gale. in lib. de assuet. ait, quod cum quis longo tempore vnum cibum ingerere assuescat, licet à principio cibus ille familiaritatem non habeat cum assumente, tractu tamen temporis affinitas inter corpus et cibum acquiritur, ut etiam, quòd cibus ille absolute difficilioris esset coctionis, facilius tamen conficietur, quàm alius cibus insuetus facilioris ex se coctionis: Quare 5. de tuend. sanit. consulit Gale. vt medicamenta sumpta ad subducendum ventrem varientur, quoniam natura sumentis temporis spatio eis assuefacta illorum vim contemnit: At quòd mala consuetudo mutanda non sit ægritudinis tempore, ex Galeno colligitur vbi ait, quòd nec intempe-

8. metho. vltimo.

8. metho. vltimo.

rata

atæ naturæ, nec malæ assuetudines sunt remo-
uendæ, nisi sanitatis tempore, necnon cum homo
ciuilibus exercitijs vacat. De malis quinetiam
temperaturis idem consentit 6. de tuend. sanita.
vbi rationem aßignat, cur similia similibus con
seruentur, vel cur similia administrentur, siqui-
dem exhibentur, vt nutriant, nutritio nanque
ex Gal. sententia fit, cùm exhibita corpori nutri
turo citius aßimilantur, citius autem aßimilan-
tur sicca siccis, atque humida humidis, vt eiusdē
fuit opinio. Proinde Aetius pulchrum documen
tum tradit de commutanda consuetudine inqui
ens: Qui statuto sibi certo viuendi genere quam
plurimo tempore sanus permāserit, profectò ad
aliam consuetudinem nullo modo traducendus
est: Cuius quidem ratio esse potest, nam si illa vi
ctus ratio, & consuetudo naturæ illius cōueniēs
non fuisset, neq; eam tollerare, neque ea sanus
viuere tandiu potuisset. Vnde Gal. 5. de tuend.
san. ait, ꝙ exercitationes consuetæ non sunt mu-
tandæ, si cum his sanus vixerit, cum verò dixit,
seni vtilius esse exercitari consueto opere, etiā
si modice noxium sit, subdit, contra iuuenibus ea
mutare, quæ nocēt tentandum est, etiam si à pue
ris hisce maxime insueuerint. Remouet deinde
Galen. in commen. dubium, quis enim dicere pos
set, Hippocra. de ætate, & consuetudine dun-
taxat meminit, quæ sui custodiam indicant, cur

5. de tuēd. sanit.

6. de acci. & mor. 3.
Li. 4. c. 32.

non de complexione, tempore anni, regione, & huiuſmodi? à quibus pariter indicationes deſumuntur, vt & à morbo, ætate, & iſtiuſmodi: nam à complexione ſumitur indicatio de ſui cuſtodia, vt de ætate, & conſuetudine dictum eſt: à tempore autem anni, & regione indicatio ſumi- 8. Metho. ultimo.
tur, vt declarat Gal. & ab intemperatis anni tẽpore, ſtatu cæli, & regione contrariorum eſt indicatio, ſuperiusq́; dixerat, vbi hæc tẽperata ſunt, ſimilium ſemper præſidiorum eſt indicatio, ſiue
9. meth. 14 *valeant, ſiue ægrotent: De aere quoq; ait Gale. ſanè ambiens ſi contrariam morbo temperiem habet, è præſidiorum numero vnus eſt, ſi ſimilẽ, ægritudinis cauſarum eſt vnus. Reſpondet huic dubio Gal. ꝙ aliquando Hippoc. nonnulla ponit, quæ eiuſdem ſunt ordinis, atque naturæ, & idem cum alijs, de quibus non meminit, habẽt iudiciũ ex his, quæ dixerat, dans intelligere de his, quę prætermiſſa ſunt, de quibus dictum fuiſſe potentia debemus exiſtimare.*

APHORISMVS XVII.

ET quibus ſemel, aut bis, & quibus plura ne, an pauciora particulatim oporteat afferre, conſiderandum: condonandum autem

aliquid tempori, ætati, & consuetu- Lib.de ac
dini. ci.& mo.
cap. 1.
& Metho.
10.



Alenus in com. cõtinuans hunc cum præcedenti Aphorismo inquit, quòd superius egit Hippocra. de victus quantitate, qualitateque, & quoniam non tantum scire opus est, ꝙ multo vel pauco humectante, vel exiccante victu sit vtendum, sed nunquid semel aut sæpius, qualibet nocte, vel die, ideo Hippoc. volens, quòd à quibus sumuntur indicationes de cibi quantitate, & qualitate tradendi, ab eisdem quoque sumantur indicationes, an semel an pluribus vicibus sit exhibendus, hunc Aphorismum subiungit: Pro cuius intellectione Galen. in comment. declarans quomodo, & à morbo, & à viribus indicationes sumendæ sint, multas regulas ponit, quarum prima est. si virtus debilis, & dispositio corporis sit ex humorum corruptione, defectuvè, parum pro vice, quia virtus debilis est: & sępius, quoniam dispositio multis indiget: defectus quidem adiectione: corruptio verò temperamento: verum contra hanc regulam est Hippoc. Non pura corpora quanto plus nutries, tanto magis

11 meth. 2. Libro de consit. an. 19. Apho. 12.

11. meth. 1. & 5

2 pAh. 10

lędes

Lib.de ac ci.& mor. cap. 1. lædes: item ex Gal. humores corrupti in ventriculo, vel in uenis cibos corrumpunt, quare corpus euacuandum, non autem nutriendum est.
9. Metho. 10. Respondeo ex Galen. quòd opus est corpora paulatim euacuare, & paulatim nutrire, s[illegible] in hunc statum sunt constituta: cum autem Hippocra. eo Aphorismo inquit, Non pura corpora, quanto plus nutries, tanto magis lædes, intelligendum est, si euacuatio fuerit omissa: potest quinetiam responderi, quod per humores corruptos eos non intelligit, qui ad benignum reduci
11. meth. 9. non possunt, debentque vacuari, sed semimalum quod corrigi potest, vt asserit Galen. quam qui-
Libro de const. art. 19. dem correctionem nominat ipse coctionem: in secunda autem Aphorismorum intelligit de his,
Apho. 10. qui corrigi non possunt, & ob id euacuandi sũt. Secunda autem regula à Gal. posita est, si virtus debilis, & humores non corrupti mediocres, vel superabundantes, parum quidem, propterea quod virtus est debilis, rarò verò, quia humores mediocres, vel multi administramus. dices, si humoris boni, & mediocres, ergò virtus debilis nõ est resolutione, neque etiam aggrauatione: soluen-
11. meth. 1. & 3 dum est ex Gal. quod virium substantia ex tribus constat, nempè carnosa substantia, spiritu, & solidis partibus, possunt ergò humores esse boni, at
16: 3. trac. 3. cap. 7. que mediocres cum debili virtute, vel mala solidorum temperie, vel spirituum defectu: & licet

uic. dicat, ꝙ humores corrumpuntur ex vigi-
s, dolore, & medicamentis calidis, ex quibus
iam spiritus resoluuntur, attamen dicit quãdo
e innuens, ꝙ non semper, neq; id fit immedia-
, sed tractu temporis. Tertia verò regula est, si
irtus valida cũ defectu, vel corruptione humo
i, multũ quidẽ exhibemus, vires nanq; validæ
nt, sępe verò dispositio.n.exigit, ꝙ si accessio
es nõ permiserint, rarò plura trademus. Sed cõ
a dicet quis, vires validę esse nõ possunt cum
aucis humoribus, ex quibus restaurantur, neq;
ũ corruptis, siquidẽ haud apti sunt vires refice
e, ergò regula falsa est: itẽ viriũ substantia ex
ibus vt supra ex Gal. dictum est, constat ergò
vires validę, humores erunt boni, & non pau
i. Huic dicendum est, ꝙ cum paucis humoribus
irtus fortis certo tempore stare potest, sed non
ongo tempore, perseuerante nanque humorum
aucitate virtus quoque imbecilla reddetur: ad
d autem de humorum corruptione dici potest, ꝙ
on de ea loquutus est corruptione, quę corrigi
on potest, sed de ea, quę alteratione reparari po
est: Dico etiam, ꝙ febre putrida febrientes, &
umores corruptos habentes, qui pro parte cor-
rigi non possunt, vires validas habere queunt,
pręsertim in principio, raro etenim contingit, ꝙ
ab initio ægritudinum vires sint imbecilles ex
Galen. sententia, quare regula vera est. Verum 10. meth. 2.
aduer-

aduersus limitationem est argumentum, nam sunt acceßiones, ergò & febris, & ex consequenti non multum dandum, siquidem cibus in febribus minuendus est. Solutio huius talis est, quod cum dicitur multum esse exhibendum, nō absolute intelligitur, vt sanitatis tēpore, sed aliorum febricitantium comparatione. Quarta pręterea regula Galeni est, si vires validę & humores superabundantes pauca & rarò, quia dispositio non exigit, licet virtus valida multum cibi immutare valeat, atque hoc veritatem habet non modo in ęgris, sed & ī sanis ipsis, vt ex Gal. colligitur. ex Galeni itaq; sñia hoc modo & à morbo, & à viribus indicationes sumere opus est, quę plenè principalia sunt, à quibus indicationes cibi desumuntur: reliqua verò consequūtur, vt idem asserit id totum longo processu nobis aperiens. Ideo Hip. in postrema Aphorismi parte subdit [condonandū āt aliquid tēpori, ętati, & consuetudini] Gal. in com. interpretans ait, quod Hip. hoc ipsum adiunxit, liquidò ostendens, quod neque totū neq; maximū à talibus accepit, quoniam num sępius, rarovè sit nutriendum primum vel maximè accipitur, post hęc autem & ab alijs vt pote anni tēpore, ętate, & huiusmodi. A tēpore quidem (ait Gal.) sumpta indicatione quatuor quoque regulę dantur, quare prima est ęstate pauca esse exhibēda, quoniam virtus debilis est, &

Libro de euch. & cacho. 7.

3. metho. 1. 3

sępe

pe propterea quòd corpora resoluta indigent:
cunda autem, hieme multa propter robur rarò,
oniam ægri paucitate euacuationis per difla-
onem non multis egent. Dices, superius dictum
l, quòd hieme multo indigemus cibo, siquidem
ūdantia innati calidi multa fit insensibilis eua
atio: Respondet Gal. quòd supra de sanis dictū
it, hic uero de ægris: in ægris uero æstate ma-
or fit resolutio, quàm hieme, licet uirtus sit for-
ior, quæ non æque bene applicatur, & ad natu
e opera concurrit, uti in sanis. Quare natura- 13.3.trac.
s appetitus membrorum non ita attrahit in æ- 2.cap.7
ro, vt in sanis, ex Aui. sententia. cum itaque 1. de uict. acut.44.
irtus sit valida hieme data ægritudinis parita- 1.4. de cib.
e, indicatio ex ægritudine uincet ex uirtute indi feb.
ationem: ob id Gal. nec non Aui. hieme minus,
uàm æstate cibos exhibent: Tertia prætereare-
gula est, uere medio, & æstati proximo pauca &
rarò ob humorū fluxionē, qui hieme concreue-
unt, cibaria porrigimus, ita vt dubium sit, ne
unc accedat æger ad plectoricam dispositionem:
icut ergo in plectoricis dispositionibus uirtute
ualida parum, & rarò damus, ita & uere præser
tim in febribus, de quibus nunc agit Hippo. cum
antea de sanis ageret. Dices, Hippo. Apho. enu- 3.Apho.10
merat ægritudines eo tempore ex cachochimia
ortas, vt furores, atræ biles, & huiusmodi sunt,
ergo non ex plenitudine. Dicēdum est, quòd

Gal ait: Vere fere contingit, quòd in morbis ex repletione, nempe qui humores uires caliditate moti aliquem in locum erumpũt, qui debilior sit ut & in com. idem Gal. testatur: item licet uer proxime ad plectoricam dispositionẽ accedat ob humorum effluxionẽ, non tamen negatur, quòd & ęgritudines ex cachochimia fieri non poßint. Postrema est regula talis, autumno si uires ualidæ sunt, multum & sæpe cibandum est, si autem sint imbecilles, parum & sæpe, etenim morbis assimilantur ex humorum corruptione, de quibus supra dictum est, quando cum ualida, & quando cum imbecilli uirtute efficiuntur. Cur autem au-
3. Aph. 9. tumnus morbis aßimiletur ex corruptione, colligitur ex Gal. ubi aßignat causas, cur autumnus humores æstate assatos seruat, qui ut æstate ad cutim mouebantur, ita autumno frigiditate aeris ad interiora truduntur, & impelluntur, quare magis nocere possunt: item dicit Gal. in autumno fructus comedunt multos prauos gignẽtes hu-
2. 1. doct. 2 Cap. 6. mores: Aui. quoque aliam aßignat causam dicens, quod in autumno si quid expellitur, id est tenuior pars, craßior uero humorum pars aeris frigiditate, quæ noctu fit, & mane, detinetur: Subdit postremo Gal. quod eodem modo ab ętatibus, consuetudine, & regionibus sumendę sunt indicationes, redigens eas ad duas primas intentiones, vtpote vires, & corporis dispositiones,

nam

singula dicta aut fortes, aut debiles vires efficiunt corpusq; aut bonis abundans humoribus et sufficientibus uaccans, aut humorum vitio prauatum reddunt.

APHORISMVS XVIII.

AEstate, & Autumno cibos difficillime ferunt, hieme facillimè, secundum locum uer habet.

Voniam in præcedēti Aphorismo dixit Hippo. condonandum aliquid tempori &c. loquēs in genere de particulari temporū cibatione in præsenti Aphorismo de illis distinctius loquitur Gal. in com. unā remouens obiectionē ait, quòd Hippo. in præsenti Aphorismo non idem repetit quod in decimoquinto dixit: duplex enim est differentia inter hunc, & illum, nam à temporibus in ratione, uictus duplex sumitur indicatio, una quidem de quantitate absoluta, quæ in die naturali conuenit: altera autem de modo usus ciborū an scilicet una uice dādum sit multum uel parū, et ita num quòd est dandum in una die naturali, una, pluribusvè uicibus exhiberi debeat: Vnde

ut in sanis Aphorismo decimoquinto dixit, quòd hieme plures cibos tradere oportet, siquidem calor innatus est plurimus; pariter hoc Aphorismo dicit, quòd si etiam semel illis multum cibi dabis non nocebis, eodem quoque modo & in ægris, cõtra uerò estate, quoniam omnes facillime hieme cibos sustinent, siquidem uirtus est ualida, æstate uerò difficillime, quoniam uirtus est imbecillis: Vnde hieme raro, & plurimum dandum est, estate uero, quia calor innatus exiguus est, & humores dissoluuntur, tunc corporis dispositio morbis ex humorum deffectu similis est, qui cibi adiectionem exigunt, in quibus cum uirtus est debilis, parum, & sæpe cibandus est æger: autumnus autem æstatem subsequitur, & uer, hiemem, & ob id dixit Hippo. secundum locum uer habet, non enim ita facile, vt hieme, sed facilius, quàm in alijs: Hæc Gal. in com. Proinde quod dictum est, uer secundum locum habere in ferendo cibum, intelligendum est vti superius dictum est, nisi ex fusione humorum parum cibi exhibere cogamur, quod quidem natura ueris non erit: Autumnus autem æstatem sui sequitur in ferendi cibos difficultate, nam tunc eius frigiditate calor concentratur, neque ita ad exteriora propellitur, vt & in vere calor non ita cogitur, vt hieme propter eius caliditatem, ob id secundum locum obtinet; In ultima autem com-

menti

enti parte Gal. alteram aßignat differentiam,
nter hunc, & decimumquintum Aphorismum,
quod in illo de sanis duntaxat loquitur, hic ue-
ro Aphorismus & et sanos, ægros complectitur.
Cæterum oritur dubium ex dictis, siquidem uide
tur autumnum temperatum esse, cum Sol respe
ctu nostri ita in autumno, sicuti in uere se ha-
beat. cui quidem satisfacit Auicen. inquiens,
quod id arguit autumnum saltem in actiuis tem 2.1.doct.2. sum.1.c.3.
peratum esse, in paßiuis autẽ res non ita se ha-
bet, ex estate nanque præcedenti aer ualde fuit
exiccatus, itaque licet frigidior fiat, non tamen
humidior: frigiditas nanque non ita humectare
potest, ut caliditas per resolutionem, exiccare.
Dices, pariter de uere eadem est ratio, quod tem
peratum esse non potest; ut Gal. asserit primo de
temp. 4. siquidem præceßit hiems ualde humida,
et ut autũnus tẽperatus esse nõ ualuit ob nimiã
sicitatẽ ĩ aere ex æstate iã inductã, ita nec uer ob
excedẽtẽ in aere ex hieme humiditatẽ inductã.
Dicẽdũ est, ꝙ caliditas in agẽdo efficatior est fri
giditate ex libello de cõst. art. cap. 9. ob id plus
ualet caliditas ꝑ resolutionẽ exiccãdo, q̃ frigidi-
tas humectãdo, facilius nanq; est exiccare q̃ hu-
mectare, quare uer ad t. peramẽtũ duci põt, autũ
nus aũt nequaquã, q ẽt ꝓpriè in actiuis dici tẽpe
ratus nõmeretur, sed eius sũma subtilitate citißi
me calefit et citißime ĩfrigidatur, qua de re nocte,

mane, & uesperi infrigidatur, meridie uerò calefit, & ob id uarius potius, & inconstans, non au-
3. Apho. 3. et 10. tem temperatus, vt Gal. inquit, quinimmo frigi-
8. de decre. dus est & siccus. Veruntamen primo de temp. di-
cebat, quod autumnus ipse neque etiam rectè
Hippo. & Plat. frigidus & siccus dici promeretur, neque tempe-
ratus, vt ver, cum non veram temperiem, et per-
1. de nat. hu. 35. petuam æqualitatem parem conseruet: meridie
Cap. 4. .n. multo calidior est, quàm mane, aut uesperi, et
licet siccitas in eo uincat, & ex consequenti iure
merito siccus dicatur, in calore tamen & frigore
mixtum quoddam ex ambobus, & inæquale sta-
Sect. 1. tuendum est: Gal. item primo epid. ait, In autum-
com. 1. no de matutino frigus uiget, circa meridiem ma-
gnus æstus, qui rursus ad crepusculum uesperti-
num in algorem transit, attamen in eum siccum
humido dominatur, ac frigidū calido: ex quibus
sanè uerbis Gal. inferre uoluit, quòd licet uarius
sit, est tamen siccus & frigidius: frigidus quidem,
cùm plures eius partes sint frigidæ, sola nanque
meridies calida est. Sed dicet fortè quispiam, vt
emplastris calidis, & puello boni habitus, uel ca-
7. meth. 7. tulo pingui fouetur calor stomaci, vt Gal. habet
13. 3. trac. 1. nec non Aui. non modo in aduersa, sed prospera
Cap. 30. ualetudine, ita & calor æstatis calorem nostrum
fouere deberet, quod tamen secus se habere di-
ctum est. Huic dicēdum ex ipsomet Gal. et Aui.
qui asserunt in dispositione frigida, & sicca mo-
derate

derate calida, & humida, quæ calorem ſimilem calori innato habeant, eſſe adhibenda, quæ uero uehementer calefaciunt, & ſiccant, reſoluendo, & poros attenuando paucum calorem diſſoluũt & rorem corporum ſimilarium depaſcũt, Quod plane & æſtatis calor in nobis efficit. Quocirca emplaſtra neque nimis calida, neque nimis adſtringentia eſſe debent, ne ualde exiccent corpora, ſed neceſſe eſt, ut calorem apta ſint detinere ne exhalet. Dices adhuc æſtas abbreuiat ægritudines, vt comm. 12. huius, & 25. ſecundæ huius ait Gal. & Hipp. inquiens, æſtiuæ quartanæ &c. ergo malos concoquit humores, atque ob id & bonos ſiquidem malos cõcoquens. bonos quoque ad concoctionem deducit. Reſpõdendum eſt, quòd qui calor æſtatis abbreuiat ægritudines, non tamen vere concoquit, uera ſiquidem concoctio à naturali calore efficitur, calor autem æſtatis abbreuiat egritudines, materias egritudinum diſſoluendo, neque malos duntaxat diſſoluit ſed & bonos, atque ex cõſequenti naturalem calorem, & ob id & mortales & ſalubres indiſtincte abbreuiat ægritudines.

APHORISMVS. XIX.

HIs, qui per circuitus aceſſionẽ habent, nihil dare oportet, neque cogere, ſed ſubtrahere a-

dictioni ante iudicationes.



Ippo. præsenti hoc Aphoriſmo idem fermè repetere uidetur, quod & in Aphoriſmo undecimo ſuperius ab eo dictum fuit, dum ipſe de acceßionibus obloqueretur: Ne igitur ipsũ Hip. loquacem dijudicemus, eſt adnotandum Gal. placitum in com. dicentis, quòd tria ſunt capita, quibus uictus ratio depræhenditur: unum quidem, quod ad quantitatem: alterum, quod ad qualitatem, & tertium, quod ad modum uſus pertinet: ad duo ſanè priora ex acceßionibus nil utilitatis percipit medicus: ad tertium uerò non modicam percipit utilitatem, ſiquidem acceßiones prȩcipue ciborum particularium tempora prȩſeferunt. Verum cum morborum nonnulli acceßiones habeant per circuitus, hoc eſt ordinatim inuadentes, & alij non per circuitus, hoc eſt inordinatim, in primis quidem exquiſita inueniendi temporis ratio, quò cibus dandus eſt, haberi poteſt, at in ſecundis haudquaquam: Hippo. igitur in hoc Aphoriſmo intendit, quòd cum medicus quantitatem inuenerit, & qualitatem conuenientem cibi exhibendi ex indicationibus, de quibus ſupra: itemq; quot uicibus ſit adminiſtrandus, in his quidem, qui per circuitus acceßionem habent

ent nihil dare opus est: Oribasius in comm. hoc declarat, nempè in die, in qua fit accessio, siquidem natura aduersus morbum dimicans duobus humori scilicet ac cibo deseruire non poterit, quod idem repetit Galen. primo ad Glau. de cur. tertianæ nothæ, inquiens, cibum esse alternis diebus, non autem quotidie administrandum: Sed quoniam accessiones quotidie esse possent, ut in phlegmatica, neque cum ordine: ob id Galeni dicto non absolute credendum est, sed ut et ipsemet asserit in com. in seruãtibus ordinẽ accessionum principia earum sunt obseruanda, ita ut cibus non exhibeatur, nec ipsis iam factis nec multo post futuris: Vnde si dijudicauerit medicus cibum porrigendum in die naturali tribus uicibus esse tradendum, quoniam accessiones noue contingere possunt uel longiores, quàm iudicauerit medicus, ita quod est coactus aut cibum in accessionibus exhibere, aut paucioribus uicibus, sed in maiori p uice quantitate, aut dare oportet minorem cibi quantitatem, quàm ante statum esse exhibendam censuimus, hoc sanè casu inquit Hippo. non solum in accessionibus nihil dare oportet, sed neque cogere, hoc est cibi exhibendi unica uice quantitatem haud quaquam augere debemus, ita vt quod tribus dandũ erat uicibus, duabus adhibeatur, hunc enim in modũ uirtus plusq̃ cõueniat immutare cogetur: et sub
dis

dit adhuc, sed subtrahere adiectioni ante iudica-
tionem: Per adiectionem autem Oribasius ait
Hippo. intelligere quantitatem cibi dandi, ante-
quam iudicatio efficiatur. Per iudicationes au-
tem ex Gal. sententia intelligendum est uel sim-
pliciter quascunque accessiones, uel morbi uigo-
res, uel illas quæ proprie iudicationes dicuntur
& licet Gal. primum laudet modum, quomodoci
que tamen intelligatur, Aphorismi sensus uerus
est: Unde si per iudicationem intelligamus iuxta
secundam, & tertiam significationem, hoc modo
interpretandum est, sed subtrahere, hoc est cibũ
dandum ante statum, uel crisim minorare debes:
Verũ dices, si crebritate paroxismorum, et eorũ
longitudine cibi non tantum exhibebis, quantum
iudicasti conuenire ante morbi statum, uirtus
profectò debilitabitur. Respondeo, quòd eo casu
status propinquior erit, quare si à principio ui-
ctu uberiore usus fueris, illum quoque absque
noxa subtiliare potes, atque hoc ad Gal. mentẽ
esse uidetur comm. 17. qui regulam tradit, si
uirtus fortis cum defectu humorum sit, multum
& sæpe dandum est subdit, nisi accessiones prohi
beant, quo casu multum, & rarò est exhibẽdum,
si autẽ per iudicationes intelligamus accessiones,
dicendum est, quòd stante casu posito subtrahi-
mus adiectioni, hoc est, quantitati cibi quam tri
bus uicibus ante accessiones dandam esse cen-
suimus

uimus: & hac ratione manifestum est quòd idē non repetit, quòd in 11. Aphorismo, vt nonnulli suspicati sunt hanc Gal. & iniuste sanè repræhēdentes expositionem. At qui iudicationes tertio modo accipientes exponunt, quòd Hippo. uoluerit, si propter longitudinem status cibus in statu exhibebitur, in eius postrema parte cibus subtrahendus erit, in q a dijudicatio planè conficitur, nempè in morbis, in quibus iudicatio fit, & accessiones efficiuntur, siquidem non habentes accessiones, ut synochus, et causus, breuem statum obtinent, in quo nihil dandum est. Et ob id Hippoc. ait [His, qui per circuitus acceßiones habent] &c. Verum rationem non reddunt, cur Hippoc. dixit nihil dare oportet, & subdat deinde [neq; cogere] sicuti nos fecimus in expositione nostra: itē stat ratio Gal. quę priorē magis cōprobat expositionem, quòd retro de morbi uigore dictum est, Aphorismo scilicet decimo, ut loquens in uniuersum Hippo. dixit. [Quibus uerò posterius debet consistere, his & in ipso consistendi tempore et parum ante illud cibus subtrahendus est:] et Gal. ait. si de hoc intelligatur etiam de iudicatione intelligitur, quæ magna ex parte fit in uigore morbi. Cum igitur dixerit in decimo Aphorismo in consistendi tempore, & parum ante cibū esse subtrahendum, cui tam craßi ingenij dubium esse poterit, an cibus subtrahendus sit, quando

statim

statim futura erit diiudicatio? Neque ualet, quod dicunt in acutorum statu duraturo, ut di-
1. de cris. 10. *cit Gal. per duas accessiones cibum esse exhibendum, cui tamen subtrahendum ante iudicationem uoluit Hippo. hoc loco, nam cum dicat Hippo. Aphorismo decimo superius exposito, quòd in quibus posterius debet consistere uigor, in eo & parum ante, ut per diem, ut &*
3. de dieb. crit. 11. *testatur Galen. cibus est subtrahendus, sed prius uberius agēdum &c. uult ipse, quod prius ita uberius agatur, vt si etiam status esset duraturus per duas accessiones, per totum id tempus æger omnino inedia vti possit, quòd si quid inopinatum contingat, vtpote error quispiam uires dissoluens, ob eas ex Gal. sententia cibum exhibere cogimur. Est autem adnotandum, quòd ut idem 11. methodi asserit, in cibo duo sunt consideranda, nempè quantitas, quæ à uiribus, &*
xi. meth. 14. *qualitas, quæ à morbo, temperatura, & con-*
8. metho 7 *suetudine desumitur, his quidem similis, ægritudini uerò contrarius cibus: Vnde cibus ipse medicinalis esse debet, ex Gal. neque intelligen-*
3. de tem. 2 *dum est de qualitate, & similitudine à tota sub-*
8. de com. pos. med. sec. loci. 7 Lib. de assuet. *stantia, quę in cibis omnino esse debet, vt Gal. testatur, sed de qualitate manifesta, quæ ex primis resultat qualitatibus: Verum quòd duplex similitudo detur, & substantiæ, & quatuor primarum qualitatum, habet Galen. in com. ait, quòd*

Hippo.

Hippocr. dicit: His, qui per circuitus &c. non ignorans alios esse morbos, in quibus accessiones fiunt, non tantum per circuitus, hoc est non ordinatim, in quibus ratio exquisita inueniendi temporis, quo cibus offeratur, haberi nequit, de quibus Hipp. et Galen. 4. de uictu acut. & Aui. prima 4. etenim Hippo. ait, inconstantes febres donec constent sinere oportet, ubi autem constiterunt, uictu, & curatione conuenienti pugnabis, Galen. autem in com. hoc Hippo. dictum declarat inquiens: in huiusmodi itaque febribus non in principio uictu vti præcipit, sed sinere, donec qualis nam sit febris cognoscamus, & tunc uictus formam præfinire: & Aui. conformis dicebat, & cum ambigua sit tibi dispositio in ægritudine, et nõ cognoscis eã, tũc ut declines ad subtiliationẽ melius est te obseruare uir., & tolerantiam: et cap. superiori dixerat ipse, et scias, quod non est possibile tibi curare febrem, nisi cognoueris eam, quòd si ignoraueris, tunc subtilia regimen, natura enim ostendet tandem naturam ipsius febris.

APHORISMVS. XX.



QVæ iudicãtur, & iudicata sunt integre, neq; mouere, neq; nouare

uare

uare aliquid, siue medicamentis, siue aliter irritando, sed sincere.



Vm hactenus Hippo. de uictu egerit, nunc reddit ad euacuationem, & hoc Apho. ostēdit quando medicus totum opus naturæ debet committere, & quando non: pro cuius Aphorismi intelligentia est adnotandum, quòd hoc nomen iudicatio, ut habet Gal. primo de dieb. crit. & 3. de cris. non fuit primo inuentum ab aliquo medicorum, sed ab astantibus, qui maximam uidentes infirmi exagitationem ipsum esse ueluti sub iudice constitutum, iudicium expectātes de uita & morte dixerūt, ob quod deinde inualuit consuetudo, ut ea & indicatio, siue iudicium nuncuparetur. Quidam autem crisim communiter accipiunt, ut Gal. eam accipere autumant 3. de cris. primo ubi ponere uidetur sex crisis species: Verum Galenus ibidem ait, quòd ægritudo sex modis terminari potest, tribus quidem ad salutē & tribus ad mortem, quòd si paulatim fiat terminatio, ait Gal. non est per crisim, quòd idē quoque asserit Gal. neque uerum est, ut quidam asserunt, quòd crisis proprie sit subita mutatio ad integram salutem, uel mortem, quoniam Gal. inquit, Per iudicationem intelligo non perfectam mor-

Cap. 1.
Cap. 2.
3. de cris. ulti.
1. de uict. acut. 25.
2. eiusdem 15.

mutationem duntaxat uerum & effatu dignã
iam trasmutationẽ, aliud enim est esse propriè
risim, atque aliud perfectam crisim, subita nan
ue mutatio non ad perfectam salutem, aut mor
m, imperfecta dicitur crisis: insuper est adnotã
um, quòd in crisi tria potißimum cõsiderantur,
nũ quidẽ perturbatio præcedẽs euacuationẽ, se
ũdum autẽ euacuatio humoris faciẽtis morbũ,
& tertium mutatio ad salutem uel mortem eua
uationem consequens, unumquodque autẽ isto
um trium significatur per crisim, vt ex Gal. col
igitur dicente, quòd crisis significat permutatio 1. & 2. de cris. 1. et ultimo.
nem, atque multo magis agitationem, quæ præ-
cedit: in 2. uerò Aphoris. diffiniens crisim ait,
quòd est subita in morbo ad salutem, uel mortẽ Apho. 13.
mutatio: & pri. prognost. pri. dicit, iudicatio est
significans præcipitem in morbo mutationẽ, quæ
quadruplex existit, duplex quidem ad salutem,
& duplex ad mortem, & 3. de cris. ait: Sola igi- Cap. 2.
tur subita ad salutem conuersio simpliciter crisis
nominatur. Cum ergò crisis plura indicare uidea
tur, quis quæret, quid horum potißimum nomen
crisis significet an uerũ sit, quod dicit Gal. quod
simpliciter crisis conuersio subita ad salutem di- 3. de cris. 2
citur. Respondeo ex Gal. non est curandum, siue
quis uelit nominare crisim uniuersam ex morbo 1. de cris.
transmutationem, siue subitam tantum, siue con & eiusdẽ
turbationem omnes ueloces alterationes antece 1.
dentem

dentem, quòd sane repetit primo de dieb. criticis: primo inquiens hanc esse de nomine contentionem. At si nos uelimus considerare, quid sibi uocabulum ipsum importet, dubiò procul dicet, quod crisis dicitur turbatio subita, idest breui tẽpore durans, quæ fit plerumque ad salutem, nonnunquam etiam ad mortem, ita quod uelle uidetur, quod crisis tria illa complectatur, sed potissimũ ab ea pturbatione dicta sit, qua æger uelu ti sub iudicio constitutus apparet: Ad id autem
Cap. 2. ex 3. de cris. dico, quòd in primo capite declarauerat sex modis in morbis fieri mutationes, atq; duas non crises, sed morbi dissolutiones nominari quę paulatim fiunt: duas uero alias, quę ad mortem, non simpliciter crises, sed malas nuncupari, quæ uerò imperfectam facit mutationem ad sanitatem, imperfectam crisim dici: Quare cõcludit, quod sola subita conuersio ad sanitatem simpliciter crisis nominatur. Hac itaq; de causa puto ego, quod crisis tria illa cõplectatur, uerũ tamẽ est ꝙ modo magis ꝑ uno, modo magis ꝑ alio ponitur: Vnde præsẽti hoc Aphorismo potissimũ sumitur pro euacuatione, quæ ad sanitatẽ desinit
3. de crif. 1. & 2. ut dicit Gal. & Dicit igitur Hip. in 1. Aphorismi particula. [Quæ iudicãtur et iudicata sunt integre neq; mouere] ex quo sequitur, ꝙ ubi crisis nõ fuerit pfecta, oportet suplere, nos id quod deficit Gal. in cõ. ait ꝙ ubi uel integra iudicatio fa-

ta est, vel adhuc fit, oportet nos totum ipsi natu
e permittere, nihilque noui facere, sed victum
untaxat conuenientem instituere. & subdit, quod
lib. de humoribus Hippo. hanc eandem senten
iam habet, & solum est differentia, quod vbi hoc
oco ait ἀρτίως idest integre, in lib. de hum. inquit
ἀπαρτὶ, hoc est perfecte, quod vocabulum apud
ntiquos significat etiam cumulate, & sufficien
er, quæ omnia hoc loco per ἀρτίως, idest integre
unt intelligenda. Remouet deinceps Gale. duos
alsos intellectus orientes ex multiplici huius
vocis ἀρτίως significatione, quæ non solum inte-
re, sed & æqualiter, & nuper significat: vnde
(inquit) manifeste falsum est, si quis per id ver-
bum intellexit dies pares, quod nihil sit nouandũ in
is, qui diebus paribus vel iudicati sunt uel iudi
ãtur, similiter quod hoc nõ significet nuper seqẽntia
verba demõstrant, cum nuper alteri. s. iudicata,
lteri verò scilicet iudicantur nullo modo con-
eniat, dicit Gal. hoc ostendit rerum euidentia,
on enim aliquid nouandum est, quia nuper fue
it indicatum, sed quia perfecte, & integre, &
ndeficienter, quod si quid deficiat, oportet nos e
acuare, quod deficiat, in memoriam habentes
Aphorismum duodecimum secundæ parti, dicen
em. Quæ relinquuntur in morbis &c. Verũ quo
iam potuisset quis credere, quod medicus nihil de-
bet agere circa materiam, quam natura mouet,

ſed circa alia quidpiam operari poteſt, ob id in ſecunda Aphoriſmi particula ſubdit, hunc in modum ſcribens. [Neque nouare aliquid ſiue medicamentis.] Et quia forte poſſet quis credere, ꝙ, etſi medicamentis præſertim fortibus non ſit aliquid agendum, alijs tamen ingenijs aliquid fieri poteſt, ideo non contentus eo ſubdit Hippocr. [ſiue aliter irritando, ſed ſinere.] Hoc.n.addit, ut oſtendat, quàm deteſtandum ſit, quod quis uelit aliquid operari, cum natura ipſa molitur operationem. Galen. in fine comment. declarat, quęnam ſit perfecta criſis, ex quo habebitur quænam imperfecta dicens, ꝙ ea iudicatio perfecta eſt, quæ per omnia bene fit, neque ullus ei deficit numerus indicatorius ſex habens conditiones, ſi debet ęgrum omnino à morbo liberare. prima quidem conditio eſt, ꝙ melior eſt iudicatio, quę per euacuationem extra, & Leonicenus addit inferiorē, quàm quę per abſceſſum: at aliæ tranſlationes, vt & litera græca, non ita iacent, & Gale. in lib. de criſ. & alibi ſæpè criſim per fluxum nariū cōprobat: niſi dicatur, ꝙ licet ſit bona, melior tamen eſt, quæ per ſeceſſum, & vrinā, ſiquidem natura in ſanis per ea loca, non ita verò per nares excrementa euacuare eſt aſſueta. Dices,
2. Progn. 67. Gal. ait de Hippo. ſententia 2. Epid. non longe à principio, abſceſſus optimi ſi deorſum, & quàm longiſſime ab ægritudine abſiſtant, atq; potiſſimum

rum si coctione erumpant. item Aui. ait, crisis completa, & bona est, aut cum natura expellit materiam totali expulsione, aut cum permutatione, ergò crisis per abscessum bona est, atque completa. Respondeo ꝙ vult Gal. eam esse perfectā, quæ non solum liberat ab ægritudine, sed & nihil molestiæ relinquit; qualis non est, quæ per abscessum fit, licet liberet ab ægritudine; ea propter solum voluit Hippo. ꝙ dicta per abscessum sit optima, aliarum comparatione, quæ fiūt per abscessum. secunda autem conditio est; ꝙ solus humor peccans euacuetur, non autem alius, signum. n. est, ꝙ bonum à malo seiunctum est, & ꝙ virtus retentiua non est imbecillis, citius. n. imbecillitate nonnunquam humores non peccātes euacuantur. Tertia verò conditio est, quòd fiat recto tramite, idest, quòd seruetur directio, de qua Gal. in lib. de disect. ven. quam quidem euacuationem κατ' ἴξιν appellat, hoc est secundum rectum. item 3 de cris. Hepate patiente si fiat cri sis per fluxum sanguinis naris dextræ, splene verò patiente naris sinistræ, bona est, si verò cōtra fiat, mala: idem quoque de euacuatione à medico facienda, habetur 13. metho. & 4. de vict. acut. quæ res utique est experimento cōprobata, licet forte in aliquibus nō ita exquisite ratio euidens aßignari poßit, vt etiam asserit Galen. Alij verò dixere, quòd fiat recto tramite, hoc

2.4.tract. 1. cap. 2.

Cap. 3. & ultimo.

est per conuenientem regionem, vt sequent. dicetur Aphorismo, & septimo method. quæ enim in pulmone sunt, per tußim euacuare necesse est, quæque in ventre, per uomitum. Est & quarta conditio, quàm facile toleretur, vel vt alia versio, facile fiat, id est, sit sine malis accidentibus, neque prauum habeat morem virtutem prosternentem, quæ sanè conditio sibi conuenit, dum crisis efficitur, cum verò facta est, iuuet, & liberet ægrum, vt ex Gale. habetur: & quinta adhuc conditio, quòd sit cum coctione, de qua diffuse superius comm. 12. satis est dixisse, & Galen. 3. de cris. habet quòd nulla crisis perfecta, & conueniens esse potest, nisi optima concoctio præcesserit. At sexta & postrema conditio est talis, quòd fiat in die cretica, quandoquidem ex Gale. sententia, cum virtus est valida, seruat periodos, quas habet, ordinatas, cum crisis fiat in die iudicatoria, signum est, quòd natura præualet, & morbi materiam vincit: de hac etiam conditione primo de diebus criticis meminit Galen. vbi & omnes reliquæ prædictæ colliguntur, verum sub alijs verbis. & dicebat ipse, Si fiat crisis in die non critica timendum est de recidiua. Dices, Auic. tres solum uidetur ponere conditiones, inquiens, quòd melior crisis est completa, in qua est fiducia manifesta

[Margin notes: 1. prorrit. ultim. — Cap. 10. — 1. de dieb. crit. 11. & 3. de cris. 10. — Cap. 7. — 2. 4. tract. 1. cap. 2.]

ifesta apparens, quæ habet accidentia salua, quam aliquis dierum crisis indicat, & adit in die crisis laudabilis: item Auer. 4.col.4.
videtur ponere quinque duntaxat conditiones, squiēs crisis bona cognoscitur quinque causis: ona est, vt fiat in statu: secunda post bonam coctionem: tertia, vt euacuetur humor faciens ægritudinem: quarta in die laudabili: quinta, vt sit iudicata bonis diebus. Respondeo ad Aui. quod in illis tribus includunt sex illa Gale Cap.20.
ni: vnde Aui. deinde omnes enumerat conditiones, de quibus hoc loco Gal. vt ab eo omnia transcripsisse videatur: Ad Auer. verò dico, quod fuit diminutus, tacuit nanque quartam conditionem quod non fiat cum malis accidentibus, sed putauit satis esse, quòd mutatio bona sit, & terminetur ad salutem: Galen. autem explicauit eam conditionem, quoniam cum illa crisis perfectior est: item Auer. superfluus fuit, siquidem ait, quòd fiat in statu, & quòd fuerit indicata, sed si fuit indicata, & apparuerunt signa coctionis, necessariò in statu fiet, & ob id vna conditio alteram includit: vnde crisis quanto magis ante statum, tanto deterior fit: item cum dicit crisim esse præindicatam, id habe- 3. de cris. 3.
tur ex eo, quod dicitur, quòd appareat coctio, quòd si coctio apparebit, erit etiam præindicata: neque etiam præter Galen. conditiones

id ponendum est, quòd tota materia morbi euacuetur, nam stantibus sex conditionibus dictis, necessariò tota materia educetur. Sed occurret quisquam, nam Gal. in com. videtur, quodam modo concedere, cum inquit Hip. cum crisis fit integre, aut facta est integre, neque mouere &c. vt in sequenti com. quòd si crisis haud facta est, aut non fiat integre, medicus euacuare potest, quã

9.meth.5. quidem eandem sentẽtiam repetere videtur Gale. vbi ait, ꝙ inspecto sanguinis fluentis impetu, si ipse satis fore videbitur, qui solus, quod requirit, euacuet, naturæ rem omnem permittes, sin minus, tantum ipse detrahes, quo ex coniunctis ambobus perficiatur, quod postulas: contrarium

Cap. de cur. cõtin. cũ accid. tamen habet Gal. primo ad Glau. dicens, quòd si sit febris cum fluxu ventris spontino, & ꝙ non euacuetur, quantum deberet euacuari, non debemus mittere sanguinem, neque euacuare, & Aui. ventrem soluere super ventris solutionem est

4.1.3. timorosum. Respondendum est, ꝙ seruatis sex cõditionibus natura integre euacuat, etiam quòd tota materia non euacuaretur, id quòd remaneret, ita exiguum esset, quòd recidiuam efficere non posset, sed postea residuum id natura absq; medici adminiculo euacuaret: primo nanq; de lo.

Cap.2. aff. dicebat Gal. ꝙ indigent externo auxilio, quę ob magnitudinem natura superare non potest, at id residuum natura reducet ad benignum, unde

cum

um dicitur naturam integre euacuare, non intelligendum est, quod totum precise materiam peccantem euacuet, sed ita, vt non egeat medici beneficio. Ad Galenum autem dico, quod si sex adessent conditiones, non deberet se intromittere medicus, etiam quod non euacuaretur, quantũ euacuari deberet, siquidem residuum haud esset potens recidiuam efficere, non seruatis autem sex conditionibus, in primis si per abscessum fieret crisis, circa ipsum apostema medicus agere potest: si verò non solum materia peccans, sed & bona euacuaretur, & ob id virtus debilitaretur, operatio naturæ exhibenda, non autem iuuanda foret: at si per oppositam partem, ait Gal. in sequentis com. calce, cohiberi debet, si verò non præcedente coctione, dicit Gal. hæc erit tãto deterior optima, quanto statum anticipauerit, atque eo tempore virtus est inspectanda: quod si valida, vt poßit ad statum vsq; perdurare, permitte euacuationem, & digestionem accelera: si verò virtus est debilis impedienda euacuatio; Vnde ex his collige, quomodo in morbillis apparentibus ante coctionem sit procedendum: sin die non critica seruatis alijs conditionibus permittenda crisis, sed fiet recidiua: Vnde Gale. dicit nullum signum est fortius, quòd fiet recidiua, quam, quod crisis in die critica facta non sit. non tamen consequitur, fit in die cretica, ergò non recidiuabit, si-

3. de cris. 6.

1. de dieb. cri. 7.

quidem aliarum defectu conditionum recidiu
efficere potest. Ad propositum itaque redeunte
dicimus, ꝙ dum fit crisis imperfecta, medicus no
se intromittere debet, etenim nescit, an natur
multum paucumvè sit euacuatura: & hoc uolui
9. meth. 5 ipsemet Gal. 1. ad Glauc. postea uerò euacuabit
ut idem asserit. Vel dicendum est Gal. fuisse sen
tentiam, ꝙ non debet medicus magna afferre re-
media, sed leuiter iuuare potest, vbi sit certus,
ꝙ virtus perfecte vacuare non poterit: hic verò
vult, ꝙ cū sit integre, nec fortibus, nec leuibus
adiuuare debeamus. Sed quis adhuc instaret, ꝙ
medicus in die critica mouere dēt ex Auic. sñia
in generali dicentis, si natura non mouet, moue
4. de uict. acut. 76. tu hora motus eius, atq; ex ipso Gal. cuius hæc
sunt verba, exhibendum non solum in 4. sed pri
ma, secunda, & 5. Respōdeas velim, ad Aui.
ꝙ hora motus naturæ est, cum materia est conco
cta, qua quidem hora siue tempore conuenit non
euacuare. Vel dicas secundò, ꝙ litera correcta
ita iacet, Et si natura non mouet, moue tu motu
conuenienti motui eius, quæ sanè sententia se-
quentis est Aphorismi: ad Gal. verò dicerem, ꝙ
loquitur ibi de purgatione in pleuritide à princi
pio, qua die natura certe crisim factura non est.
Sed adhuc quis dicat, naturā semper integrā cri
sim moliri, nā expulsa vna parte materiæ, reli
quū minus resistet, quare virtus maius habebit
domi-

dominium supra residuum, si enim tota non resistebat, neque etiam pars resistet, ita, ut probibeat euacuationem. Respondendum est, quod à principio natura dominium habet supra materiam, ut partem, non totam expellat, licet enim tota materia magis resistat expulsioni totius, quàm pars rebellis resistat expulsioni suiipsius, tota tamen minus resistit expulsioni partis digestæ, quàm pars dicta rebellis expulsioni suipsius. Dices, uirtus stimulata materiam peccantem expellit, sed expulsa parte una, residuum non ita stimulabit, ergò uirtus non expellet, neque unquam crisis cōpleta efficietur. Dicere possumus, quod id iterum est in expulsióne symptomatica, quæ fit ex stimulatione, expulsa nanque parte una, residuum fortè non ita naturam irritabit, sed crisis, quæ fit digesta materia, non eo modo fit, in materia enim expellenda natura uim inducit, qua expellitur.

APHORISMVS XXI.


Væ ducere oportet, quò maximè natura uergit per loca conferentia, eò ducere.


Vm in præcedenti Aphorismo docuerit Hippocra. quæ à medico ducenda sunt, quæ scilicet ut Gal. aßerit in com. non iudicantur, quæque non integre iudicata sunt: nunc uerò docet per quam partem sunt euacuanda, quod est unũ ex quatuor cõsiderandis in euacuatione, modus scilicet euacuationis: uerum tamen est, quòd hi duo Aphorismi cum sequenti melius ordinantur in libro de humoribus, ubi de his meminit, sed post præcedentem ponit sequentem, demum & hunc: scribit itaque Hippo. [Quæ ducere oportet] hoc est, quæ neque iudicantur, neque iudicata sunt integre: deinde Hippo. (vt dicit Gale. in comm.) docens per quam partem sunt euacuanda, dat nobis duplicem intentionem, & ipsam partis naturam, quòd scilicet conferens sit & motum humoris, scribens [Quo maxime natura uergit per loca conferentia, cò ducere] cur autem prædicta à medico euacuanda sint, habet
2. Aph. 12. Hippo. scribens: [Quæ relinquuntur in morbis post iudicationem recidiuas facere cõsueuerũt.] Declarans uerò Gal. quæ sint loca conferentia, ea eße ait, nempè intestina, uenter, uesica, uterus, cutis uniuersa, item palatum, nares, cum uel purgamus cerebrum, uel fit sanguinis uacuatio per sanguinis profluuium, idque præsertim se-

undum loci patientis rectitudinem: nam ſangui-
is profluuia, quæ contra fiunt, mala ſunt: de qui 11.met.19
us quidem locis conuenientibus in euacuatio-
e agit, dicens, Inteſtino, uentriculo, meſenterio,
oncauis iocinoris, inteſtinum rectum, renibus ue
icæ, iocinoris gibbis, uenæ cauæ, arteriæ ma-
nę, & omnibus, quę in lumbis, eum, qui urinis
eſt delegatus, pulmonibus, & pectori aſperam
arteriam, & fauces cerebro, & eius inuolucris
eum, qui per palatum, & nares deſcendit locum.
nec non ubi etiam declarat, quòd in omnibus fe- 7.met.ult.
rè ęgritudinibus materia peccans per ſudorem 3.de criſ.3
euacuari poteſt. Dices, uidetur Gal. diminute ad
modum enumeraſſe loca purgantia cerebrum,
nam pręter ea purgatur quoque per commiſſu-
ras, & aures, ut ex eodem colligitur ubique. Bre 1 de tuen.
uibus reſpondendum eſt, quòd Gal. hic enume- ual.
rat loca, per quę criſis fit materierum exiſten- 9.de uſ.pri
tium in capite, & per quę perfecta criſis effici- mo.
tur: unde neque parotidas recenſuit, per quas 2.Tech.13
criſis fit imperfecta. Poſtmodum Gale. in comm.
agens de motibus humorum noxiorum ait. Hu-
mores mali mouentur, aut motu conuenienti per
euacuationem, aut motu incompetenti, cum ſci-
licet ad loca inutilia mouentur: Porrò loca ſunt
inutilia, cum hæc ſua natura aliquem principa-
tum habuerunt, ut ſubſequuturum ſit maius dã-
nũ, quàm morbus: qui iudicatur, expoſtulat; vel
cum

cum id membrum, ad quod transmittitur, nullam habet effluxionem, exẽplum est, Humores in hepate existentes, et egentes euacuatione duas habẽt cõmodas motiones, prima quidẽ est p uentrẽ, quæ duplex est, una p aluũ inferiorẽ, quæ melior est, & altera p uomitũ: secunda autẽ est p renes & uesicã, cũ ꝑsertim est in parte ipsius hepatis gibba, qui uerò motus est ad pulmonem, ad thoracem, ad cor non est bonus. Subdit Gal. ꝙ medicus debet considerare naturæ motum, cui, si fuerit idoneus, debet adminiculari, si verò contrarius, & noxius, eum prohibere debet, transferre, atque diuertere. Dices, si id foret, ergo non esset bonum neque medicum, neque naturam à toto per secessum euacuare, tunc enim humor mouetur ad hepar, quod est membrum principale: itẽ humor in pulmone non deberet per urinam, neque per secessum uacuari: à pulmone nanque educeretur ad cor. Dico ego, quòd materiam non esse educendam per membra principalia intelligitur, ut ad terminum ad quem, sed materia uacuanda per secessum à toto, uel pulmone non ducitur ad cor, & hepar, ut terminos ad quos, sed transit per ea, neque firmatur: quoniam alio modo uacuari nequit, neque ex eo transitu nocumẽtum consequi ualet, quin maius ex euacuatione iuuamentum consequatur: Proinde quo nam pactò agnoscatur, qua uia natura sit factura crisim,

im, ostendit Gal. inquiens, si morbus fuerit acu-
us, & calidus, & crisis futura sit, in primis pe- 3. de cris. ult.
iodis per excretionem fiet: si uero morbus diu-
urnus, & tardus, ubi vrinæ tenues, & crudæ
ongo tempore fuerint, per absceßum fiet: quòd
i urinæ multæ & cum plurima subsidentia, sen-
im finiet morbus: si crisis proxima, & aluus prę
er rationem comprimatur, vel vrina, rigorem
berare oportet: si uerò hoc, distinguendum est,
n sudor post ipsum sequatur, vel vomitus, vel
ubductio ventris, vel aliquid, vel aliqua horũ,
el omnia, & primum inspicienda est morbi spe-
ies, si exquisite incendens, statim certior rigo-
is pręcognitio: incendens enim biliosum, tale ue
ò uehementius motum rigorem facit; postea cõ
iderandum an vrinis tantum, vel etiam aluo
ompressa riguit, si ambobus, sudor multus, si vri
is solis, considerandum, an alui excrementa an
e crisim plura, vel pauciora: si enim multa, ma-
ifestius naturę motus ad hunc locũ est agnoscẽ
us, si pauciora ad sudores: q si etiam vomitus si
na affuerint per ambas excretiones terminabi
ur, vel magis per alteram, quæ magis pręuale-
it, uel ęque per utranque quando ęqualia indi-
ia fuerint: si non affuerint signa uomitus, soli su
ores expectandi, & magis si cum delirio incre
erit acceßio, & partes calidiores, & rubidio-
es fuerint, et uapor calidus affuerit, q antea nõ
aderat,

aderat, si etiam pulsus undosus, et insigniter mo lis sudores adhuc amplius expectandi, durus a tem magis uomitus, quàm sudores præostendit altus enim & vehemens indicia sunt omnis ex cretionis, si uerò magnus fuerit signum est mo tus ad exteriora potius, quàm ad interiora: cum autem qui ad exteriora sit duplex, si pulsus un dosus, sudores, si uerò magnus simpliciter flux sanguinis ostendet, cum uerò motus ad interio ra quoque sit duplex per aluum, & stomachum si non fuerint signa vomitus, per aluum crisi fiet, si uerò affuerint, per vomitum potius fiet quòd si cum eis fuerit alui profluuium, per vtr que crisis fiet, inæqualis pulsus licet in pluribu crisibus fiat, & præcipue quæ non sine pericul & pugna, tamen multo magis fit, cum biliosi hu mores ad uentriculum transmittuntur, stantibu etiam alijs signis uomitus ab Hippocra. scriptis inæqualis enim omnino tunc pulsus fit, cum gra uatur, & mordetur stomachus: de signis auten ex pulsibus nihil Hippocra. sunt autem vomitu signa, de quibus meminit Hippocra. cordis mo sus cum dolore capitis, & vertigines obortæ, te nebrosa oculis obiecta, agitatio labri inferioris, sputum multum, & tenue defluens, quę omnia fiunt bile in uentre, & stomacho collecta: proflu uij sanguinis signa, motus fulgoris oculis appa- rentes, est etenim humor flauus obtusiones, quia

uapor

vapor multus est, totus simul ascēdēs meatus obserat, lachrymę ob multitudinem fluxus, rubidi oculi, & partes adiacentes, tensio pręcordiorum sine dolore, difficultas anhelitus ob transitū sanguinis in thoracē, & ipsius profluuij propria hęc sunt: dolor autem capitis communis est etiam vomitibus, sed grauis, extendens, & pulsans sanguinis profluuij signū est, mordax verò uomitus signum est: inflammationes viscerum sub pręcordijs sunt causę & signa sanguinis fluxus, & per quam narem fluxus, porrò consideradā & ętas, tempus anni, regio, ęgrotantis natura, atque huiusmodi: Verum si adsunt signa crisis absque signis sudoris, vomitus, & fluxus sanguinis per nares, crisis & per aluum, & per vterum, & per hęmorroidas fieri potest, sin lumborum grauitas, magna tensio, & dolor per menstrua, vel per hęmorroidas, inter quas difficile est distinguere, in his potißimum, in quibus sunt consuetę, si autem perturbatio ventris, per aluum defluxus. sanguinis igitur fluxus ex Gal. sententia, et vomitus propria, & manifesta sunt signa, post hęc uero sudorum: si verò per aluum crisis futura sit, nullum signum est manifestum, & proprium: sed quomodo cognoscendum ex absentia aliorum signorum cum pręsentia signorum crisis, dictum est, nec non quomodo distinguendum an per aluum, an per hęmorroidas, an per ipsa menstrua:

menstrua: quòd si per abscessum crisis futura sit, signa communia sunt, quòd speretur de ægri salute, et morbus nō soluatur, et urina nec multa, nec multū habēs sedimentū sed cruda, et tenuis mingatur: propria verò signa sunt morbi nō diuturni, si difficilior subito fiat anhelitus, deinde quiescat, et subsequatur capitis grauitas, et dolor, et somnus grauis, et surditas, fiet abscessus in carnibus glandosis post aures per parotidas: si uerò morbus iam diu durauerit, & signa prædicta non affuerint, in locis uerò inferioribus vel grauitas, uel tensio, vel inflammatio, uel dolor apparuerit, fiet abscessus in inferioribus. Ad dictorum autem confirmationem citat Gal. Hippocr. verba in primo epid. sect. 2. à contextu 52. usque ad 59. nec non ea quæ in 3. prog. à contex. 25. usque ad 35. & antea in contex. 13. & 14. leguntur: insuper & 2. progn. 64. 65. & 66. & in eiusdem primo à contex. 34. usque ad 37. Cæterum est animaduertendum, quòd tot non sunt addendæ limitationes, ut nonnulli faciunt, qui frustra addere contendunt, ꝙ ægritudo salubris, & uirtutis sit fortis, siquidem in ægritudine mortali & uirtute debili non est euacuandum, ut sæpè dictum est, neque si euacuandum per secessum limitandum est nisi intestina ulcerata sint, propterea quòd vel non sunt loca conferentia, vel id est per accidens, non per se: neque minus ad-

dendum,

lendum, quòd sit cōcoctus humor. nam et humor
uacuandus ante coctionem per loca conferentia 2.de uict.
uacuari debet: Vnde ait Gal. pro eorum, qui in- acut. 10.
flammationem pariunt, humorum: uergentia, in
clinationeq; uacuationes facit Hippoc. Nempè
quod dicit &c. et hunc allegat Aphorismum. cla
rum autem est, quòd humor ibi non est conco-
ctus: Quare melior est ordo horum Aphorismo-
rum in libro de humoribus, quòd scilicet vigesi-
mus secundus hunc præcedat Aphorismum. 2.pror. 58.
Dices contra Gal. ex ipso met. Aluus in quouis
morbo profluens sine coctionis signis nihil iuuat,
si uerò implacidius operata fuerit præter id ꝙ
nihil iuuat, noxam etiam attulit. Quare non de
bet medicus iuuare naturæ uacuationes, quæ non
iuuat, uel etiā nocet: nam & euacuatio à medico
facta nō iuuabit, & poterit quoq; nocere: itē A-
uic. inquit, ꝙ euacuatio iuuatiua est, quæ fit post 2.4.tract. 1
digestionē ꝑ uētris fluxū, uomitū, & alia istiusmo 64.
di & quando abbreuiatur uacuatio, postquam in
ceperit, oportet ut adiuuetur: & quando super
fluit euacuatio, & nondum incepit digestio, tunc
non est illud cuius iuuamēto sit innitēdū: hæc A-
ui. Quare cū ante coctionē à natura fit euacatio,
si nō iuuat, neq; quæ à medico iuuabit. Respondeo
ꝙ Hip. & Gal. de euacuatione loquūtur ꝓseruati 2. de rat.
ua, quæ à medico ante coctionē efficitur, ī qua etiā ui.acut. 10
medicus humoris motū æmulatur, vt facilior fiat

euacuatio: cũ uerò natura symptomatice ante coctionem operatur, naturæ motus haud est imitandus, sed cohibendus, si eo natura debilis efficiatur: atque hoc uoluerunt Galen. & Auic. Dices, si post coctionem fieret crisis per vrinam, vel aluum, & per sudorẽ simul, ut Gal. id contingere 3. de cris. ultimo. posse confirmat, atque ea esset imperfecta, quianam hoc casu esset agendum? Respondeo, ꝙ ut asserit Auic. rarò accidit crisis per solutionem uẽ 2.4. trac. 1 cap. 9. tris cum sudoris dominio, aut vrinæ fluxu, quòd si quandoq; fiat, tunc medicus per eam uiam magis ducere debet, ad quam natura magis uergere uidetur: quòd si æqualiter vergere uideatur, magis per secessum debet euacuare, quàm per sudorem, tum quia uia magis naturę consueta, tum etiam quia per aluum materiæ euacuantur, & craßiores, & tenuiores: per sudorem autem ex Auicenn. fortasse non egreditur nisi illud, quod 2.4. trac. 1 cap. 68. subtile, est tenue paruum.

APHORISMVS XXII.

Concocta medicari, & mouere non cruda, neque in principijs, nisi materia turgeat, plurima verò non turgent.

Hot



Oc Aphorismo ostendit Hippo. quo tempore facienda est euacuatio: sed pro huiusce Aphorismi notitia nonnulla uocabula sunt declarãda, nempè quid per concocta, & cruda intelli-
it Hippo. uidendum autem prius est, quid sit co
io, atque quotupliciter accipiatur, nec non &
uditas ipsa. Arist. 4. metheo. coctionem defi
t, quòd est perfectio à naturali, & proprio ca-
do ex appositis paßiuis, hæc autem sunt pro-
ia unicuique materia &c. ex qua quidẽ defi-
tione habetur, quòd coctio nil est aliud, quàm
rfectio quædã, quæ ex caloris naturalis actio-
habetur, qua permiscetur humidum cum sic-
: ex quo habetur agens, calor scilicet natura-
s, & materia, nempe humidum & siccũ, in quæ
lor agit: humidum autem est aqueum, & quan
oque aereum unà cum eo, sic cum uerò terreũ
se necessum est, quoniam ex Arist. sententia
uod coquitur, craßius fit, & consistentiam obti
et, quod quidem non fieret, nisi adesset siccum
rreum, à quo res consistentiam poßident: sub-
it autem Philosophus, ꝙ finis coctionis est ipsa
atura, quæ non est materia, sed forma, quæ se-
undum Gal. est tẽperatura cal. frig. hum. & sic.
uã mixti subʾſtiã esse voluit: & Aue. quoque
. metheo. concedere uidetur hanc formam esse

 comple-

complexionalem, quæ disponit pro forma sub-
stantiali, atque hæc coctio fit in fructibus, e
alimento: Verum quoniam non solum in alimen-
to coctio reperitur, sed etiam in aliȷs, ut in m
sto, tuberculis, & aliȷs apostematibus, ideo sub
dit Arist. quòd talia dicuntur cocta, cum sunt
aliquã formã transmutata, ob quã nobis utilior
efficacioraq; redduntur: Ex quo sanè loco for
occasionẽ sumpsit cõmunis opinio eorũ, qui tenẽ
ꝗ coctio duplex sit, altera quidẽ in iuuatiuo, alt
ra uerò in nocitiuo, atq; hæc duplex altera, qu
humor semimalus corrigitur, et a natura restitu

2. Aph. 17. tur, vt inqit Gal. sanguinem & uinũ omnino a
dũ nõ reddere in pristinã naturã, reddit autẽ pa
uo ĩ eo facto momẽto: altera uerò est qua humo
ita malus, vt restitui nõ poßit, paratur ad expu
sionẽ cũ attenuãdo, si craßior, aut incrassando,
tenuior, aut detergẽdo, et incidẽdo si lẽtus, et ui
scosus extiterit, siquidẽ Gal. sentẽtia fuit 6. epi
sect. 5. com. 6. ꝗ coctione omnia ad mediocrẽ tẽp
riẽ deducũtur: atq; hoc modo uolũt humores m
los concoqui à bonis seiũctos, in ꝗbus nil prorsu
reperitur, ꝗ in substãtiã mẽbri couerti poßit, a
que nutrire: Quã ẽt opinionẽ traxisse uidẽtur e

1. doct. 6. cap. 3. Auic. ubi de digestiua uirtute loquitur, cui hæ
prædicta attribuit. et ait, quòd digestio in gross

1. 4. trac. 2 cap. 7. est æquatio eius cum subtiliatione, in subtili es
ęquatio eius cum incrassatione, quo quidem loc

de

digestione materiæ facientis febrem verba fa
t: Huic quoque sententiæ fauere uidetur Gal.
quiens, quòd nomen coctionis oportet intelli- 2.d cui. acut. 44.
ere ab Hippo. dicente, cruda biliosa &c. in uni
ersaliori significato: est autem uniuersalius,
um natura causis fortior fuerit, easq; suo robo
e permutauerit, quo quidem significato dici-
nus coqui urinas, licet ex eis coctis nō alatur cor
us, similiter & catharrū, uel corizā, uel humi-
litates ex oculis fluētes: pariter et bilem uel cru
lam uel coctā esse pronūtiamus. Et hæc est Ari.
ententia 4. metheo. præcitato, ubi de prædictis
ermonem habet. Hanc planè sentētiā sequi uide
ur Curtius ipse, ubi de coctione agit, nec nō Ma Lib. 13. epistola 1.
nardus Ferar. Veruntamē hæc opinio non est ip
sius Gal. qui primo. 2. & 3. de pot. natural. osten-
dit quatuor esse facultates naturales, atque uni
uscuiusq; munus suum proprium siquidem attra
ctiua attrahit affine, quòd membro aßimilari ne
cesse est, si ex eo pars nutriri debet, aßimilatio
autem fit à propria partis temperie: oportet au-
tem, quod apponatur, & uniatur: quæ non fiunt
sine munere contentiuæ non permittentis appo-
situm hinc inde dilabi: postea necessaria fuit
expulsiua, quæ expelleret excrementa in omni
coctione necessariò genita: Proprium igitur mu
nus coctricis est succum membro aßimilare,
vt declarat Galen. locis citatis, & 6. de decr.

Hip.& Plat. vbi ait, q vt ex ligno ignis in sim lem sibi formam commutat, & generationem simul, & alimētū suscipit, ita & plantæ, & animalia sibi ipsis simile alimētū reddere cōspiciuntur quod ex semicoctis excremētis licet colligere q̄ similia subinde fiunt corporibus, quæ aluntur, quorum scilicet sunt excrementa: Vnde & Gal. ai rit, coctionem esse quādam alterationem, & transmutationē eius, quod nutrit, in propriam illius quod nutritur, qualitatem: Quòd autem ubi nulla intercederet affinitas inter membrum aßimilans, & humorem alterandum, & aßimilandū uirtus concoctrix, quamuis naturaliter agat, i huiusmodi humorē non ageret, declarari potest ex Gal. qui cum pri. de pot. nat. dixißet, non ex omnibus cibis omne animal esse aptum nutriri quoniam impoßibile est omnibus entibus aßimilari, & ea inuicem transmutari, nisi aliquam habeant communitatem, atque in qualitatibus affinitatē, ueluti huius causam reddens 3. eiusdem 6. dicebat, contentiua continet, vt membrum eo perfruatur, quod continetur, si autem eo perfrui debet, opus est, vt id desideret, omnibus autē (inquit) animalis partibus desiderium est conueniētis qualitatis, & auersio quædā, vt odiū, alienæ, sed quando desiderant, rationabile est, ut attrahant, cum uerò abhorrent, ut excernāt: ex quibus patet, q si humor nullā omnino habuerit

2. de pot. nat. 4.

Cap. 10.

affinitatem,

ffinitatẽ, qua pars eo frui queat, nullo modo cõ
entiua eum continebit, neque ex consequenti co
ctrix coquet, sed expulsiua, vt omnino odiosum
alienum expellet. Vnde Gal. dicit, oportet igitur
excrementum siue calidum id, siue frigidum ip- 4. de tuen. sanitate in principio.
sum aut expellas, aut certè alteres, recipit autẽ
non omne excrementum alterationem à natura,
siquidem nec omnis cibus in cuiusuis animantis
ventre coquitur, sed cognatio quædam ei, quod
concoquit cum eo, quod coquitur, esse debet:
quod omnino alienum est, nulla fieri ratione po-
test, vt id ex natura gratiam accipiat, sed educe
re id quàm primum est tentandum: Quamobrem
manifestum est, ꝙ humor vbi non possit à natura
assimilari, non attenuabitur, aut incrassabitur,
vt præparetur expulsioni, quoniam oporteret
eum contineri à contentiua, quæ (vt dictum est)
non continet, nisi intercedat affinitas: Item si
pars sua ui prępararet ad expulsionem humo-
rem, qui nutrire non potest, esset animal intelle-
ctu præditũ, quod haberet vim eligẽdi, quod me-
lius, ut de ventriculo dicit Gal. his verbis, Non 3. de pot. nat. 13.
enim quia norit ad quid vtilis erit humor anima 2. Aph. 3.
li ipsius facit pars generationẽ, nisi debeat talẽ
habere intellectũ, qualem habere oportet ciuita-
tũ gubernatores, sed animalis quidẽ opifex illũ
habet intellectũ, pars verò (vt ostensum est) po-
tẽtijs regitur naturalibus, tũ alijs quibusdã, tum
 alteratiua,

alteratiua, per quam sibi ipsi aßimilat alimentum. Mihi igitur dicendum uidetur, quòd uirtus concoctrix, cùm naturalis sit, & naturaliter agens unum duntaxat proprium munus obtinet, quod est immutare, atque aßimilare siue humor bonus, siue malus sit, quod si bonus erit perfectè aßimilabitur, atque eo pars nutrietur, conuenientem nanque habebit affinitatem cum par-
Cap. 10. te, de qua Galen. primo de pot. nat. & tunc si corpus bene se habebit, aut tota materia, aut maxima eius pars aßimilabitur, & nutriet: minima uero semicocta, & perfecte supata remanebit, vt
1. epi. sec. ait Gal. Quod si humor erit malus, & affectus
2. com. 44. prẹter naturam, alienusq́; à natura partis alterantis, parum quidem erit eius, quod aßimilabitur, multum uero fiet semicoctum non potens nutrire, vt præcitato loco asserit Gal. id tamen multum, quod non nutriet, saltem quo ad colorẽ aßimilabitur, vt patet in puris generatione, de quo Gal. primo progn. ultimo, excrementum enim etiam fit simile parti, cuius est excrementum, vt ex Gal. superius dictum est, cum enim humor qui
6. de decr. Hi. et Pla. perfecte coquitur cum excrementis sit mixtus, tunc cum uirtus concoctrix in bonos agit succos, ex consequenti & ipsa suscipiunt uirtutis coctionem, quare aßumunt etiam aßimilationẽ quam poßunt, vtpote quo ad colorem, etenim contentiua continens bonum, aptumq́ue nutrire

consequenti quoque malum continet humo-
m cum bono permixtum. Quod autemea-
m uirtus bonos coquat humores, atque ma-
r, facile declarari potest, iam enim dictum est,
òd coctio bonorum humorum est deductio
ædam in substantium coquentis eius quod co
itur: quod sane aßimilatur actioni uirtutis
teratiuæ, cuius quidem scopus is est aßimila
quod alteratur, vt habetur à Galen. Quod
erò eadem uirtus sit concoctrix etiam morbi, 6. de decr. Hippoc. & Plat.
bet Galen. primo epid. ubi dicit, Coctio na-
ralis maturatio est morbi, hæc autem coctio 1. & 2. & 3 de pot. na.
t in coquentis substantiam deductio quædam
ius, quod coquitur, & in commen. 46. ait, At 4. de vs. pa. 12.
ue meministi omnem coctionem morborum fie
i in alteratione humorum, etenim pertensa 5. Aph. 39. 1. de sem.
st per solida corpora natura, quę eorum est 1. epi. sec. 2 44.
irtus, coctionemque à solidis corporibus sa-
is humores consequuntur, nam si hæc ipsa ę-
rotent, in habitum iam hic est morbus, &
onnullos in extremum adducit discrimen, cu
rari autem prius nequit, quàm suam uirtutem
olida ipsa recuperarint corpora, quę in symme
ria posita est cal. frig. hum. & sic. & ubi dicit
Hippo. [si urinę tenues, & crudæ in principio 4. de rat. ui. 44.
morbi non purgandum, sed corpus quiete permit
ere, ungere, et ęqualiter cõtegere oportet] Gal.
n commen. inquit, quòd Hipp. sententia fuit hęc
fieri

fieri, vt adminiculetur coctioni morbi, quę fit à virtute alteratrice alimentum corpori alito aßimilante: Vnde dicit, quòd coctio nuncupatur nutrituræ substantiæ permutatio secundum qualitatem existens, & tandem declarat ipse, quod eisdem præsidijs debemus adminiculari coctioni morbi, & ventriculi, cum hæ & ab eadem virtute, & eodem modo efficiantur: idem quoq; sensit Gal. de generatione puris, nec non & primo prog. com. vltimo, atque alijs plerisque in locis: ex quibus etiam colligitur, ꝙ partes prȩsertim solidȩ membrorum coctionē operantur, quo fit, vt in generatione puris humor, qui in pus conuertitur, fiat albus, vti sunt & partes solidȩ, pariter & sedimentum in vrina subsidens album, quoniam venarum tunicæ albȩ sunt, à quibus sedimentum gignitur, vt docuit Galen. Manifestum igitur est ex dictis, ꝙ eodem modo, atque eadem est coctio & nutrimenti & morbi, semper .n. virtus concoctrix, quantum potest, humorem mēbro conatur aßimilare: plura autem, vel pauciora contingit esse excremēta, quę in coctione gignūtur, prout humor erit, & melior, deteriorvè, vti dictum est: Vnde cum materia faciens morbum, quantumcunque mala coquitur, semper aliquid ad nutriendum congruum poßidet, quod exquisitam recipit coctionem: reliquum vero, quod est excrementum secundum calorem duntaxat aßimilatur

5. de simp. med. 5.

1. progn. ulti.

milatur

milatur, quod tandem protruditur, cum separauit natura bonum id apponendo membro, vt eo nutriatur: Qua de re Gal. in hoc com. ait, ꝙ natura videtur post coctionem humores discernere, & superfluitates expellere: insuper etiam dicit ipse, vt bona iudicatio fiat, oportet coctionem pręesse, subsequi vero discretionem, atque postremo euacuationem. Coctio igitur nutrimenti non specie differt ab ea morbi coctione, cùm vt ostensum est, ab eodem agente fiant, & eadem sit materia, atque finis, in vtraque nanque calor agit, vt parti humorem aßimilat, & illa eo nutrietur, ex qua quidem actione in vtraque aliquid perfecte coquitur, & aßimilatur, aliquid vero non perfectam suscipit aßimilationem, & semicoquitur, quę sunt excrementa; sola autem est differentia, ꝙ plurimum boni humoris perfecte coquitur, minimum vero semicoquitur, morbosi vero è conuerso plurimum semicoquitur, & paucum perfectè coquitur: Dico insuper, quod ad coctionem, qua fit aßimilatio iam dicta, contingit humorem attenuari, si craßior est, uel incrassari, si tenuior, atque hunc in modum vis alteratrix alterando, & aßimilando (quod est proprium eius munus) per accidens, & viam sequellę pręparat humorem ad expulsionem. Dices, Gal. vbi loquitur Hippo. de coctione excrementorum in expositione eorum verborum [Deiectionesque

4. Aph. 21

4. de uict. acu. 4

iectionesque & liquidæ, & pallidæ fiunt] ait, coctio omnia cogit, incrassatque, non igitur uidetur, quòd humor crassus in huiusmodi coctione attenuetur: quod quidem repetit quoque Gal.

Com. 33. 3. de pot. nat. 4. Lib. de op. sect. 4.

2. progn. Respondendum est, quòd vt colligitur ex Galen. quæ coquuntur oportet, vt prius fundantur, & liquentur, vt satis conuenienti modo & alterari, & assimilari possint, qua sanè liquatione facta, deinde coctio procedit incrassando, quare cum humores in nobis crassi sunt, vt à natura facilius coqui possint, exhibemus, quæ

2. Apho. 9. Lib. de tenui dieta.

attenuent, vt præcipit Galen. 24. commen. huius, & alibi. dico itaque, quòd liquatio, & attenuatio crassorum humorum non est coctio, sed præcedit coctionem. Manifestum igitur est ex dictis, quòd cum medici exhibent syrupos, vt concoquant humores, non est, quòd syrupi coquant, sed solum aut remouent impedimenta coctionem prohibentia, aut augent, uel conseruant calorem, à quo fit coctio, vt sæpe dictum est: imprimis nanque si humor coquendus crassus sit, crassities eius coctionem prohibebit, quare vt opituletur naturę, medicus conatur remòuere crassi

2. Apho. 9.

tiem adhibita tenui uictus ratione, vt sensit Gale. est autẽ tenuis uictus ciborũ usus aut generãtium humores tenues, aut alios humores attenuantium, vtpote sunt amara, acria, & tandem calida, vt in lib. de ten. uict. habet Galen.

qualia

qualia censentur allia, cœpæ, nasturtium, porrum, sinapis, origanum, calamentum, sisimbrium, pulegium, saturegia, & thimus; quæ uiridia inter edulia, siccata uero inter pharmaca enumerantur, similter capares, eruca, apium, & anethum, qua de re Galen. inquit, quod cum in pleuritide egeamus præparantibus mate riam per sputum euacuandam, si eger fastidierit mulsam, & ptissanam, dandi pisces saxatiles ex aqua, & marrubio, & anetho, & sale parati similiter in obstructionibus factis à crassis humoribus reserandis prędicta sunt porrigenda, quę & attenuent, atque abstergant: Vnde turgente quoque materia si tales adsint humores, iubet Gal. commen. 24. huius, quòd arripiatur occasio exhibendi melicratum cum habentibus uim extenuãdi, et, ubi oriatur febris ex multis craßis, & glutinosis humoribus misso sanguine, quod dentur aut nutrimenta, aut pharmaca detergentia: hoc itaque pactô hæc attenuantur, non autem concquũtur, sed natura post attenuatione cõcoquit: ob id Gal. 4. de tuen. sanit. cum docuit ratione attenuandi humores crassos docet, qua ratione procurãda sit coctio, inquiens, q si crudos iã succos satis attenuatos speras uinũ dabis, q & substantia sit tenue, & colore fuluũ, album uè, hoc enim et ad succi bonitatẽ, & coctionem facit, illud urinã mouet: et paulo infra subdit, crudi

1. de rat. ui. acut. 27

8. meth. 4.

di succi, intus contenti attenuandi, concoquendi que sunt. Est autem notandum, quod crassa dupliciter attenuari possunt, altero quidem modo, cum dura, & sicca miscentur cum liquidis, & humidis, vt cibos prius masticatos miscemus cum humidis & liquidis in ventre, vt facilius coquantur: quare primo de pot. nat. 4. ait Gal. chylificationem esse diuersam a coctione, quam in ventriculo præcedit: altero autem modo fit attenuatio à calore attenuante concreta, sicut glacies, cum hæc non possunt attenuari à calore naturali ob imbecillitatem, exhibitis calidis facilius attenuantur, siquidem calor naturalis licet crassa nonnulla attenuare valeat, validius tamen coquit, quã attenuet, cum in gradu non valide excedat: primo quidem modo ex commixtione humidi cũ siccis fit attenuatio in fructibus arborum, quæ precedit coctionem, in principio enim sui ortus sunt valde duri, atque sicci, postea molles fiunt, & tenues facta humidi cum sicco commixtione: alio verò modo syrupi coctioni, quæ fit à natura, auxilio eße possunt, cum enim maximè caliditas febrilis debilitat virtutem partium concoquentiũ, syrupi frigidi, & pariter victus frigidus & humidus calorem iam accensum remittentes in partibus solidis, adaugent uirtutem extensam per ea membra, quæ postea melius concoquit, neque tale: syrupi exhibentur, nisi humores sint tenes

atte-

ttenuatione haudquaquā egentes: Nisi aliquā
o cōtingat opus esse dare attenuātia ob humo
es crudos quotidie genitos virtutis ībecillitate,
uæ ex febre, alioue huiuscemodi morbo debilis
fficitur: Distinguitur autē infrigidatio, quā ex
yrupis quærimus, ab ea, quam molimur aqua fri
ida data post coctionem, & in summo feruore
ccessionis, hæc enim in magna exhibetur quan
itate, vt maxima flamma extinguatur: syrupi
it traduntur, vt sanguinem frigidiorem reddāt,
e vergat ad bilis naturam, & vt occurrant ca
iditati, & siccitati euenietī partibus solidis ex
ebris caliditate, atque siccitate: sunt etenim sy-
upi cibi medicinales, quibus indigemus ad hu-
usmodi solidorum humectationem, vt Gal. asse- 4. Aph. 13
it dicēs, ꝙ aqua nec exterius, nec interius adhi
ita natura apta est solida animalis humectare:
Quòd si pars aliqua sit labefactata, & laxata,
vt ventriculus, syrupi ex habētibus vim adstrin
gendi cum moderata caliditate exhiberi possūt,
si non adsit valida præter naturam caliditas, vt
syrupi ex succo citoniorum, ex menta, ex corti-
cibus citri cum eruo, vel cinamomo, vel modico
piperis, item cum nardo, qui extenuat, adstrin-
git, & calorem auget moderate calefaciendo,
quæ omnia in casu conueniunt: Quòd si velimus
calorem seruare, aut debilem augere, neque o-
us sit aut attenuare, aut infrigidare, aut mem
brum

brum laxatum cohibere, tunc utendum est som-
no, quiete, unctionibus, tegmento, cibis mod-
4.de uict. rate calidis, vt affirmāt Hip. & Gal. possent q-
acut.44. netiā confici syrupi ex modice calefacientibus,
cet non necesse esset. Dices, Gal. dicit, quòd in f-
3.tech. 89. bre ex putredine indicatio est alteratio, & eu-
cuatio: alteratio quidem, quę putredinem fi-
niat manente substantia, quæ species alteration-
est coctio: quare uidetur, quòd hæc distingua-
1.prog. ul- tur ab illa, quæ est alimenti. Dicendum est, quò
timo. vt habet Gal. in generatione puris, duę concur-
runt caliditates, naturalis una, quę vult aßimi-
lare, & altera præter naturam, que uult corrū-
pere, et putrefacere, atque hæ inter sese cer-
tant, & utraque conatur facere alteram cessa-
re, quòd si naturalis calor superauerit resi-
stendo causæ præter naturam à robore natura-
lis caloris permutatæ cessabunt ab opere, nempè
ab ipsa putrefactio ne: superat autem calor na-
turalis illum præter naturam, cū naturalis plus,
& ualidius agit aßimilando, quàm putredinalis
putrefaciēdo, quòd si à calore putredinali parua
admodum putredo erit inducta ita ut corrigi pos-
sit humor semimalus, tunc facit cessare putredi-
nem manente substantia, vt est Gal. sententia 3.
tech. præallegato, neque enim fiet uacuatio hu-
Cap.18. moris alterati. idē quoq; testatur libello de const.
art. si uero humor tāta aff. ctus fuerit putredi-

ue,

e, vt magna ex parte restitui non poßit, licet ca
or naturalis vincat putredinalem, minima tamẽ
ars humoris illius erit apta nutrire, maxima ve
ò non, quæ præparabitur ad expulsionem, dum
la pars apta nutrire coquetur, post quam quidẽ
octionem fiet separatio boni à malo, postremo
umoris euacuatio: manifestum itaque est, ꝙ
lteratio illa est coctio, quæ non differt ab ali-
nenti coctione: idemq́ue sentit Galen. cum dixit 2. de ui. a-
iliosa cocta nuncupari, cum talia euincit natu- cut. 44.
a, quando fortior est causis, & eas suo robore
ermutarit, subditq́ue quòd dicentes excremen
a cocta nomen coctionis intelligimus in suo uni-
uersaliori significato, pro tanto nanq; excremen
a dicuntur cocta, pro quanto suscipiunt caracte
rem à calore naturali, quo boni coctionem recte
percepisse præseferunt: Quòd si isti ponerent du
plicem coctionem, alteram in iuuatiuo, & alterã
in nocitiuo simul fieri, per nocitiuum intelligen-
tes in vniuersum excrementa, nobiscum concor-
dari possent: verum cum velint malum succum à
quocunq; bono seiunctum à calore concoqui, &
parari ad expulsionem, à nobis differunt. Quo-
circa ex his, quæ hactenus sunt declarata, mani
festum est, quæ sint dicẽda cõcocta, quibus cũ op-
ponantur cruda, satis etiã patet, quæ cruda dicã
tur, ut.n. euicta à natura, vt bilis, vniuersaliori
significato dicuntur cocta, ita & nõ euicta à na-

tura, vniuersaliori significato cruda nuncupatu
2. de ui. acu. 44. ab Hippo. Verum est, quòd cruda propriè dicun
tur quæ sunt ante sanguinis perfectionẽ, & sun
de genere pituitæ, inter quæ & bilẽ ponitur san
4. de tuẽd. sanit. ante med. guis, vt ait Gal. quæ sanè cruda proprie cocti
opponuntur, de quibus supra. Dicit itaque Hip
in hoc Aphorismo hunc in modum [Concocta]
hoc est euicta à natura, vt supra declaratum est.
[Medicari] Gal. in com. initio ait, Hipp. intelli-
gere per id vocabulum vti medicamento purgan
te, idem quoque interpretatur 4. Aphor. primo
addens, quòd in Aphorismis per vocem medicari
nil aliud potest intelligi quàm medicamento pur
gare. Deinde subdit Hippo. [atque mouere] hoc
est alio auxilio à medicamine humores agitari,
vt dicit Gal. in com. exẽpli gratia exercitatione,
balneis, atque huiusmodi, quod idem repetit de-
clarans 4. de tuẽd. sanit. ante med. vbi Gal. hũc
allegat Aphorismum. [Non cruda] subiunxit
hoc Hippo. ut habeamus, quòd sola concocta sint
1. de cris. 9. medicanda. [Neque in principijs] per princi-
4. de uict. acut. 38. pium intelligendum est primum egritudinis tem-
pus, cum nondum apparent signa manifestæ co-
Lib. de 4. temp. uni. mor. 8. de comp. me. s. l. ctionis: quòd autem legendus sit Aphorismus
cum hac particula, [neque in principijs] eò pa-
tet, quoniam Gal. inferius com. 24. & hunc cum
2. Aph. 29 hac particula citat Aphorismum; hoc autem di
xit Hippocrat. quoniam habet ipse [cum morbi
inchoant,

inchoant, si quid videtur mouendum, moue] quasi dicat Hippocra. si non est uacanda materia ante coctionem in principio, in quo facienda est euacuatio, ergo neque aliis temporibus [Modo non turgeant.] Gal. in comment. ait, quòd verbum turgere translatum est ab animalibus concitatis aa coitum non ualentibus stare loco ab humores qui in motu uehementiore, & transfluxu ab una parte ad aliam hominem infestant, neque quiescere permittunt, & ut ipsi mouentur, ita homines in morbi principio moueri coguntur: quod idem habetur loquens de hiera Themisonis: ex quo loco colligitur quòd noluit Galen. materiam dici turgentem, cum à natura expellitur ad locum expulsionis, & subdit, quod motus materiæ adducit nos ad eius euacuationem, siquidẽ talis motus non habet ad unam partem inclinationem, neque in aliqua parte quiescit, quare uacuamus eã prius quàm ad aliquod membrum principale decumbat, vt Gal. asserit, & antequam robur corporis dissoluatur, & febris caliditas augeatur: Male igitur dicunt, qui sustinent in pleuritide humorem fluentem ad partem inflammatam esse turgentem, cum enim ad unam partem habeat inclinationem, turgens appellari non potest. Patet quinetiam ex dictis, cur humor turgens in principio sit uacuandus, cuius quidem ratio habetur ab Hippoc. dicente, [Circa initia & fines

4. Apho. 1
1. de cris. 9
8. d comp. m. s. l.
4. Aph. 10.
2. Aph. 30

omnia imbecilliora, cum verò consistunt &c.]
Hoc itaque modò ex Galeni sententia in præsenti commento conuenit in principio humores turgentes euacuare, qui de loco ad locum mouentur, & transfluunt fastidientes hominem, & quiescere non sinentes: qui uerò humores (ait Galenus) sunt in aliqua parte firmati, non mouendi nec medicamento, nec alio auxilio ante
4.de ui.acut.22. *coctionem, alioquin, vt asserit Hippoc. sana morbo aduersantia absumentur, & debilitabitur corpus, quare morbus fiet superior, & uincet corpus. Cùm igitur humores sunt cocti, quoniam*
4. Apho. 22. *vt etiam Galen. affirmat. oportet præire coctionem, subsequi uerò discretionem, & postea euacuationem, vt bona sit iudicatio, si ipsa natura perfectè euacuabit, non est opus medicamento, si uero agat mediocrius, & imbecillius, quod deficit, oportet suplere, tunc enim habemus naturam adminiculantem, atque hoc pactò fiet obnoxij humoris conueniens euacuatio, natura quidem expellente, medicamento uerò attrahente: Qua etiam ratione conuenit in principio*
4.Aph.10 *ante coctionem humorem turgentem euacuare, tunc enim ex Galen. est impetus naturæ ad superfluitatum excretionem, si non in toto corpore, in partibus saltem principalibus, & commen. prima eiusdem ait, quòd tunc ad eos expellendos natura incitatur, atque aliquo indiget ma*

num

num porrigente, huncq; humorum motum ad aluum deducente. Subdit Hip. [plurima uerò non turgent] Galen. in commen. ait Hippo. rectè hoc addidiſſe, cum doceat experientia rarò humores transfluere ab una parte ad aliam, frequentius autem in aliqua parte quieſcentes toto morbi tempore concoqui: fuit nanque Galeni ſententia in libris prorrith. humores ſolum in principijs morborum acutorum turgere, atque in his rarò, uti dictum eſt: Vltimo addit Galen. in comm. quòd in quibuſdam exemplaribus non ſcriptus eſt Aphoriſmus præſens, ſed in lib. de hum. paſſim ſcriptus reperitur. Sunt & nonnulli, qui exponunt, quòd Hippocrates hoc Aphoriſmo duo poſuerit extrema, unum eorum, quæ ſemper purgari debent, atq; hæc omnia ſunt turgentia: alterum uerò eorum, quæ minimè purgari poſſunt, & ſunt humores crudi nõ cocti: per comparationem deinde ad hæc duo extrema (aiunt ipſi) nos poſſumus colligere & qui humores purgandi, quivè non purgandi ſunt, nam accedentes magis ad crudos non purgandi, accedentes uero magis ad turgentes ſunt repurgandi: & ob id per cruda humores craſſos intelligunt et frigidos, et pigros ad motũ, & circa hepar præſertim, & meſenteriũ collectos, vt ex Gal. 4. de tuẽ. ſan. colligi uidetur, nec nõ et 6. eiuſdẽ, ubi ait, crudus ſuccus craſſus oĩno ẽ, nõ tamẽ ꝑpetuo glutinoſus, ꝙ idẽ cõfirmat

1. de alim. 2. ubi eum comparat sedimento in urinis ad simi
quandoque puri: de hoc autem humore uerb
Lib. de plen. in finem. facit Galen. 4 de tuend. sanit. ubi habetur, quò
sanguis est in medio crudorum & biliosorum, c
ius quoque humoris signa ex eodem colliguntur
Lib. d sec. uen. Dicunt igitur hi, quod ubi plus erit huiusce cru-
12. meth. 3 di humoris, à purgatione magis abstinēdum erit
vbi uerò plus biliosi dato quòd sit etiam aliqui
aliorum humorum etiam crudorum comprimen-
da est euacuatio, siquidem magis ad turgentes a
cedunt, quorum purgatio ab initio conceditur. nā
si uoluerimus crudos, & ad crudos accedentes in
principio euacuare, ea consequentur incōmoda,
2. Apho. 9 quæ refert Galen. turgentes uerò nisi euacueri-
4. de tuēd. mus dubium est, ne accidant incommoda, quę re-
Lib. quos & quan. fert Galen. 4. Apho. quòd idem dicatur de acce-
4. ui. ac. 22 & 24. dentibus ad turgentes, qui ad partem quampiam
transfluūt, quiquè plus habēt biliosorum, quàm
Com. 10. crudorum humorum. Verum hæc expositio, mea
quidem sententia, non est ad Hip. & Galen. men-
4. Apho. 2 & 10. tem, qui hoc loco concedunt humores duntaxat
turgentes in principio posse purgari rationibus
adductis à Galen. præsenti hoc Aphorismo, quæ
nō possunt aptari à dominio biliosis in aliqua par
te firmatis, & quiescentibus, qui non indigent so
lum ueluti manu ducente illos ad locum expulsio
nis, sed quia firmati non purgandi ante cōcoctio
nem: item falsò dicunt humores biliosos non dici

crudos

rudos, neque egere coctione. siquidem oppositũ
entit Galen. primo ad Glau. de cur. tertianæ ex-
uisitę, vbi dicit, adhibendum absynthium, laua
rum, uinum tenue aquosum, & paucum, cum si-
na coctionis ostenduntur: item 2. de uict. acut.
Hip. biliosa cruda nuncupat, & Gal. in com. sub Cõtex. 44
lit excrementa Hip. licet mutata non nutriãt, vt
bilis utraque, cocta tamen nominat, cum ea natu
ra uicerit, cruda uerò, cum nondum euicerit, &
insuper addit Galen. concludens: sic igitur biliofo
rum humorum coctio existit, ut sanguinis, qui in
phlegmone est in pus migrantis his addas, quæ
ab Hip. & Galen. scribuntur, ait nanque Hip- 4. deui. ac.
poc. [Quicunque ea, quæ inflammantur statim
inter initia soluere conantur medicamento ij non
solum ab intensa, inflammataque parte nihil adi-
munt, cum non cędat, obsequaturque, quæ adhuc
cruda est affectio:] Gal. in comm. subdit hunc ex
posuimus Aphorismum, cum illũ exponeremus,
[Concocta medicari &c.] atque in eisdem qui-
bus & nunc symptomatis. Cùm ergo ita coquan-
tur humores biliosi, ut sanguis, ex quo in inflam
ma tione generatur pus, igitur quibus rationibus
ante coctionem sanguis etiam humor faciens in-
flammationem non est euacuandus, eijdem nec bi
liosi humores ante coctionem sunt euacuandi: itẽ
Hippoc. facit uniuersalem propositionem, quòd
cruda non sunt medicamento ante coctionem ua

euanda, deinceps unam ponit exceptionem, nisi turgeat, cum igitur turgentia excipiat ex ea uniuersali propositione, ergo turgentia sunt cruda ergo à fortiori biliosa non euicta à natura inter cruda reponenda erunt. Quocirca exponendum censeo quòd per cruda intelligat Hipp. non euicta à natura, qua ratione, cum humores turgentes non sint euicti à natura, meritò crudi dicuntur. Cæterum dubitari solet, an in principio morbi nullo modo sit uacuãdum, nisi materia turgeat, sed cum duplex sit euacuatio, altera quidẽ medicamento leniente, educente solum excrementa contenta in uentriculo, & intestinis, quæ non coquuntur, hæc utique non prohibetur, sed præcipitur vt vacuatis excrementis melius & cibi, & syrupi penetrantes suum munus obire possint, quæ sanè uacuatio expletur potißimum clysteri, quod minus aptum est materiam coquendam exagitare: unde Hippoc. 4. de uict. acut. a-
Contex. 6. gens de cura Causi ait, quòd si os amarum fuerit, uomere confert, & uentrem subleuare, &
Cõtex. 43. subdit, quod si urinæ tenues fuerint, non purgandum, sed si expedit, clysteri utendum est, quòd si clysteri non subducatur uenter, accedendum ad ea medicamenta, quorum uis super uentris, & intestinorum loca non ascendat, uel saltẽ non pertranseat uasa in mesenterio contenta, vt
7. meth. 11 habet Gal. & ob id dicebat Hippoc. [Verum si
adhæc

adhæc scilicet clysteri non aperiatur uenter, la 4.de ui.a. cut.7.
cte asinæ cocto purgabis] & Gal.in comm. inquit, quòd Hip.timens medicamenta purgatoria, quæ acria sunt, & calida, diuertit ad lac asinæ, ut carens omni acrimonia, quod ob flatus cõcoquitur: Possumus autem vti solo sero lactis confecto, ut ibidem asserit Gal. & sustinẽs cor- 11. meth. 2.Apho.9.
pus præparari, & fieri fluxile, & cibis, atque medicamentis, quæ quidem omnia vim habent subducendi ventrem: Caßia insuper, manna, atque huiusmodi dari possunt ea quantitate, vt non agitent, vt dictum est, cum præsertim quid prohibet vsum clysteriorum: quò fit, vt Auic. 1.4. tract. 2.cap. 7.
dicat, & magis dilectum est apud me administratio clysteriorum: altera autem euacuatio medicamento attrahens à remotis, & de hac postrema est difficultas, num poßit fieri in principio, necne ante concoctionẽ. Rasis fuit opinio, ꝙ 10. ad almã.16.conti.
in principio possemus nõ concocta materia pharmacũ purgans exhibere siquidẽ locis præcitatis & in colericis, & in phlegmaticis ante coctionẽ exhibet scamoneum, & medicamentum ex turbith confectum: Quæ sanè opinio è diametro est opposita illi Hippo. atq; Gal. sententiã humorẽ duntaxat turgentem facientem morbum posse ante coctionem euacuari. Media verò opinio est attributa Auerroi. quòd in valde acutis ante 7.colli.9.
coctionem poßimus euacuare, siquidem subtilis
mate-

materia facillimè attrahitur à pharmaco. Verum Auer. uidetur imprimis recensere, atque probare Hippoc. & Galen. sententiam, sed quoniam nonnulla uerba subdit, ob id putarunt nonnulli eum esse à Galeno discordem. siquidem ait Auer. humores quanto sunt subtiliores, tanto difficilius à natura expellũtur, & propter hoc dicimus, quòd minime tardare debemus in peracutis purgationes exhibere, neque expectare perfectè digestionem, quia non est tutum, cum mala qualitas prædominetur naturæ, & tunc erit mala digestio expectanda cum diffidutia liberationis: sed superius Auer. recensens Hippoc. & Gal. sententiã, atq; eã approbans dixerat, sed quando ægritudo non est peracuta valde, sed est quieta tunc expectanda est digestio: quare ex prædictis verbis loquebatur Auer. de materia turgente, quãdoquidem de peracutis verba faciebat, in quibus materia turgens est: dicebat nanq; ibidẽ Auer. ꝙ ægritudines acutæ in terris Hippoc. in suis terris sunt peracutæ, atq; in alijs calidis regionibus, et ob id in principio cum laxatiuis sunt medicãdæ. Dices, videtur, quòd neutra bilis cõcoqui poßit, ut habet Gal. ergò in principio vacuanda: itẽ in lib. de const. art. ait ipse solam pituitam dulcem, & acidam esse coquẽdam: reliqui verò humores, qui toto genere sunt præter naturam utraq; scilicet bilis humiditas serosa, & salsa pituita non coquun-

2. de vict. acut. 30. Cap. 19.

coquuntur, sed expelluntur: præterea 4. de tuẽd. sanit. idem dicit non longè à principio: quod igitur omnino alienũ est, nullo modo ex natura gratiam accipiet, sed id tentandum est quàm primum educere, sed bilis vtraq; est huiusmodi, ergò ab initio est protrudenda. Et infra quoq; ante mediũ libri subdens ait, ꝙ ante sanguinis perfectionem sunt coquendi, qui verò posteriores educendi, vt pote bilis utraque: insuper Gal. inquit: Natura vtens suis viribus, quod bonum fieri potest, partibus aßimilare, quod verò alienum conatur excernere, quòd si aliquando ob craßitiem, aut multitudinem, aut tenacitatem materiæ inutilis, aut aliquam obstructionem meatuũ, aut propter sui imbecillitatem totum vitiatum nequeat expellere, necesse est, ut corrumpatur, si diutius id in animalis corpore perdurauerit, quare in morbo regio, si expellatur bilis, fit defœdatio cutis, si verò non, fit febris, quibus quidem verbis clare cõcludi videtur, ꝙ bilis non cõcoquatur: ad hæc Gal. dicit, id cõtinetur, & coquitur, quo pars frui potest, id uero, quo pars frui non potest, vt odiosũ expellitur, sed neutra bilis corpus frui potest, ergo expelletur, ut odiosum, neque concoquetur. Respondeo, quòd nõ possunt nutrire, quæ nullam habent affinitatem, quare non nutrit, nec coquitur pura bilis, vt actu faciens paroxismos, sed debet expelli: Vnde Galen. dicebat, putre-

2. de diff. feb. 5.

3. de pot. nat.

do

do in viuis ſananda, vt in non viuis, in quib
primum ſeparatur, quod iam putruit, deinde
liquum ſublatum in aerem frigidum cõſeruatu
ne vlterius putreſcat: ita & in viuis, quod e
putridum vacuatur per vrinam, deiectiones, v
mitum, ac ſudores: reliquum verò reducitur a
exactam ſymmetriam moderatis motibus, c
perſpiratu refrigerante, quibus quidem verb
negat Gal. corruptum prius coquendum eſſe
cum nullam habeat affinitatem, qua ſaltim al
qua eius portio poßit nutrire, quemadmodu
eſt quælibet materiæ portio actu faciens acc
ſionem, quæ non coquitur, propterea ꝙ *corru*
pta caret affinitate, ſed eam natura pro viribu
euacuare conatur: vnde niſi quid impediat, pr
mo trãſmittit materiã à venis extra venas, qu
deinde euacuatur aut inſenſibiliter, aut per u
nã, aut per ſeceſſum, aut ſudorẽ, aut huiuſmo
regiones: aut humor, qui nõ actu facit, ſed eſt f
cturus febrẽ non ſtatim expellitur, dũ enim a
quid in ſe boni habet, natura conatur pro viri
bus illũ coquere, & prohibere corruptionẽ, ca
ſis autẽ corruptionis præualentibus id vt alie
4.de tuẽd. cul. *num ex toto, & odioſum protrudit: ob id dice*
bat Gal. ſupra modum cocta, qualis vtraq; bilis
& quæ nullo modo nutrire poſſunt, expedit eu
cuare, addidit id verbum nullo modo, nam ſi al
quãtiſper nutrire poſſent, prius coquẽda forẽt

quàm

udm euacuanda: Resolutio itaq; stat in hoc, quod nihil omnino corruptũ, nihilq; potẽs nutrire indiget coctione, sed expulsione, quod si non expellatur aliquibus ex causis, de quibus refert Gal. nõ modo febris, sed & membri corruptio potest aliquando contingere, quod sępe experientia compertum est. In febribus igitur ex flaua, vel atra bile non statim medicamento vacuamus, quoniam nõ statim ab initio materia factura omnes paroxismos, qui fient in ea febre, est separata, atque corrupta, sed adest causa, ex qua talis humor ex massa sanguinea malus efficitur, vt cum oppillatio adest, calor præter naturã in massam sanguineam agit eam alterando ad naturam flauæ, vel atræ bilis iuxta dispositionem passi, & causæ robur: & cũ nullo modo ea portio nutrire potest ob corruptionẽ à calore præter naturam acquisitam, cum est talis tantaq;, vt virtutẽ stimulet, licet non expellatur extra corpus, expellitur tamẽ à uenis extra uenas, & febrem facit tuncq; exhibẽda sunt, quæ ammoueant oppilationem, vt calore præter naturam debilitato, naturali autem facto ualidiori, nõ amplius alteretur massa sanguinea, et corrũpatur: quo qdẽ casu calor naturalis pualẽs prętenaturali, quod poterit, reducet ad benignũ, corruptũ uerò separabit a bono siue multo siue pauco, deĩde expellet fietq; indicatio si natura ualida erit et poterit ex- 2. de diff. feb. 5.

tra corpus expellere, uel saltim fiet crisis permutatio, & à nobili ad ignobilē partem expelletur. Ex dictis clare patet quomodo respondendum sit ad authoritates, & rationes superius adductas.
2.de ui. acut. 11. Dices Hippoc. in pleuritide dolore descendente exhibet pharmacum in principio ante coctionem, superius autem dictum est eam materiam non esse turgentem, cum moueatur ad partem determinatam, vt 8. de compos. secundum loca testatur Gal. item eo primo libro cap. de alopecia primum dicit Gal. totius purgationē adhibebis pharmaco ducente aut pituitā, aut bilē alteram, quo quidem casu materia neq; turgēs est, neq; cocta: ad
4. de ui. acut. 30. hæc in principio anginæ corpore pleno bonis humoribus materia nō turgente Gal. concedit pur-
6. de cōp. me. s. l. gationem pharmaco antequam adhibeantur repellentia, quæ esse in principio adhibenda concedit Galen. metho. nec non & Aui. plerisq; in lo-
6. de cōp. me. s. l. cis: præterea Galen. de Hippoc. sententia in prin-
3. de simp. me. 16. cipio præcipit quòd in uulneribus capitis, alijsq; magnis vulneribus in principio pharmaco uacue-
11. meth. 15 tur: item in lib. quos & quando &c. ait Galen. si
4. 1. 25. quidem inter initia morbi tenues, & aquosos hu-
1. 1. doct. 1. 9. mores euacuabis, vbi craßi & tenaces fuerint,
3. tract. 1. cap. 10. quales sunt pituita, & nigra bilis, coctionem ex-
4. meth. 9. pectabis, quibus sanè verbis cōcedit ipse expresse in principio euacuationem: amplius dicit Hip-
2. Aph. 29 poc. cum morbi inchoant &c. Galen. in commen.
inquit

nquit id fieri ut plurimum phlobotomia nonnun
quam & pharmacia: Si dixeris, quòd Galen. di
ens nonnunquam, intelligit de materia turgen-
e, contra, Galen. ibidem ait id fieri, vt mino-
em factam materiam natura poßit residuum, &
melius atque facilius coquere, quare de mate-
ia coquenda loquitur, qualis non est turgens.
Respondeo, atque pro responsione prius est adno
andum, quòd morbus necessario, aut iam fa-
ctus est, aut futurus, aut partim factus, partim
futurus, qui est in generatione, quod est millies à
Galen. dictum, factus unum solum indicat, nem
pè, vt remoueatur, futurus etiam unum indi-
cat, vtpote quod remoueatur: quod uerò est
n generatione duo indicat, vt quod factum est,
remoueatur, & quod futurum prohibeatur ne
fiat, quod quidem factum est, remouetur uel
alterando, exempli gratia, cum contrarijs si ma
a sit temperatura facta, uel uacuando conten-
tum in parte affecta, si morbus sit cum mate-
ria uel humore morbum procreante: prohibetur
autem futurum causam ammouendo, quæ uel al
terare, uel malam temperiem gignere potest, uel
efficere, vt humor ad partem affectam defluat
n principio, scilicet inflammationis: his autem
remedijs ad locum materiæ fluxus adhibetur,
uel membrum suscipiens roborando, & ab eo
materiam repellendo: si totum corpus non sit ple

num,

num, atque id prohibeat, aut ducendo materiam ad alia loca uel contraria, quod fit reuulsione, vel ad proxima, quod fit deriuatione: proinde materia actu morbum faciens sui indicat ablationem, quę verò non actu facit, sed est factura indicat retractionem esse faciendam, ut impediatur materię fluxus atque morbi augumentum vel repellendo, cum materia est pauca, & totum repletum non est, vel corpore repleto reuellendo, & deriuando, ac materiam uacuando saltim secundum partem, qua quidem uacuatione natura fiet potentior supra residuum, & etiam super id, quod continetur in loco, quod sanè melius deinde natura concoquet, atque hęc vacuatio venę potißimum sectione fieri debet

2. de ui. acut. 11. quę tutißima est, vt Galen. testatur qua semper vtendum est, sed nonnunquam fieri non potest aut quia humor fluens non est sanguini permixtus, quare non vacuarentur secta uena, & virtus imbecilla redderetur, aut quoniam in loco ad quem retrahi debet, non est vena quę secari pòßit, ut in pleuritide dolore descendente, aut quia ętas non consentit, ut ante 14. annum, quibus quidem casibus ad prohibendum morbi augumentum pharmacum administramus, ut iubet Hippocr. dolore descendente in pleuritide, necnon & 4. de uict. acut. & 6. de compos. secundum loca in cap. de angina, & 4. meth. in magnis

uulneribus

uulneribus, & primo de compos. secundum loca, cap. de alopetia docet nos facere Gal. cum ob aliquam dictarũ causarũ non adest occasio mittẽ di sanguinis, in qua quidẽ euacuatione licet forsè subsequuturum sit aliquod nocumentum, maius tamen erit iuuamentũ probibendo ęgritudinis augumentũ, quare coacti pharmacia facimus euacuationẽ: & ob id dicit Gal. circa initia morborum, in quibus speratur ægrum conualiturum tentandum est maiora afferre remedia: sunt autem hęc uenę sectio, nonnunquam & purgatio, ex eo loquendi modo innuens, quòd coacti purgamus in principio, siquidem uenę sectio commode à nobis tunc fieri non potest. Dicó itaque ꝙ Hippocr. hoc Aphorismo vult materiam actu facientem morbum non esse in principio uacuandam, nisi turgeat, quæ uerò non actu facit morbum, sed factura est, nisi euacuetur, potest in principio, vt uoluerunt Hippoc. & Galen. locis citatis, pharmaco quoque uacuari, cum prohibetur uenæ sectio, vti supra dictũ est: Vnde cũ Hip. ait [quicunq; ea, quæ inflãmãtur statim inter morborũ initia medicamẽto soluere conãtur, ij nõ solũ ab intẽsa, inflãmataq; parte nihil adimũt, cũ nõ cedat, obsequaturq; quæ adhuc cruda est affectio] clarũ est ex loquẽdi modo eius, ꝙ loquitur de eo, ꝙ factũ est: Ad Ga. autẽ dici põt ꝙ loquitur etiam de vacuatione materiæ quæ fa

2. Aph. 29.

4. de ui. acut. 22.

2. Aph. 29.

ctura est ægritudinem, ideo uerba ea prof
quæ superius sunt enarrata : Vel si loqua
de materia turgente, cum inquit, nonnunqu
uero & purgatio, dico, quòd materia turge
talis est, quoniam nimis est molesta partibu
quæ irritatæ illam non admittunt, sed cum a-
qua pars huiusce materiæ erit uacuata, defe
quantitatis non ita molesta erit, quare pote
in parte quapiam ignobiliori quiescere, atqu
natura cõcoqui: hoc igitur pactò licet hæc m
ria dum turget, non egeat coctione, poßit
in principio uacuari, si tota non uacuabitur
siduum quiescens à cõcoctrice uirtute conco
poterit. Ad eam uerò authoritatem ex lib
quos & quando &c. nonnulli dicunt literam
se corruptam, & non debet legi, inter, sed
te initia morbi: unde vult Galen. quòd in pra
uando ante principium ægritudinis tenues,
aquosi humores sint uacuandi, siquidem fa
attrahuntur, craßi autem, & tenaces non
vacuandi, siquidem vt Gal. etiã testatur. 4
tuend. sanit. neq; ipsi vacuarentur, neq; sin
alios euacuari. His itaq; stantibus Gal. eo i
co non de ægris, sed de sanis loquebatur, q
eò maxime videtur persuaderi, quoniã infe
eodem libro Galen. ponens huiusce Aphor
sententiam expresse dicit, quòd in principio
bi solum est uacuandum ante coctionem, cum
materi

teria concitata, quam ait inter principia mor ab uno loco ad alium cõfluere, qui verò in par aliqua corporis considerunt (subdit) neque llo alio auxilio, neque medicamento prius mo ndi sunt, quàm cocti fuerint, & adducit ra-ones, quas etiam hoc com. ponit Gal. item ad-ucit sentẽtiam quoq; Aphorismi 24. primæ hu is part. quòd in acutis raro inter initia purga-us, propterea quòd non nisi materia turgeat, eque semper etiam cum turget, purgamus, quo iam oportet corpus paratum esse. At si litera on est corrupta, altero duorum modorum ad ifficultatem respondendum esse puto, imprimis uòd Galen. non loquitur de omnibus tenuibus, ed de serosis (ubi enim dicit aquosos, debet di ere serosos, vt patet in litera græca) sunt au tem serosi humores tenuissimi, vt Gal. asserit, 5. de vs. par. 6. quare hi humores cum non sint cũ alijs permix ti, vt expectanda sit coctio, ita uacuari debent, ideo dicit in principio ante coctionẽ euacuãdos esse: Vel dicamus, ꝙ vult eos vacuari non me dicamento educente per secessum, sed cum prouocantibus vrinam, quam profectò vacua-tionem nos concedimus in principio, iuxta Gal. sententiam. Secundo dico, quòd uoluit dicere, 11. metho. med. Gal. quod tales humores sunt in principio ua-cuãdi non absolute, sed cùm conuenit eos turge re, quod quidẽ non contingit pituitosis, & atra

bilarijs humoribus, tales nanque in principi vacuantur, vt tenues, siquidem craßi nunquam turgentes sunt, quare in his coctio semper expectanda est, in illis uerò non semper: Ex dictis quinetiam licet pateat falsitas eorum qui sustinent hunc Aphorismum intelligendum esse de euacuatione eradicatiua, & cum datur pharmacum in dosi complecta, posse tamen dari in dosi incomplecta ad minorandam materiã, contra eos tamen adduci potest, quod si esset, vt hi asserunt, Hippocr. loqueretur hic de quantitate euacuationis, cum tamen dictum sit, quod solum de tempore loquitur, in tertio autem, & sequenti de quantitate sermonem facit, atque in Aphorismo sequenti manifestum erit, quòd dici non potest ipsum in hoc de quãtitate loquutum esse: item medicina in dosi incomplecta, aut mouet, & educit conuenienter, atque hoc pacto complecta est, aut mouet, & non conuenienter educit, & hoc est ualde in acutis obnoxium, quandoquidem materia agitatur, neque sufficienter euacuatur, vt 2. de vict. acut. 11. Gal. testatur, ex illa autem agitatione impeditur coctio, quæ indiget quiete, vt declarat Gal. etenim purgationes (ait ipse) sunt contrariæ coctionibus, siquidem corpus uehementer mouentes frangunt.

4. de uict. acut. 44.

Apho-

APHORISMVS XXIII.

DEiectiones non multitudine sunt æstimandæ, sed si talia deijciantur, qualia conueniunt, & ægri facile tolerant: atque vbi usque ad animi defectionem expedit ducere, faciendum, si æger posit tolerare.

CVM ex quatuor considerandis in euacuatione, de quibus habet Hippoc. vbi dicit transitus aperiri, vt nares, & alia quibus opus est, & vt conuenit, & qualia, & vbi, & quando, & quantum oportet, vt sudores, & alia planè omnia, hoc Aphorismo loquatur Hip. de quantitate euacuationis dat regulam, vel certum iudicium quantitatis humoris uacuandi; & imprimis ait, [Deiectiones non multitudine sunt æstimandę.] Pro quibus quidem uerbis est aduertendũ, ꝙ vbi latine dicit æstimare in Gręco ait τεκμαίρεται, hoc est certè cognoscere, Gale. enim ponens differentiam inter τεκμήριον, & σημεῖον dicebat, quòd τεκμήριον est signum certum necessariò consequens. & perpetuo, vel aßidue, σημεῖον

6. Epid. sect. 2. 23.

3. prog. 44

uerò non est necessariò consequens, sed ut plu
rimum, quare uerbum id τεκμαίρεται est certe æs
mare, uel cognoscere: vult itaque Hipp. quò
quantitas humoris uacuandi non poßit habe
certa cognitione ex multitudine deiectionum, u
dens nanque hominem plectoricum iudicabis
quòd indiget non parua, sed magna vacuatione
sed illud non est certum signum quòd debeas ta
tum, uel tantum euacuare, sed quantitas vacu
tionis metiri debet iuxta uirtutis tolerantiam
9.meth. 10 vt sentit Gal. Proinde in hoc com. ait ipse, quò
siue à natura, siue à nobis fiat euacuatio, o
portet omnino, vt metiatur, quantum sit vacua
dum, idem enim iudicium est de quantitate, a
qualitate, ergò vt qualitas, ita & quantitas co
ueniens est eligenda; verũ, dicit Gal. indicia qu
litatis diximus in expositione secundi Aphoris-
mi, vbi declarauimus ex intentione Galen. 4. de
tuend. sanit. signa ex colore corporis esse certa,
diximusq; adhuc de alijs signis certis, quę circa
ea dicenda erant: intelligendum est itaq;, ꝙ ha
bemus indicia certa qualitatis humoris vacuan
di, quantitatis aũt nullum signũ certũ habemus:
& propterea Hip. dedit nobis viam iudicãdi de
eadem quantitate, nempè ex tolerantiæ facilita
te, quandoquidẽ si humor excedẽs vacuetur, ne
cesse est ægrũ fieri seipso leuiorem, & melius to
lerare: si verò excernantur ea, quæ sunt secun
dum

dumnaturam, ægri vires debilitantur, & dissol uuntur: Quare non oportet attendere propriam phantasiam quantitatis eorum, quæ euacuãtur, sed duo sunt attendenda de quibus Hippo. hunc inmodum dicit [Sed si talia deijciant, qualia cõ ueniunt; & ægri facile tolerant.] Clare autem ex dictis colligitur contra glosantes præcedentem Aphorismum volentes, quòd in eo Hippo. loquatur de euacuatione eradicatiua. Proinde ex dictis subdit Hipp. scribens [Atq; vbi vsq; ad animi defectionem expedit ducere, faciendũ, si æger poßit tolerare.] Gal. in com. ait, q̃ rectè dictum est ab eo, sed quia prætermisit in quibus dispositionibus expedit ducere vsq; ad animi defectum, nos dicemus, quæ inuenimus ratione, atque experientia; sed prius distinguendum est, vt de qua defectione intelligat Hippo. agnoscamus. Est autem aduertendum, quòd ut declarat Gal. syncope est præceps uirium lapsus, lipopsychia autem est defectus animositatis, non quòd vires concidant, sed cum huiusmodi lapsus uirium pluribus de causis contingere poßit, ait Galen. quòd non quælibet defectio animi est mensura vacuationis, de qua hoc loco loquitur Hip. sed ea sola, quæ est ex euacuatione: Vnde multi facile animo deijciunt ex timore sectionis uenæ, multi ex mordicatione in ore uentriculi ex humoribus facta, qui uel prius fuerunt collecti, vel 12. meth. 5

in vſu remedij ad os ventriculi defluxerunt multi etiam ęgrotantes ſurgentes aliqua ex ca ſa in animi defectionem ſolent incidere, qua ob cauſam aliquando ipſis accumbentibus uen ſecamus: ſubdit deinde Gal. ꝙ vacuatio vſqu ad animi defectum remedium eſt præſtantiſſi mum in tribus nempè in maximis inflammatio nibus, in febribus ardentibus, & vehementiſſi mis doloribus, at hæc vacuatio facienda eſt in tegris viribus: Vnde in febribus ardentibus t lis miſsio ſanguinis ſtatim totius corporis habi tum infrigidat, atque febris iugulatur, plurimi etiã ex Gal. ſententia citatur aluus, & ſudore emanãt, quorũ quidã ſanitati ſunt reſtituti: qu dã vero plurimũ adiuti ammota ægritudinis v hementia, in maximis etiã doloribus (ait Gal.) nunq̃ inueni maius remedium, q̃ vſque ad anim defectum vacuare, habita prius diſtinctione an purgare oporteat, an verò ſanguinem mittere vſque ad animi defectum, vt oſtenſum eſt in lib. de venæ ſectione, quo quidem loco Galen. ſex à medico conſideranda proponit, primo quidem, quæ diſpoſitiones abſolutè egeant euacuatione: ſecundo quæ per uenæ ſectionem & quæ minimè: tertium autem eſt, qui poſſint ferre uenæ ſectionem, & qui non. multi enim indigentes uenæ ſectionem, eam ferre non poſſunt, aut ætate, aut tempore anni,
aut

ut regione, aut malitia oris ventriculi, aut ha
itu totius corporis, quæ omnia ea impediunt:
uartum, quo tempore facienda sit phleboto-
ia: quintum quæ uenæ secandæ in diuersis di
positionibus: sextum & ultimum, qua mensura
& an semel sit uacuandum, an pluribus uici-
us, & an usq; ad syncopim. Est autem aduer-
endum non esse Galen. sententiam, quòd distin
guendum sit, an facienda sit purgatio usque ad
nimi defectum, quoniam non concederet Gal.
talem de industria euacuationem, nam in eo de
uenæ sect. ait ipse, quòd nihil æque facit medici-
nam in agendo coniecturalem, vt quantitas cu
iusque remedij, frequenter enim habito qualis
potus & cibus sit dandus, & quo tempore, quan
tus sit dandus certo haud nouimus: idem usu
uenit in medicinis purgantibus, habito nanque
quale medicamentum purgatorium dandum,
nescimus quantum præberi debeat, atque talis
exhibitio corrigi postea nequit, nam ꝙ semel in
uentrem deuoratum est medicamentum quo mi-
nus omne deuoratum sit fieri non potest, neque
poßibile est ubi plusquam conueniat iam pur-
getur homo partem oblati auferre, at in sangui
nis mißione summũ id bonũ est, euacuationẽ dũ
uoles posse sistere ac rursũ quo uideatur tẽpore
fluere sinere, quoad usq; recte habere appareat;
idem quoque sentit, inquiens, sectionem ue- 2. de ui. a- cut. 9.
næ

næ carere periculo, purgationem uerò pericu-
sam esse: quare non conuenit purgare de indu-
stria ad animi usq; defectum, vti dictum est: n
non idem habent Hipp. & Galen. 4. de uict. a
cut. 74. de sanguinis mißione usque ad anim
defectum in pleuresi, vbi magnus est dolor lat
Lib. de sec. uenæ. 9. meth. 4. 5. ris, quod idē sentit Gal. in febribus ardentibus, vb
præcipit in synochis, quæ fiunt ex obstructio
ne, & abundantia sanguinis citra putredinem
sanguinis mißionem usque ad animi defectum
priusquàm putredinem contrahant, si uirtus, &
ætas permittit, corpus enim calidum, & humi-
dum magis, quàm par sit, cum imputrescibil
diu manere non poßit, nisi refrigeratum sit atq
uentilatum, refrigeratione, uentilationeq; ind
get, cum transpiratio, & uentilatio impediatur
ex obstructione, quam facit abundantia sangui-
nis, & calida intemperies ex calore febris orta;
utrunque autem illorum facit mißio sanguinis
usque ad animi defectum de industria, qua au-
ferendo sanguinis abundantiam redditur corpo
ri transpiratio, atq; uentilatio: item vacuato san
guine usque ad animi defectū celerrime corpus
refrigeratum in contrarium agitur statum, quo
nihil iucūdius, & utilius tum ægris, tum etiam
naturæ animal gubernāti reperitur, quod si me
dicus hoc spreto remedio ex Gal. sententia alia
remedia tentauerit, præter quòd contingit æ-
gros

gros aut suffocari, aut omnino syncope pericli-
tari, nisi eos liberet aut uirium robur, aut plu-
rimus sudor, aut largum sanguinis profluuium
incidet in remediorum ambiguitatem adhiben-
dorum, nam cum abundantia desideret emitti,
calor uerò refrigerari, si refrigerantia adhibe-
re voluerit, ut calorem adimat, intra corpus a-
bundantiam detinebit: si uerò abundantiam e-
mittere vel his, quæ educant per cutem rarefa
ciendo, vel medicamentis purgantibus, cum
hęc omnia calida sint, ut abundantiam minuent,
ita febrem augebunt: atq; hoc contingit his, qui
nimium sanguinis mißionem uerentur, vt Erasi
stratus. Sed contra Hippoc. & Galen. sententiã
instat Auer. cum ars imitetur naturam, quę nũ 7.colli. 8
quam in probatis crisibus vacuat sanguinem us
que ad animi defectum, ergò nec medicus idem
præstare debet. Responderi potest, quòd falsum
est naturam recte operantem non vacuare usq;
ad animi defectum: Auic. nanque inquit, quòd 17.3.c.2.
vbi sanguis defluxerit per hæmorroidas, non est
desinendus priusquam debilitetur, & æger ani
mo deficiat. Respondeo quoque secundo falsum
esse, quod Auer. innuit, omnia, quæ fiunt à
medico, à natura etiam pręstari, siquidem Gal.
ait, quòd alia naturæ, alia medicis negata sunt, lib.ð c[illegible] ar.12.
naturæ est impoßibile os fractum, ita vt partes
aberrent à sede nati, ita & membrum distortũ
corrigere

corrigere, & confirmare, idem dicendũ est de m
bro luxato, medicus autem ea præstare potes
natura ẽt cauum ulcus carne replere ualet, s
medicus non potest, sed naturæ famulatur: qu
re etiam quòd natura non uacuaret usque a
animi defectum, potest tamen id facere medicu
etenim licet uerum sit medicum imitari natu
recte operantem, non tamen sequitur, ergo n
potest medicus efficere, quod à natura non fia
Secundo instat Auer. Euacuatio quatenus e
euacuatio, debet duntaxat sanguinem super
fluũ ammouere, nõ autem quod naturale est, se
phlobotomia usque ad animi defectum non so
lum superfluum vacuat, sed & naturalem sa
guinem: igitur naturalem sanguinem per se l
dit, si autem infrigidat .i. per accidens, huius
modi autem medicinæ accidentales, & pericu-
losæ sunt omittendæ, ergò & hęc phlobotomia
minusq; malum est, vt aliquid extraneæ calid
tatis relinquatur, quam quòd sanguinis natura
lis minuatur. Respondeo ꝙ medicinæ per se lædi
tes, iuuantes autem per accidens sunt omitten-
dæ, si iuuamentum non sit maius nocumento, uel
si alia ratione per se consequi possumus eandem
uel maiorẽ sine noxa utilitatẽ, sed q̃a nulla alia
curandi ratio tutior est, ideo non debet medicus
timere aliquantulum sanguinem naturalem mi-
nuere, ut tot habeat utilitates, quemadmodũ di

Etmu

ũ est, poterit .n. deinceps q̃ supest naturali san
uini restituere: Tertio instat adhuc Aue. humo
es saltim aliq̃ sunt parati putrescere, q̃ facilius
utrescẽt debilitato calore, quo debilitato nõ a-
erit, q̃ errorẽ corrigat. Dicẽdũ est, q̃ potius con
inget oppositũ, cũ animãti restituatur transpira
io, et uẽtilatio: et hæc est ratio ꝓhibendi putredi
ẽ, ut in exterioribus quotidie uidemus, q̃ uẽtila
ione refrigerationeq́; cõseruãtur, nec uirtus ita
ebilitatur, q̃ subleuari nõ poßit. Quarto adhuc
bstat Auer. inquiẽs, indicia q̃bus cognoscimus
ebrẽ hãc esse sine putredine, sunt incerta: peri-
ulũ aũt est, dicit quoq; Gal. cũ humores contra ii. meth. 14
cerint putredinẽ eã facere phlobotomiam, ergo
ec euacuatio piculosa est. Respõdetur, q̃ talia
igna sunt certa, ut habet Gal. etenim vult ipse
ynochũ cum putredine distingui à synocho sine 9. metho 3. cap.
utredine, siq̃dẽ in synocho cũ putredine in pul
u et urina signa putredinis existũt, in altero ue
ò synocho dicta signa nõ reperiũtur: item quali
as caloris in eo cũ putredine magis est ingrata,
n altero uerò mitior. Gẽtilis quoq; aduersus hãc
Gal. sentẽtiã oppugnare cõcẽdit hac ratione, nã
irtus est maxime consideranda, ergò melius est
artiri sanguinis mißionẽ, quàm usq; ad animi
efectionem egrum deducere. Dico quòd non fa
it Gal. hanc euacuationẽ, nisi uirtus sit ualidis- 9. meth, 4. & 10.
ima, ferreq́; poßit, vt hoc loco testatur Galen.

dicens

dicens, quod ducenda est euacuatio ad animi defectionem, quæ recuperari poßit, quòd si uirtus tantam ferre non posset euacuationem, iubet Gal. 4. de tuend. san. & lib. de sect. uenæ, ꝙ sanguinis mißio diuidatur, & qui sanguis uirtute ualida unica uice mittēdus esset, pluribus mittatur uicibus: & ob id Gentilis nil habet contra Gal. neque Medici nostri temporis, qui talē uerentur facere phlobotomiam, etenim signa distinguentia synochum sine putredine ab eo cum putredine se posse cognoscere nō confidunt: Quare eo casu timent incommoda, quæ ex intēpestiua uenæ sectione consequuntur, de quibus habet Gal. Proinde uidetur esse contradictio in
9. metho. dictis Gal. siquidem ait ipse, quòd in seruo ha-
10.
11. meth. bente manifesta putredinis inditia sanguinē mi
14. sit usque ad animi defectum, alias autem idē protulit, quòd in his non mittendus sanguis tantus quantus abundantia sanguinis expostulat, sed aliquid dimittendum, ne cogamur intempestiue, & vltra, quàm par est, cibare: quoniam febris non eget nutrimento, si verò omittimus cibum, uires non sufficiunt. Huic contradictioni satisfacere possumus, ꝙ Gal. non dicit de seruo, vt de domino, ꝙ de industria sanguinem miserit usque ad animi defectum: quare ille fortè incidit in syncopim citius, quā debuerat ex euacuatione: Dici etiam potest, ꝙ vult Gal. ubi sit notabilis

bilis putredo. non facienda ea est euacuatio, quę fieri potest, si parua putredo existat. Occurrit & aliud dubium circa Aphorismum præsentem, nam Gal. primo de art.curat. ad Glau. de cur.feb.contin.cum acci.inquit, quod ubi uehemens dolor, & intensus quo uirtus debilitatur, non facienda est copiosa euacuatio, non ergo in uehementibus doloribus mittendus est sanguis usque ad animi defectum: Respondendum est, quòd vt habet ipse 2. de lo. affect. diuersi sunt modi doloris, ex quibus aliqui fiunt multitudine sanguinis, & humorum partes ipsas erodentium, & his breuiter mißio sanguinis usque ad animi defectum leuat omnes dolores à materia genitos, quæ uenæ sectione uacuatur: at in doloribus, in quibus materia dolorem efficiens uacuari non potest, cauendum est à copiosa vacuatione, vt idem testatur primo de art. cur. ad Glau. Cap. 5.

APHORISMVS XXIIII.

IN acutis paßionibus tarò, & in principijs medicinis purgātibus uti, & hoc cùm præmeditatione faciendum.

Gal.


ALEN. in commenti huius initio simul continuans & sententiam ponens Aphorismi dicit, Quoniam Hippoc. dixerat concocta medicari, & mouere non cruda, nisi turgeant, plurima uerò non turgent, in hoc Aphorismo docet quòd solum in principio acutorum non sine vtilitate purgare contingit, nam in longis coctionem semper expectare oportet, in acutis autẽ à principio quoque possumus medicamentis purgantibus uti, cùm scilicet turgent. Scribit igitur Hippoc. hunc in modum. [in acutis paßionibus rarò & in principijs medicinis purgantibus vti] Aduertendum est, quòd medicamentum purgans dupliciter capitur, vt habet Gal. altero quidem modo secundum commune significatum, quodcunque nanque expurgãs excremẽta animalis quouis modo dicitur purgans medicamẽtum seu per nares seu per os, seu per quid aliud tale: altero autem modo per excellentiam, de eo scilicet, siue de his solum medicinis dicitur, quæ aut per vomitum, aut per ventris deiectionem purgant, quo quidem significato capitur præsenti hoc Aphorismo. Subdit deinde Hippo. [Et hoc cum præmeditatione faciendum.] Per hoc tria possumus intelligere, unum quidem diligentem examinationem, alterum autem diligentem ægroti

præpa-

præparationem, & tertium rectè iudicij expe ctationem: modo (dicit Galen.) uidetur re cte illud adiecisse Hippocr. siue per id uerbum unum aliquid istorum intelligat, siue omnia u- nico uocabulo comprehendat ostendens, quan- tum hasce uereatur purgationes, quoniam non sine maximo periculo in acutis potest medicus vti medicamento purgante, cuius rationem sub dit Galen. quoniam omnia purgantia potestate sunt calida, & febris, vt febris non eget calidis & siccis, cum ipsa sit paßio calida & sicca, sed frigidis atque humidis: quod qui- dem repetit Galen. inquiens, Acuti raro sunt sine febre, quare ratione febris non purgamus, quoniam certò scimus, quòd eius ratione pur gatio nocebit, sed ob humores febrem efficien tes: Quare medicus debet recte perpendere, an vtilitas ex euacuatione malorum humorum futura sit maior, quàm detrimentum: quod necessariò consequitur ex medicinis purganti- bus aptis augere febrem, quę calida est & sicca: Primùm dicit Galen. considerandum est an æger idoneus sit ad ipsas purgationes, nec nè, illi etenim non se habent idoneè, qui mul- ta cruditate laborant, & cibos tenaces, ac crassos assumpserunt, nec non illia obtinent valde extenta, vel inflata, vel supra modum calida, aut ignea, atque eodem loco est his

9.meth.14
1. de uict. acut. 18. superius com. 16.
2. huius 19.

aliqua uiſcerum inflammatio: ſecundum oportet, vt humores non ſolum ſint maximè parati fluxioni, ideſt tenues, & ſine aliquo lentore, ſed & opus eſt, vt foramina, per quæ debet fieri euacuatio ſint aperta, & nullam habeant obſtructionem: Vnde Galen. ait, cum ſumus aliquem purgaturi, corpora antea paramus, iuxta Hippocr. ſententiam, corpo-
2. apho. 9. ra cum quis purgare voluerit, oportet fluida facere: Verum dicit Galen. cum in acutis materia turgente ſumus uſuri purgantibus medicamentis circa primum, vel non vltra ſecundum diem iuxta 10. quartæ part. Apho. [Medicari in valde acutis ſi materia turget, tardare enim malum eſt] non datur tempus, & facultas prædicta præparandi, niſi quis forte ante medicamentum arripiat occaſionem exhibendi melicratum, in quo decoctum ſit aut origanum, aut hyſopum, aut thimum, aut pulegium, aut quid tale habens vim craſſos humores extenuandi. Et ideo vult Hippocr. (dicit Galen.) quòd raro contingat nos circa principia acutorũ vti purgãtibus medicamẽtis, tùm quia raro humores in principijs turgẽt, tùm quia rarò ẽt ægri ſunt parati ad purgationes, tùm quoniã nõ facile morbus dat inducias, vt ægrũ ex imparato paratum ad purgationes efficiamus. Sed dices, videtur, ꝙ in his acutis ad præparan-

dos ægros ad purgationem melius esset dare oximel, quod non calefacit, & optime abstergit, ac obstructiones aperit, crassaq́: & glutinosa dissoluit, ea uerò, de quibus hic meminit Galen. licet omnia prædicta faciant, attamen calefaciunt, & febrem adaugent, vt testatur Galen. Respondeo, Galen. non dat oximel in casu, sed ualidiora, propterea quòd necessitas cogit, cum ægritudo non det indutias: quod nisi cogeret necessitas, oximel exhiberet, vt idem asserit. 4. de tuend. sanit. dixerat nanque. 5. metho. quòd in eis morbis à leuioribus est inchoandum, qui carent periculo, dantq́ue indutias, qui uerò sunt periculosi, neque dant indutias à maioribus remedijs inchoant Medici. Porrò dubitaret adhuc quispiam, quoniam cum possimus permiscere infrigidantia, & humectantia cum ipsis purgantibus, vt iubet Auer. 7. collig. ergò non imminet periculum, de quo Galen. in commen. dixit. Huic dicas uelim; quòd vt habet Galen. medicamenta attrahētia propter similitudinem substantiæ, vt magnes ferrum, trahunt, non autem trahuntur, siquidem sua caliditate sunt validiora, cuius quidem caliditatis ratione attrahunt, & dicit Galen. quòd cum purgantibus miscenda sunt, quæ boni sint odoris, quæq́; malitiam obtundere nata sint, & operationem ipsorum non prohibeant: cum igitur frigida remit

4. de tuēd. sanit. 8. meth. 4.

4. de simp. med. 24.

2. de uic. acut. 12.

tendo calorem prohibeant earum operationem non ergò sunt permiscenda, quoniam cum hoc quod prohibent operationem, non prohibent quin medicamenta uenenositate ori uentriculi noceant.

APHORISMVS XXV.

SI qualia oportet purgari, purgentur, confert, & facile ferunt: si contra, difficulter.



ALEN. in comm. dicit clarum esse hunc Aphorismum contineri in 2. huius, & in 2. & 3. 4. part. nihilq; noui afferre. Sed quoniam in hac libri parte loquebatur de purgationibus à medico factis, & iam commemorarat omnes distinctiones necessarias, uoluit etiam hunc Aphorismum hoc loco repetere vt reuocaret ad memoriam, quæ in alia parte de spontinis euacuationibus dixerat, vt sermo absolutus esset. Est autem aduertendum Hippocr. hic posuisse omnes regulas seu conditiones, seu distinctiones purgationũ, quæ fiũt à medico in uniuersali, non in particulari: Vnde 4. Aphoris. 4. apho.
dicit Hippocr. æstate purgandum per superius

hieme uerò per inferius: quod quidem dixit ipse ob Aphorismum uigesimum primum huiusce particulæ, qui hunc in modum scriptus est: Quò natura uergit, eò ducere per conuenientes regiones: pariter & alij Aphorismi, in quibus agit de particularibus purgationibus ad hos primæ particulę reducuntur, ex quibus omnium illorum reddendæ sunt rationes: Et hæc quo ad primæ Aphorismorum particulæ nostram expositionem satis sint dicta, Deo auspice secundam aggrediamur.

Finis primæ Aphorismorum particulæ Hippocratis.

ODDI DE ODDIS PATAVINI, PHISICI, AC MEDICI

IN SECVNDAM APHORISMORVM HIPPOCRATIS sectionem Explanatio.

APHORISMVS PRIMVS.

IN quo morbo somnus laborem facit, mortale: si verò iuuat, non mortale.



IPPOCRATIS in hac secunda Aphorismorũ particula intẽtio præcipua est complura signa prognostica nobis tradere, verũ & nõ de modo operandi interserere: præsenti autem Aphorismo signa quædam, quæ ex somno desumuntur,

tur, in medium affert, Vt autem recte Hippocratis mentem habeamus, Galen. commentarium insequemur, siquidem initio suæ commentationis declarat imprimis Hippocra. per laborem læsionem intelligere: quod quidem ex eo quod opponitur manifestum est, cum ait, si verò iuuat, non mortale: iuuamentum nanque læsioni opponitur. Declarans autem Galen. postmodum nocumenta, ac iuuamenta, quæ in somno contingere solent imprimis dicit, nocumentum quidem ex somno duplex esse: alterum quidem commune, quod in principiis accessionũ solet accidere: alterum verò proprium, vtpote in quibusdam morbis aliquo alio tempore seorsum à principio, de quo quidem postremo hoc Aphorismo loquitur Hippo. cuius quidem rationem reddit Gal. propterea ꝙ nocumentum, quod initio accessionis ex somno fit, nec mortem indicat, nec aliud quid graue malum, siquidem temporis naturam consequitur, etenim principio accessionis totus naturalis calor, & humores ad profundum corporis contrahuntur, in quibus præsertim principium accessionum est cum horrore, rigore, uel forti partium extremarum refrigeratione: quo fit, ut in dormientibus casus adeo illi elongantur, ut vix febres ad consistentiam peruenire uideantur, cum calor etiam & humores ob somnum ad interiora magis retrahantur:

trahantur: pariter si in visceribus aliqua sit inflammatio, ipsam quoque eadem ratione augeri continget, cum calor, atque humores intus decumbant: atque ob id (inquit Galenus) principio accessionis præcipimus ægrotantibus, vt vigilent, quoniam vigiliæ ex spiritus sanguinis, & caloris ad exteriora motu conficiuntur, vt hunc proculdubio motum, tanquam maximum aduersus dictorum ad interiora, quæ in principio fit accessionum, retractionem, præsidium opponamus. Proinde de nocumento, quod in principio accessionum contingit, duplex est (vt inquit Galen.) opinio, altera quidem, quod somnus in eo nullam afferat læsionem, sed si qua est, ea est vtilitatis nempè defectus, quæ sanè vtilitas ex vigilijs in accessionum principio habetur: quamobrem hi manifestius percipiunt damnum, quod ex spiritus, sanguinis, & caloris retractione sentitur: Hos quidem hunc in modum arbitrantes Galen. sophistas ac uana loquentes nuncupat, quemadmodum cuique manifestum esse potest: altera autem opinio sustinet, quòd in accessionis principio ex somno nocumentum omnino consequatur, hoc tamen addito, quòd Hippocra. hoc loco de nocumentis loquatur, quæ ex somnis alijs temporibus eueniunt, in quibus ex eis utilitas consequi solet: sunt autem hæc tempora

2. Prorit. 6.

postrema nempè augumenti pars, quæ uigori copulatur, uigor, atque declinatio: Verum (inquit. Gal.) in declinatione apertißima omnium vtilitas conspicitur, secundo in uigore etiam quandoque, ac tertio in extremis augumenti partibus nonnunquam: Vnde in his postremis temporibus somnus non adeo pernitiosus est, at in declinatione magis, siquidem tunc temporis maxima vtilitas adesse deberet, cum enim somnus quo tempore maximæ vtilis esse debetur; non modo non prodest, sed & nocet, non sine ratione mortem significat. Cæterum de his, quæ ex somno proueniunt, nocumentis, Auicenn. egit & ipse his verbis,

1.4. trac. 2.

[Et prohibe eum à somno in principijs febrium propriꝫ quando est horripilatio, aut frigus, aut rigor, quare prolongatur super eum frigus, & rigor, ipse nanque adiuuat materias, si fuerint euntes ad quædam viscera, & prohibet digestionem humorum: apud declinationem verò est iuuatiuus valde, & fortasse non nocet apud statum] quasi dicat Aicenn. in postrema augumenti parte: ex quibus sanè verbis supponere videtur, quòd in statu quidem somnus iuuet, sed apud statum minus quidem apparet, & quòd in hac cum Galeno sententia ualde concors sit Auicenn. quam sanè communi practicandi vsui aduersißimam esse

dicimus,

dicimus : nostri etenim practici in omnibus temporibus excepta declinatione somnum prohibent. Porrò Galen. subdens in commen. nocumenta, quæ ex somno perueniunt, utilitatibus opposita ea esse inquit, quòd ex somno febres non tantum non dissoluuntur, sed potius excitentur, item dolores augentur, fluxiones, ac inflammationes : insuper complures per somnum aliena loquuntur, excitari uerò multum post tempus in delirio perseuerant : adhæc nonnulli adeo profunde dormiunt, vt uix etiam quòd pungantur excitari queant: quæ planè omnia humorum prauitate conficiuntur: Vnde cum calor per somnum ad intima corporis attrahat, si is fortior erit, humores ibidem contentos concoquet, at si imbecillior, succumbet quidem calor, & prædicta omnia contingent, adhæc timores, atque conuulsiones, vt ex Galen. mente colligitur, præsentem ac subsequentem Aphorismum enucleantis : fuit nanque Hippocra. sententia (ut Galen. asserit) uigilantem extrinsecus esse calidiorem, intrinsecus verò frigidiorem, ac dormientem e conuerso. Ex hoc itaque docet nos Hippocra. somnum & vigilias iuxta caloris innanti motiones fieri, vt & alij rerum naturalium studiosi sensere: Verum Aristot. agens de somni causa sustinet, quòd somnus ex vaporibus ad cerebrum

4. Aph. 67

6. Epi. sec. 4.13. & sec. 5.30. libello de som. & uig. & 2. de par. anim. c. 7

ascendentibus efficiatur, qui quidem refrigerati iterum descendentes naturalem fugant calorem: Galen. autem aliam ponit causam nempè quod calor longis uigilijs exiccatus retrahitur, vt humectetur, quàm ēt causam Aue. cōstituit: Cæterū licet Gal. Aris. causam nō neget, uidetur tamē assētire, quod frigiditas, & humiditas cerebri causa potius veterni & subeth existat, quā ipsius somni: Verū huic placito aduersatur ipsemet asserens somni causas esse frigida atque humida, sicuti calida & sicca vigiliarum: sed si quis recte Galen. mentem percipiet, eum non sibi aduersari proferet, quandoquidem ex eo loco uehementer humectantia, ac infrigidantia veterni causas esse intelliget, at non quę moderatam frigiditatem, & humiditatem poßident, ut est lactuca ipsa, qua Gal. aduersus insomnia utebatur. subdit Galen. in commen. quòd non euenit præter rationem, quòd cum somnus in uisceribus colligitur, & morborum causas vincere non potest, mortem indicat, signumque mortale est, non tamen sequitur, quòd si vicerit, signum salutis certum sit, eo nanque casu tantummodo dicere possumus, quòd quoad illum effectum æger non morietur, qui tamen alia quippe affectione interire posset, vtpote si inflammatione non facile solubili in aliqua præcipua parte uexaretur. Ex dictis itaque concludit Galen. Aphorismi sententiam

4. de acci. & mor & 3. de caus. sympt. 10. 2. collig. c. penul.

2. de lo. af. prope fine

2. de alim. facul.

ſententiam tutius pronuntiandam eſſe, ubi ſomnus in morbo fecerit læſionem, ſignum eſſe lætale: cum vero iuuat, non lætale: vt autem oſtendat ex ſomno læſiones accidere, adducit Galen. Hippocra. ſententiam ex libr. epide. deſumptam, vbi ait: [Inter hos multi erant ſomno oppreßi, & delirantes: nonnulli verò ex ſomno tales fiebant:] circa quę Galen. habet, quòd cum Hippocra. de quopiam ſigno loquitur, hocq́ue abſolute malum eſſe ait, uel mortale, talia vtique ſępius exiſtunt, at cum ſcribit ſigna eſſe peßima, uel valde peßima, vel valde mortalia, illa ſanè ſemper ſunt, vel raṙo accidit, quòd non ſint, pariter & de ſigno bono ſimpliciter, & optimo, & cum eo valde dicendum eſt, ſed & de his inferius agemus, vt ad ſecundum Aphoriſmum condeſcendamus.

1. de criſ. 14. prope calcem, & 15. à principio.

APHORISMVS SECVNDVS.

Bi somnus delirium sedat, bonum.

*Alenus in initio cōmenti scribit, quòd si hic Aphorismus cum precedenti legatur, recte vtique erit, hic enim est Aphorismus, ut exemplum particulare precedentis vniuersalis, ac si Hippocra. scribat, vbi dolorem somnus sedat, bonum: vbi febrem somnus sedat, bonum: vbi inflammationem somnus sedat, bonum: cur autem Hippo. de delirio duntaxat mentionem faciat, respondet Galen. quod satis fuit Hippocrati in periculosiori morbo exemplum ponere, ex eo volens alios quoque minus periculosos intelligere; posuit autem exemplum hoc, vt sermonum uniuersaliũ ex partialibus his magis dilucidaretur veritas. Expositis aphorismis, restat, vt nonnulla quæ aduersus illos pariunt difficultatem, discutiamus, atque imprimis est Galeni authoritas libris de caus. puls. dicentis, quòd in principio somni pulsus rari sunt, tardi, & parui, quoniam calor retrabitur*

rabitur ad interiora, & cibum conficit, quòd si cibum conficit, necessariò restauratur, in secunda verò somni parte ad partes exteriores reddit, ergò somnus in principio accessionis secundum omnes sui partes vigiliæ vtilitatem nō remouet, quemadmodum superius à nobis dictū est: idem quoque sentit Auic. pluribus in locis. prima primi doct. 3. summa prima c. 12. & doct. 2. ca. 13. & prima 3. 2. tract. 4. capitu. 1. Dicendum est, quòd quæ Gal. & Aui. dicunt, de somno naturali intelligunt, in quo calor ad interna secedēs agit in cibum, atque eo restauratur, postmodum denuò ad partes reddit exteriores, qualis non est somnus lædens, de quo superius facta est mentio, cum in tali calor potius imbecillior, quàm robustior efficiatur, & ob id multotiens somnus fit valde profundus. Est autem aduertendum ꝙ in secunda somni parte tametsi calor fortior factus aliquo non expandatur, non tamen adeo expanditur, ꝙ ad partes corporis magis exteriores, & ad organa sensuum, vt in vigilijs, perueniat, sed intus conuentus permanet, vt & Aristo. sentit libello illo de somno & vigilia: Cæterum num calor ipse in somno intus recedens ad cor solum, an verò & ad alia membra contrahatur, non sine ratione hoc loco à me discutiendum esse censeo, dubium sanè non solū vtile, verum & necessarium: Auic. siquidem videtur sentire (vt sibi imponit Curtius) quòd in somno spiritus vitalis interius ad suum princi- 1. 3. tract. 4. ca. 1. de subeth.
pium

pium retrahatur, atque vni animalis necessitate vacui: sed aduersus hoc est ipse Galenus, vbi ait, quod cū calor naturalis animaliū copiosa indiget humiditate, in viscera cōuenit, atq; uentrē, & tunc somnus efficitur: quare secundum Galenum dicendum est, quod non tantum ad cor retrahitur, sed & ad omnes partes interiores: cuius quidem signum prius tradebat, quoniam per somnos coctiones meliores fiunt non modo in ventriculo, sed & venis, & arterijs, ac omni denique animalis corpore, quod quidem non fieret, nisi calor ad illas omnes partes retraheretur: Verū si rectè legantur, quæ ab Aui. scripta sunt, idem cum Galeno sentire videtur, nempè quod in somno calor secedat ad interiora, vt cibus optime conficiatur, ipsiusque verba ad rectum sensum trahi possunt, quod spiritus vitalis, & spiritus animalis seorsum ad propria principia retrahātur, nec non ad reliquas partes, in quibus cibus conficitur, atque præsertim quoniam iam dictum est vapores quoque illos aereos, & humidos de substātia caloris naturalis existere, qui parua quadam immutatione spiritus efficiuntur. Insuper dictum est, quod somnus in principio magis quàm cæteris temporum partibus nocumentum affert, aduersus hoc est Aui. authoritas loquentis de signis ex parte somni, & vigiliæ, vbi ait, Et hoc totū in statu paroxismorum febris est deterius,

3. de caus. puls. 10.

quo supra loco capi. 9. & 4. de ac. & mor. ultimo.

2. 4. trac. 1. cap. 49.

principio verò eius multotiens fit, & non no-
ct. cui quidem respondendum est, quod Aui. sentē 2. progno.
am illam posuit ab Hippo. & Gal. desumptam, 11. & 12.
tque veram, si rectè intelligatur, scripsit ete-
im Hippo. Bonum esse noctu dormire, & inter-
iu vigilare, contra verò malum, quod si ægri nec
octu, nec die dormierint, peßimum est: minus āt
alum, si quis die dormierit, vt diei principio
lormiat, concors autem Aui. cū Hippo. subdit,
omnus eueniens in die est deterior, si in statu ac
eßionis contingat, quo quidem tempore minus
gri ad somnum inclinari solēt, atque ob id dete
ius signum est, at in principio non adeo malum
st signum siquidem mos est, vt initio accesßio-
is somnus efficiatur: Neque, meo quidem iudi
io, tenenda est Conciliatoris dissolutio, vtpote Diff. 108.
quod per statum declinationem uoluerit Auicē.
vel quòd ipse nocumenta status ad ea principij
non comparet, quæ morbi sunt tempora, sed no
cumenta principij status ad nocumēta finis eius
dem status, etenim hæc ipsius interpretatio ma-
nifestißime literæ Aui. aduersatur, præter quod to
tam fermè cōtextus illius structurā præuertit:
quo fit, vt rectius sit primam nostram dissolutio
nem vtpote ueritati, ac Hippoc. sententiæ magis
consonam sustinere, quod in vno tempore nocumen
tum maius sit, at non est deterius signum, vt de
statu & principio paroxismi dictum est: Est au-
tem

tem adnotandum circa vtrunque aphorismum, ꝙ de particulari loquimur declinatione, quemadmodum & de particularibus alijs paroxismi temporibus. At dicet fortè quis, signum prioris aphorismi aut est in salubri, aut in mortali ægritudine, si primum dicas contra vel non erit salubris, vel tale signum non apparet, si uerò in mortali asseras, nihil docet Hippocra. hoc enim ex se manifestum est: Respondeo ego, quòd in paroxismo non adhuc principio num mortalis, salubrisuè sit, sed signum duntaxat indicat: Adhæc aduersus determinata est alia Aui. authoritas, vbi de rigoris regimine, qui principio accessionis solet inuadere, verba faciens, ait, ꝙ in rigore maxime prouocatur somnus, vt sudent, & euacuetur materia, quæ rigorem efficit, non igitur somnus eo tempore nocuus erit. Curtius existimat, quòd ad aphorismi verificationem opus sit, vt nocumentum ab externa non perueniat causa: Verum cum dicat Hippocrat. in quo morbo somnus laborem facit, intelligendum est, quòd nocumentum ex somno fiat, non autem ex causa externa: qua de re, meo quidem iudicio, hæc non addenda est limitatio, neque minus addendum censeo, vt quidam, quòd in salubri ægritudine non sit, quoniam in salubri talia non eueniunt signa: sed satis est, vt mea est opinio, quòd eo tempore

1 4. tract. 2. ca. 12.

nocu

ocumentum efficiatur, quo somnus iuuare a-
tus, solitusque est, & quòd nocumentum quo
ue perseueret.

APHORISMVS TERTIVS.

Somnus, atque uigilia vtraque si modum excesserint, malum.



Hippocra. hoc aphorismo; atque subsequenti eius opppositum prosequitur, quod in duobus præcedentibus constituerat, si quidem in sequenti vniuersalem, in hoc vero partialẽ sentẽ
iam subscribit. Gal. in comm. principio recenset
onnullorm medicorum decreta, qui vigiliam ex
edentem mediocritatem esse, & malum signũ
xistimarunt, propterea quòd malam, à qua pro
enit, dispositionẽ indicat, atque etiam causam,
quoniã spiritus resoluit, at somnus non talis est,
ed semper bonum est signum, & causa, cũ somnus nunquam fiat excedens: vnde dicebant etiã
plurimos deceptos esse morbum attonitum, qui
à modernis nostris congelatio dicitur, somnum
esse longũ putãtes. Aduersus hos insurgit Gal.
in altera com. parte, atque eos reprobat, nã somnus alia ratione grauis dicitur, atq; alia longus:

grauis

grauis enim dicitur, cum difficilem habet expergefactionem: longus verò, quando solo tempore modum naturæ congruum superat, ac nõdum difficilem habet expergefactionem, atque hoc modo somnum longum dari concedimus; proinde talis somnus excedens mediocritatem refrigerato primo sensiterio nempè cerebro efficitur, & tũ somnus longus generatur: cum verò frigidita calida fuerit humori commixta, lethargia, sicut siccitati permixta, catalepsis, hoc est morbus attonitus pariẽtibus quidẽ posterioribus cerebri partibus: at vigiliæ ob cerebri calorem fiunt, idque bifariam vel ob solam malam intemperiem aut ob humoris biliosi abundantiam, de quibus sanè causis Galen. hoc loco per capita solum tetigit, at alibi diffusius. In postrema comment. parte reprobat quinetiã Gale. aliam opinionem eorum, qui vigilias nunquàm moderatas esse dicebant, atque nomen hoc immoderantiam atque excessum indicare: sed (inquit Galen.) falluntur hi, neque eius consuetudinis, quæ in vsu vitæ seruatur, recordantur, nonnunquam enim mala magnorum malorum comparatione mediocria dicuntur.

4. de acc. & mor. ultimo, & 2. de loc. aff. ultimo, & 3. eiusdem 4. & 5.

APHO-

APHORISMVS QVARTVS.

NOn ſatietas, non fames, neque aliud quicquam, quod modũ naturæ exceſſerit, bonum.



Vod Hippo. in aphoriſmo præcedenti ſpeciatim poſuit hoc loco vniuerſaliter in omnibus intelligendum eſſe cenſet. Galen. in comm. rationem reddens huiuſce aphoriſmi ait, nam cùm ſanitas quædam ſit moderantia, neceſſe eſt immoderantias omnes plurimum à modo recedentes morbos eſſe, quæ verò adhuc plurimum non recedunt, morborum generationem præſeferre: cæterum cum futuræ ægritudinis ſigna (vt declarabat idẽ) duplicia ſint, nonnulla quidẽ ex eorũ genere, quæ ſecundũ naturã ſunt, mutata tamen aut qualitate, aut quãtitate, aut tẽporibus, quædam verò ex eorum genere, quæ præter naturã, ſed minora his, quæ ægritudinibus præſunt, Hippo. hoc loco de his loquitur, quæ ex genere naturalium, ac ſecundum naturam ſunt: mutata namque futuram indicant ægritudinem, ſi à mediocritate ualde non recedant, qualia ſunt ſomnus, vigilia, ſatietas, ac fames: de his verò quæ de ge- 2. arti. me. cap. 82.

nere

nere sunt præter naturam, sequenti loquetur aphorismo. Sed dices, cum dispositio parua præter naturam neutralitas sit, magna verò ægritudo quomodo agnoscã, quãdo principium ægritudinis adest? Respondet Gale. quòd à die decubitu exordiendum est, cum febris incipit, non ab antecedentibus febrem: contra, omnis febriẽs ægrotat, sed multi febrientes in lecto non iacent, sed deambulant, atque à solitis non cessant operibus, ergo in his à decubitu initium non sumitur.

1. de dieb. crit. 6.

Quod quidem Auicen. voluisse videtur, cum ait, quòd si præcesserit febrem dolor capitis, lassitudo, vel confractio, & similia, & postea sequatur febris, hæc facile inter se distinguuntur, & tunc (ait Aui.) dignius est, ut consideretur hora inceptionis febris, & illic est iam apparitio exitus à dispositione naturali in cõplexione manifesta: inceptio autem doloris capitis, & confractionis considerationem non habet, & ꝙ decumbit in lecto, & somnus nõ sunt de illis, quibus est initendum, fortasse enim infirmus non decubuit, & iam incepit: hæc sunt ad uerbum quæ ab Aui. describuntur. cui quidem sententiæ ac obiectioni Curtius excellentissimus occurrere contẽdit, dicens, quòd qui solitas actiones efficiunt, febrireq; uidẽtur, haud reuera febriunt, licet pulsus habeant velociores, atque frequentiores. Verum aduersus hoc est expresse sensus, atque ex-

2. 4. trac. 2. ca. 1.

perimentum,

perimentum, qui enim sua efficiunt munia, se fe
rire multotiens sentiunt, nosque eos ita senti
e quotidie experientia comprobamus. Respon-
dent alij, quòd aliqua febris reperitur, quæ non
est ægritudo, sed neutralitas, atque hęc remissa
est, ualida nanque quę cogit ęgrotantem decum-
bere, ęgritudo dicitur, quod itidem de capitis do
lore dicendum est, atque hi valde allucinantur, si 1. de dieb.
quidem Gal. febrem naturalitatem ponere nō ui cri. cap. 6.
detur, quinimmo eam à dispositionibus neutrali
bus valde distinguit dum ait, nam morbi initium
tempus illud ipsis putandum est, cum manifestè
febricitare incipientes decubuerint, non enim idē
sibi vult capitis dolor, & febris. sicut nec vigi-
lia, & cibi fastidium, & totius corporis grauitas
uel laßitudinis sensus: verum singula hæc diuer-
sa quędam à febre existentia febrem denuntiāt:
his igitur uerbis separat Galenus febrem ipsam
à neutralibus dispositionibus. Rectius autē for-
te iuxta nostram sententiam responderi potest, ꝗ
à die decubitus sumendum est ęgritudinis princi
pium, atque febris, hoc est à die, qua ęger decū-
beret, nisi vltra vires deambulare, aliaque nego
tia exercere conaretur: In quam quidem senten-
tiam deuenit Galen. existimans, quòd cum quis
febrit, non nisi coactè exerceri poßit, quod ēt
ab Hip. experientia compertū est, quandoquidē
prīcipiū ęgritudinis à die decubitus sumēdu esse

experimento comprobauit, at Auic. ab hac de uians opinione, relictoque sensu & experimento alteram à veritate alienam sustinuit, dicant alij quicquid velint, quòd Auicen. cum Gal. & Hippo. concordare contendunt, sed iam ad alterum transeamus aphorismum.

APHORISMVS QVINTVS.

SPontaneæ lassitudines morbos prænuntiant.

INtentio Hippo. hoc aphorismo est de signis agere ex genere, præter naturam, quæ futuram indicant ægritudinem: Declarans āt Gal. in com. verba in cō textu posita, ait, q̄ per laßitudinem non intelligenda est immoderantia ex motione, sed dispositio quæ in corporibus absque motione prouenit; non meminit autem Hipp. hoc loco de laßitudinibus quæ ex huiusmodi proueniunt motionibus, sed de his, quæ sponte eueniunt: vnde cum talis dispositio absque motu prouenit, lassitudo non simpliciter, sed spontanea dicitur: etenim vt ex Galen. colligitur, illa sponte fiunt, quę
4. Apho. & 6. eius dem. 14 non à causa manifesta ortum ducunt, cuius quidem laßitudinis tres sunt species, prima

quidem

uidem, quæ sensum habet vlceris, siquidem ex [v]iiosis humoribus pendet, ac vlcerosa dicitur, secunda autem tensiua, seu tensionis sensum habens, cum ob plenitudinem generatur, tertia verò apostemosa, seu inflammationis sensum obtinens, ex duabus quidem prioribus constata, in qua prauorum humorum copia reperitur. Proinde de his diffuse loquitur alibi Galen. ac Auicen. vbi etiam de arefactiua meminit. Non temerè igitur ab Hippocra. dictum est spontaneas laßitudines morbos prænuntiare. Sed dices, cur Hippo. de hisce spontinis loquutus est, cum & de aliis agere debuisset, ut Auicen. quarum etiam curam adhibet, quemadmodum ipsius uerba indicant dicentis, studium intendere in medicando laßitudinem est securari à multis ęgritudinibus, ex quibus sunt febres &c. Dicendum est, quòd vt inquit Auicen. laßitudo ex exercitio securior est, eius nanque facilis est cura, cum in ea vt plurimum materia pauca sit, facillimeq; resoluatur, prius quàm ægritudinem efficiat, licet & nonnũquam dum naturæ valde rebellis est, morbum efficere poßit: at quæ spontaneæ sunt laßitudines, frequentius ægritudines præseferunt, atque ob id de eis meminit Hippocra. quemadmodum & Auicen. eas esse inquiens ægritudinis præsagia, & Galen. dicebat, quòd sicut laßitudo

4 de tuẽd. ual.

3. primi doct. 2. capit. 12.

.14.

Cap. 12.

ex immodico exercitio proueniens sanorum e[...]
principio 4. de tuéd. ual. symptoma, sic & spontanea morbosum sympto-
ma. Nùm verò de his laßitudinibus ad parten[...]
curatiuam, an sanatiuam agere spectet, respo[...]
det Galen. huic tacitæ ac curiosę dubitationi
quòd quæstio hæc Logica est sophistarum, qu[...]
vtilia quidem prætermittunt, inanibus auten[...]
suos replent libros: at volui ego (inquit Gal.)
de his hoc libro disserere, quoniam artis, qu[...]
sanitatem tueri præcipit, non leues portio es[...]
ea, quæ de exercitatione docet, & rursus h[...]
ius non exigua pars est, quæ laßitudines præ-
cauet; eadem autem ratio est instantis laßitu-
dinis cauendæ, & eius, quæ iam occupauit,
summouendæ: videtur itaque quòd non ab re
de hisce laßitudinibus eo libro Galen. pertra-
ctet, ob eam, quam eo loco aßignauit rationem,
quod secus faciunt sophistæ. sed hæc iam mis-
sa faciamus, & alterum aggrediamur aphoris-
mum.

APHORISMVS SEXTVS.



QVicunque dolentes parte ali-
qua corporis omnino dolo-
rem non sentiunt, his mens
ægrotat.


VI aphorismi græca verba trãsferunt, ea bifariam inuertunt, Leonicenus quidem eo modo, vt diximus, transfert: at Laurentianus loco illius [omnino] magna ex parte legit, quæ quidem versio, meo iudicio, melior est, siquidem Com. 16.
& Gal. hunc in modum primo & secundo pror com. 22.
rit. ipsum allegat: sensus autem aphorismi talis est, quòd in quibus est causa apta facere dolorẽ, & magna ex parte, hoc est longo tempore dolorem non sentiunt, his mens ægrotat: atque iuxta hunc sensum haud opus est tot ponere limitationes, ut faciunt expositores, vtpote quòd ad veritatem huiusce aphorismi suplere nos oporteat cum alijs circunstantijs ad sentiendum debitis, vt ꝙ non sit somnus, ꝙ quàm dolorem patiens ad aliud intentus non valde sit, atque alia istiusmodi: ob id magna ex parte dicitur in contextu, hoc est plurimo tempore, qui enim dormiunt, uel ad alia sunt fortiter intenti, dolorem sentire non possunt, sed illud paruo accidit tempore, pro maiori nanque temporis parte dolorem sentiunt. Gal. in com. imprimis ait, quòd Hippo. solet dolores aliquando dispositiones appellare, in quibus dolemus, quæ doloris, qui est tristis sensatio causæ sunt atque iuxta hanc interpretationem Hippo. sexto Epid. ait, quòd in Cranone sect. 1. cõtex. 8.

antiqui dolores frigidi, noui autem calidi, vbi do-
lores frigidos & calidos clarum est dispositiones
nominasse, ex quibus dolores excitantur: eodem
modo (ait Galen.) hoc in loco dolores disposi-
tiones ipsas appellauit, quæcunque cum dolo-
re natura fieri aptæ sunt, inter quas est eri-
sipelas, inflammatio, vulnus, retractio,
ruptura, & quodcunque tale: est autem ad-
notandum ob hæc exempla à Gal. & nobis tra-
dita, quod idem alibi declarat, quòd solutio con-
tinui in osse grece κατάγμα, Latine fractura di-
citur: in parte autem carnosa si erosione fiat,
vlcus nuncupatur, si aliquo incidente, vulnus:
sin distentione, ruptio, sicut si aliquo acuto, ac
gracili, punctura, & ab aliqua re graui con-
tusio: in neruis verò si distentio effioiatur, con
uulsio nominatur, & spasma: at quod in osse fit
erosione, caries latine, & τερηδών grece dicitur.
Concludens autem Galen. aphorismi sententiam
inquit, quòd si quepiam ex dictis affectionibus
in aliquo egrotante reperiatur, & is dolorem
non sentiat, mentem egrotare clarum est indi-
cium, nihil autẽ in presentia refert (ait Gal.) si-
ue mẽtẽ, siue animã quis dicat: quæ quidẽ Gal.
verba nõnulli interpretari conantes dixere Gal.
dicere, siue Hippocra. intelligat sensum inte-
riorem, siue exteriorem non refert, propterea
quòd vtroque modo aphorismus verus est: ve-

Lib. de cõsti. art. 6. & 3. meth. 1.

rum

um Hippocra.& Galen.intelligunt de interio
i, dixit autem Galen.hunc in modum ob va-
ia vocabula idem indicantia, etenim idem di- 1. prorrit.
cebat, cum ergò phrenetim mortales omnes eam comm.4.
ppellitent affectionem, in qua φρένας, i.mentem
esam esse videant, quam tum νοῦν, tum διάνοιαν,
hoc est sensum & intelligentiam nominant: cęte
um aduersus aphorismum quis forte dicat obij
iens, si manui stupidę appropinquetur quippiã,
quod dolorem inferre sit aptum, dubiò procul
manus dolorem non sentiet, non ob id tamen
consequitur, ergò mens ipsa ęgrotat. Dicen-
dum est, quòd aphorismi sententia intelligenda
est, vbi adsit dispositio, quę dolorem inferre
apta sit, & membrum pariter aptum suscipere
impreßionem: signum autem quòd mens ęgro-
tet, est, quoniam tunc species ad sensum inte-
riorem defertur, ad manu stupefacta species ob
iecti nequaquam defertur. Proinde solent duo
hoc loco ab expositoribus sciscitari, & quis nã
sit dolor, eiusque immediata causa, quod quidem
institutum & nos obseruare decreuimus: quo ad
primum quidem spectat, Conciliator sentire vide Differ.77.
tur, quòd dolor est vna qualitas ex tertia quali
tatis specie, paßio scilicet, vel paßibilis quali-
tas, quę à primis quatuor qualitatibus se-
iuncta est: & cum obijciat quis omnes sentire
dolorem esse tristem sensationem obiecti ma-

terialiter imprimentis, respondet ipse, quòd sicut non valet, phlegma est sanguis diminute concoctus, ergo sanguis est, sic non ualet, est sensatio tristis obiecti materialiter imprimentis, ergo est sensatio: Ratio autem Conciliatoris est, propterea quòd plerique dolorem percipiunt, qui neque malam temperiem, neque continui solutionem sentiunt. Verum Conciliatoris ratio nulla est, nam cum dico phlegma est sanguis diminute concoctus, ille vtique terminus postremo additus distrahit, non sic autem intelligi potest, cum dico dolorem esse sensationem tristem obiecti materialiter imprimentis, sed potius sensationis modum indico: item Arist. enumerans obie-
2. de anima.
cta sensus tactus de caliditate meminit, frigiditate, humiditate, & siccitate, graui. & leni, nulla facta de dolore ac delitijs mentione, ergo vana est Conciliatoris sententia. Alij autem dixere, quòd dolor est appetitus fugiendi, vel expellendi rem nociuam; atque hæc opinio falsa est, propterea quòd sensatio rei tristis appetitū prædictum præcedit. Alij verò censere, quòd dolor sit tristis sensatio sensus interioris, non
2. de ani. 20.
autem exterioris, habentque pro sui tutanda sententia Auer. authoritatem, ubi vult, quòd in parte decisa animalis anulosi non tantum sensus sit exterior, sed & interior, non ob aliud, nisi vt ibi constituat virtutem ad-

esse, quæ obiectum congruum atque incongruum percipiat: hac igitur de causa dolor est sensatio sensus interioris, quoniam est sensatio rei displicentis: At falsum est, quòd sensus exterior nō sit congrui, atque incongrui. ad Aue. verò dicitur, ꝙ ipse sensum interiorem uel imaginatiuam virtutem collocauit, quoniam cū pars decisa moueatur ad id mouetur quod absens est, ergò necesse est, ꝙ ibi adsit imaginatiua, quæ rē absentem phantasiatur. Est & altera opinio, quæ cōmunior uidetur, ꝙ dolor tristis sit sensatio sensus exterioris: Vnde Gal. ait, vt dolor tristis sensus est, in voluptas blandus est sensus. 2. de lo. af. 1.
Viso quid sit dolor, restat vt eius immediatā causam perquiramus, an. s. solutio sit cōtinui, malavè intēperies, an utraq; simul, atq; potissimum ex Galeni sententia, qui meo quidē iudicio vtrāque esse tutatus est, nempè & continui solutionē, & malam pariter intēperiē: ꝙ autē huiusce fuerit sententiæ apud ipsum intuere licet, quæ pluries ab eo diffusius ac clarius scripta sūt, ubi etim colligi videtur, ꝙ mala intēperies vt soluit cōtinuū, dolorem infert, cuius etiā hæc sunt verba, Id verò inquirere an ipsum quod uehemēter excalfacit, aut refrigerat, diuisionem aliquam continui efficiat, longiori fortasse disputatione eget: de hoc autem se egisse ait tum quarto de simplic. med. tum etiam libello illo de 2. uic. acu. 1. 2. technī 80. libello de inæq. intem. 12. meth. med. 7. C. 1. lib. 2.
inæq.

ineq. intemp. cum ait, Verum esse Hippocra sermonem dicentis morbos omnes esse ulcera: u cus enim continuitatis solutio est, ostenditq; quomodo calidum & frigidum soluunt continuum, ob quod dolorem efficiunt: item habet
4. de acci. *Galen. continui solutionem esse doloris causam,*
& mor. 6. *vbi ostendit, quòd in omnibus sensibus dolor esse potest, si quidem in omnibus quodammodo solutio continui esse potest. Ad tollendam verò contradictionem, quæ inter Gal. authoritates videtur, aduertendum est, quòd medicus ut medicus ex Galen. sententia non considerat ea, quæ sensu non percipiuntur: Vnde licet agens in agẽdo repatiatur, in principio tamen aliquando passio adeo parua est, ut sensu non percipiatur, licet tractu temporis sentiatur, vt de gutta manifestum est, quæ per temporis spatium lapidẽ excauat, ac de gladio, qui tota die ac noctu ceram incidit, vt testatur pluries Gal. Cum igitur medi*
1. de lo. af. *cus artifex sit sensitiuus, duas esse doloris cau-*
2. 3. de tẽp. *sas constituere debet, nempè continui solutio-*
4. *nem, ac malam temperiem, quæ licet dolorem nõ efficiat, nisi vt soluit continuum, attamen quoniam ea continui solutio sensu non percipitur, à medico dijudicatur ac si non sit, nullam etenim ei medicus solutioni medelam adhibet: ob id Ga*
12. meth. *len. dicebat: Verum quid agendo quæ vehemen*
med. 7. *ter vel excalfaciunt, vel refrigerant, inferant,*

quærere

quærere ad rem propositam non est necesse: experientia enim docet quòd mala complexio dolorem efficit, dum continuum dissoluit, si autem diu quis stet in balneo aquæ tepidæ, tandem ex spirituum resolutione morietur nullo in seipso dolore percepto: item frigiditas hiemis dolorem nõ inferet, vbi cutis adest, quæ tamen dolorem inferet, vbi vulnus aderit, & caro cuti fuerit destituta, vt testatur Hippo. his verbis, vlceribus 5. Aph. 20.
frigidum quidem mordax, & quæ sequũtur, propterea ꝙ in hoc quidem continuum soluit, in alio verò nequaquam. Aduersus hoc Galen. placitum insurgit Auicenn. & sustinens reuera & 2. 1. docto.
solutionis continuitatem, malamq́; temperiẽ do- 5. tract. 2.
loris causas esse hunc in modum arguit, In con- cap. 19.
tinui solutione non solum dolor est in parte, in qua solutio continui adest, & in partibus adiacentibus, in quibus minime solutio continui reperitur: ergo tunc ex mala etiam complexione prouenit dolor, item ex frigido in tota manu dolor efficitur: sed non dicendum est, quòd in tota manu solutio fiat continuitatis, igitur mala complexio doloris est causa: adhæc natura sensum tactus tradidit animalibus, vt quod contristat, effugiant, at mala temperies etiam contristat, ergo eiusdem quoque sensus eße debet, qui immediate contristet, nempe dolor ipse. At Auerrois licet & ipse Gal. reprobet sententiam, existimat 3. colli. 31

tamen

tamen solam malam intemperiem immediatam esse doloris causam, solutionẽ verò continui, prout malã imprimit temperiẽ, atque hũc in modum aduersus eũ argumentatur: Alij sensus à tactu cognoscentes solutam continuitatẽ non dolent, ergò nec tactus, ut oculus uidens, auris adiens solutã continuitatem non dolent, ergò nec tactus ipse: itẽ soluta continuitas est sensibile cõmune, cũ plurium sit sensuum, sed alij sensus læduntur, ac delectantur circa propria obiecta, ergò & tactus, non igitur soluta continuitas erit immediata causa doloris, quin prius proprium sentiatur obiectum nempè mala ipsa intemperies, vti dictum est. Ego uerò Galen. sustinens opinionem, ac veritatem ipsam facillime primum quidem ad primam Auicenn. rationem dicerem, quòd dolor re uera in parte solum adest, vbi continui solutio reperitur, at quoniam dolor uim sensitiuam, naturalemque calorem confundit, atque perturbat, ob id etiam de loco præcise, vbi dolor adest iuditium confundit, atque perturbat, ita vt dolor quoque in partibus circumuicinis appareat, licet reuera in parte ipsa soluta tantummodo reperiatur: ad secundũ verò eodẽ pariter modo de frigiditate dolorẽ in tota manu inferente dicendũ arbitror, vt enim calor ex Gal. sententia propterea quòd continuum diuidit, & intersecat, substantię dolorem infert, ita

Lib. de inę̃q. intẽper.

ta frigus densando, & intus trudendo dolorem efficit, qui ob confusionem, & perturbationem (vt dictum est) in tota manu esse videtur: Qua etiam responsione ad Conciliatoris rationem obsistere possumus nempè quòd ex ea confusione, & perturbatione nonnunquam doloris causam non percipimus, quæcunque sit illa siue mala temperies, siue continui solutio. Ad tertiam verò Auicennæ rationem dicerem, quòd licet natura tribuerit animalibus sensum quatuor primarum qualitatum, non tamen quælibet dolorem infert, quoniam non quælibet contristat, tribuit autem natura vt contristans dolorem efficeret continuum soluendo: si enim quælibet qualitas dolorem inferet, dubio procul animal ipsum fermè continue doleret. Proinde quo ad Auerrois rationes spectat, ad primam quidem breuibus dicerem, quòd alij sensus continui solutionem spiritualiter percipiunt, tactus autem etiam realiter: vnde in tactu reuera continui solutio adest, atque ob id cum in eo hæc ipsa percipitur, dolorem infert, non sic autem in alijs sensibus se habet, ob eam, quam diximus, rationem. Ad secundam verò rationem dico ego, quòd ut alij sensus delectantur, & tristantur circa propria obiecta, utpote uisus circa colorem oblectatur viridem, cæleste mvè, contristatur autem ob valde album, ni-

grumvè, & auditus delectatur circa sonos moderatos, atque suaues, tristitia verò afficitur dum sonos valde acutos ac excellentes percipit, & gustus sapores dulces libenter suscipit, ex amaris autem contristatur: ac odoratus odores suaues amplectitur, insuaues autem, atque acutos renuit: eodem propè modo tactus circa propria obiecta delectatur, contristaturque: Et sicut obiecta propria sensuum aliorum non contristant, atque in ipsis dolorem non inferunt, nisi soluant continuum, vt voluit Galen. ita & obie-
4.de acci. & mor.c.6 cta propria tactus dolorem non inferunt, nisi vi continuum soluunt: Verumtamen id in tactu manifestius est, quàm in aliјs sensibus, vti ibidem declarat. Quare licet concederetur, quòd ad faciendum dolorem in aliqua parte aliquod ex sensibilibus proprijs concurreret, non tamen necesse est concedere, quòd id sit immediate dolorem inferens, atque idem fermè est, perinde, acsi quis imaginem conspiceret affabrè coloratam, at cum praua admodum descriptione, atque figura, contristaretur quidem, sed non ex colore, quod proprium est uisus obiectum, sed ex praua illa figura, quæ vtique commune obiectum existit: pariter & de soluta continuitate, & proprijs tactus obiectis dicendum videtur.

APHO.

APHORISMVS SEPTIMVS.

Væ longo tempore extenuantur corpora, lẽte reficere oportet: quæ verò breui, breuiter.

*Alenus in comm. pro huiusce Aphorismi declaratione imprimis ait, quòd corpora breui tempore extenuata id humorum, & spirituum extenuatione, non autem solidorum colliquatione patiuntur, his verò longo tempore extenuatis carnes tabescunt, & membra, quę in animalibus coctionem, distributionem, sanguificationem, atque nutritionem moliũtur, gracilia que fiunt tum hæc sibi propria, tum etiam alia quæ ipsis auxilio sunt, quemadmodum musculi & istiusmodi: Vnde nec etiam tantum cibi, quãtum indiget animal, confici poterit: quare huiusmodi corpora, vt reficiantur, longiori indigẽt tempore, & tenuiter reficienda sunt, hoc est non multa cibi quantitate pro vice exhibere oportet: atque hoc est lente reficere, vt in contex. inquit Hippo. longiori nempè tempore, atque tenuiter: at in quibus ex Galeni sententia humorum tantum & spirituum fit vacuatio, celeri-*

ter vel breui tempore, & plenius reficiẽdi sun
his etenim maiorem cibi quantitatem pro vic
exhibere poßumus partium solidarum robo
confidentes, quæ extenuatæ minime sunt. Pro
inde quòd solida digerant, quęque talia sint, de
1. prog.cõ. ultimo. & 1. Epid.sec. 2.com.46. clarat Gal. vbique, sunt nanque venarum tuni
cæ, & arteriarum, nerui, ligamenta, membrana
cartilago, & ossa, quæ quidem quoniam alb
sunt, sanguinem quoque dealbant: inditio sun
semen, & vrinæ hypostesis, quæ à solidis parti
bus dealbantur, semen quidem ex superabund
ti sanguinis copia efficitur, hypostesis verò e
alimenti parte, quę naturæ confectionem refu
git, quæ sanè pars neque perinde ac sanguis es
immutata, neque causæ præter naturam, ut pus
particeps existit: subdebat autem, quòd virtu
humores concoquens per totum corpus exten
sa est, siquidem in solidis reperitur: Et ob id con
tingit, quòd si cũ febre fixa sit putrida, cura pe
difficilis est, atque ferme impoßibilis, quipp
cum putrida fixam foueat, prius putrida amo
uenda foret, verum amoueri non potest, nisi hu
mores coquantur, sed cum coctio à naturali soi
dorum temperie fiat, quæ si indispositasint, quo
modo coquẽtur humores? Vt aũt Apohorismu
& verus & clarus sit, nonnulla sunt adnotan
7. metho. med. 6. da, atq; imprimis, ꝙ intelligẽdum est de extenu
tione illa, quæ recuperabilis est: Vnde Galen

inquit,

nquit, quod quadruplex est siccitas, una quidē, qua partes solidæ sicciores sunt redditæ, atq; hāc pau lò supra cū cōsumpta est, insanabilē esse dixerat: altera aūt cū liquātur, ea quorū substātia ex hu more cōcreto cōstat, vtpote caro, et adeps, tertia verò, cū humiditas ppria absumpta est, unde par tes nutriūtur, atq; hæc ros nūcupatur: ac postre ma, q̄ eo assumpto fit, quod in pprijs cuiusq; parti culæ exilibus venis & arterijs cōtinetur, quæ sa nè cæteris facilius curatur: tertia verò licet non ita vt hæc facile, facilius tamen q̄ secunda cura tionē admittit, q̄ & curari potest, neq; ipsius vt primæ, curatio est impoßibilis: Aduertendum, et est quod cū Hippo. ait, quæ longo tempore exte nuantur corpora, lēte, hoc est, ut Gal. interpreta tur, longo tēpore, & tenuiter reficere oportet, nō intelligendū est, quod rarò & parum dandum sit, sed quoniam virtus imbecilla est, parum dabi- mus, quia verò indiget, sępe, breui autem tempo re extenuato corpore multū exhibebimus, ppte rea quod virtus valida est, sępe uero quoniā defe- ctus humorū adest, iuxta regulas superius tradi tas prima aphorismorū particula. Quare male fa ciūt hi, qui nulla de uirtute debili aut forti habi ta distinctione pcipiūt ut extenuati oēs multū ci bi pro uice desumāt: neq; ēt ut nonnulli asserūt, ad aphorismi ueritatē virtutis paritas reqritur. Aduertēdū insup ad quasdā tollēdas difficulta

loco prędi cto.

Com. 17.

tes, quas hoc loco expositores agitare solent, ꝙ i
si puero & iuuene non radicalium, sed aliorum
humorum atque spirituum extenuatio fiat, ci
tius sanè puer, quàm iuuenis restaurabitur
quippe vis restauratiua quæ præsertim uiget in
solidis, puero fortior adest, quàm iuueni. Adno
tandum postremo est, ꝙ extenuatio ex pluribus
causis fieri potest, quemadmodum primo prog. ex
`om. 11. Gal. colligitur, vtpote febre, vigilijs, inedia, ua-
cuatione quapiam, valido exercitio, cogitatione
atque medicamentis, quæ quidem omnia adamus
sim sunt contemplanda, distinguendaque. Verum
cadit hic dubium, num membra principalia prius
extenuentur, & ex consequenti prius etiam refi
ciātur, an verò reliqua alia, quæ ꝑcipua nō sunt:
1. de diffe. feb. c. 8. 9. etenim ex Gal. colligi videtur, ꝙ cor prius, & ma
gis in febre fixa extenuatur, oppositū aūt sentit
primo de tabe. vbi ait, ꝙ etsi in corde non generetur sanguis, cor
tamen magis ab hepate quàm cetera mēbra san
guinē trahit: atque ob id Gal. subdit, ꝙ in cōsum
ptis, quales sunt senes, & ex inedia, aut huiusmo
di morientes si animal diuidas, hepar & cor cras
siora, minusq; cæteris partibus consumpta cōspi
cientur. Respondeo, ꝙ primo quidem de extenua
tione ex febre hectica loquitur, atq; id verū est,
siquidē prima cordis est passio, eiusq; species ua
1. de tabe. riantur iuxta consumptionis in corde diuariatio
nē: at alio loco de extenuatione loquitur, quæ ci
bi

i est indigẽtia, atq; eo casu primo, & magis aliæ
orporis partes demacrãtur, atq; extenuantur.

APHORISMVS OCTAVVS.

SI à morbo cibũ assumens quis non corroboratur, pluri cibo corpus uti significat: quòd si non assumente cibum hoc accidat, scire oportet, ꝙ indiget euacuatione.



OC Aphorismo agit Hipp. de conualescentibus docens prognosticari ex cõmestione cũ appetitu, aut absq; appetitu, Gale. in cõ. primo inquit, ꝙ Aphorismus hic habuit obscuritatẽ propter breuiloquiũ, & quendã dictionis usum, qui etiam in multis Asiæ ciuitatibus esse solet: consuetudo nanq; est dicere, non assumere cibũ eos, qui sine appetitu vel non sumunt, vel parũ assumunt: assumere verò cibos appetentes, ac pastos vsque ad satietatem: quo habito postea Gal. Aphorismi sententiam declarans ait, ꝙ quicunque appetentes, & ingerentes abundans alimẽtũ uires recuperare non possunt, ex eo nutrimẽto magis grauãtur, & non nutriuntur: qui verò tãtũ cibi assumere nõ possunt, quod satis sit, vi-

tiosis abundant humoribus, sine quorũ euacuatione sanitatis robur haud quaquam instaurari potest: Cum uero pluribus in locis scribat Hip. ꝙ omnibus humoribus supabundantibus seruata proportione venæ sectione sunt vacuãdi, ubi uerò vnus solus superabundat, medicamento purgatorio, subijciatq; hoc Aphorismo, si verò non assumente cibũ hoc accedat, &c. subintulit sequentes quoque duos Aphorismos, qui rectius transpositi scriberentur. Nũ verò appetentes, qui non corroborantur, de nimia cibi assumpta quantitate tantummodo indicent, an vero de malis humoribus, qui egent euacuatione, hoc dubiũ
Com. 32. Galen. inferius dissoluit, ubi ait: causa verò, ob quã bene ab initio cibati nihil perficiant, est totius corporis vitiũ cum partium appetentium uigore, verũ processu tẽporis ob ciborum multitudinẽ aucto in toto corpore uitio ipsum ẽt appetẽdi instrumentũ male se habebit. Cum igitur quis assumit cibũ cũ appetitu, & nõ bene alitur, neq; proficit, & non corroboratur, id contingere po-
Com. 31. test (vt ait Gal. inferius) uel ob potentię imbecillitatẽ, qua corpus nutritur, vel ob malorũ humorum superabũdãtiã: quare si assumens cibum nõ conualescat ex prauis humoribus is indiget euacuatione: Ex quo quidẽ clare patet, quàm male nõnulli hũc Hip. Aphorismũ interpretentur, ꝙ quę de conualescẽte vero, ac nõ vero, & de ap-
petitu

etitu naturali, & non naturali loquitur: vnde corpus sit mundum, & non conualescit, cibum untaxat subtrahere opus est, si verò praui humores adsint, & ob id comedens nō conualescit, indiget euacuatione, cognoscetur autem corpus mundum non esse, propterea quòd primo appetit, mox desinit appetere, siquidem (vt ex Galen. dictum est) tractu temporis cibi copia aucto vitio in toto ipsum etiam appetendi instrumentum male se habebit. Sed dicet forte quis, Galen. 3. artis med. agens de conualescentium regimine ait, ꝙ sanguis in his exiguus est & optimus, pariter & spiritus vitalis ac animalis, & solida membra sicciora: Et ob id vires sunt imbecilliores, & eorundem ratione vniuersum corpus frigidius, & siccius, quale est senum, quare hi phlobotomandi non sunt, sed reficiendi: contrarium autem hic à Galeno colligi uidetur, cum humores æquam inuicem seruarint proportionem (ait ipse) Hippocra. sanguinis mißione auxiliatur, quam etiam sententiam Auicenn. insequitur, vbi declarat quomodo in conualescentibus aliquando non tantum pharmacia, sed & phlobotomia ob sanguinis prauitatem indigemus, quandoquidem in ipso non parum malorū humorū cinereitatis (ut ipse loquitur) remansit, quare necessario est ei, ut extrahatur sanguis eius malus, & augumentetur bonus,

prope finē

2. 4. tract. primo. 101

& melius in hoc est, vt facile fiat, & non facia aliquid subitò, hæc Aui. Respondeo, quòd libro tertio artis med. Gal. de vere conualescentibus loquitur, in quibus nil causæ ægritudinis remansit, & sanguis optimus est, & paucus, atq; in his non conuenit phlobotomia, at hoc loco, vt & Auic. de non ueris conualescentibus verba facit, in quibus mali adhuc de relicti humores ægent vacuatione. Est autem aduertendum, quòd conualescentes regendi sunt, ut docet ibidem Gale. debetque iubere medicus, vt cibos humidos assumant, non autem frigidos, concoctu faciles, non quæ duræ sint concoctionis: insuper vinum me-

7. metho. med. ca. 6. diam seruans ætatem, quandoquidem ex Gal. sententia nobile sabinum citius sexto anno idoneũ non est, sitque substantia purum, pellucidum, subflauum, vel album, & suauiter olens, gustui nec omnino aqueum, nec cum aliqua insigni qualitate, aut dulcedine, aut acritudine, aut amarore: proinde primis quidem duobus diebus ea-

1. de uict. in acut. 25 dem victus ratione, ut prius regendi sunt, quemadmodum docent Hippocra. & Galen. atque potißimum hi qui iam iudicati sunt, etenim dubium est, ne in his quippiam materiæ derelictum sit, quæ euacuatione indigeat, Vnde Gal. in com. dicebat, contingit siquidem interdum, vt tanquam soluto exacte morbo ægri confidant, cibentur deinde negligentius, & eius, quæ per circuitum repetant,

petãt, accessionis occasionẽ p̃beant: Aduertẽdũ insuper, quod vt ait Hipp. & Gal. si conualescens nõ appetit, signũ est, quod purgatione indiget, pariter & de alijs accidentibus in febre contingentibus intelligendũ est: vt autẽ sciamus qui nã hi sint cõualescentes, qui indigent purgatione, notare opus est, num cum remouetur febris, unà reliqua quoque accidentia ammoueantur, an quodpiam restet accidens, vtpote inappetentia, oris exiccatio, & insuauitas, de quibus meminit Hippocra. 6. Epid. & Galen. in commen. vbi subdit, quòd Hippocra. enumerauit, quæ intus remanentia principatum obtinent. Cum itaque aliquod restat accidens, tale signum est, quòd & morbosus aliquis remanet affectus, & insuper materiæ portio, quæ indiget euacuatione: Non igitur laudandi sunt, qui in omnibus conualescentibus uacuationes moliri student, ob dictum Hipp. ex 12. Aphorismo huiusce particulæ excerptum, de quo etiã 6. Epid. præcitata particula meminit, his verbis, Quæ relinquuntur in morbis recidiuas facere consueuerunt, causa autẽ huiusce erroris iam enarrata est. & ob id (vt Gal. asserit) diuites deterius curãtur, quàm pauperes, siquidem medici impensiorem adhibent diligentiam, ut quotidie fiat aliquid circa ægrotantis corpus, vt semper aliquid efficere videantur, sperantes inde se maiorem mercedem acceptu-

sect. 2. con tex. 20.

Cõtex. 22

11. met. 15

vos quare nõ mirũ est, si & idẽ in cõvalescẽtibus efficiant. Cæterũ sciscitatibur forte quis, nùm in conualescentibus appetitus naturalis validus esse poßit, non. n. hoc illis accidere posse uidetur, propterea quod vis appetitiua naturalis est, sed in conualescentibus virtutes naturales imbecillæ redditæ sunt. Teneas velim pro huius dubij resolutione, ꝙ ut uis cordis dilatans magis neceßitatis tempore operatur, licet non adeo ualidior sit, ita & virtus appetitiua neceßitatis tempore magis operatur, cum præsertim eius sit ob necessitatem appetere.

APHORISMVS NONVS.

CORPORA cum quispiã purgare voluerit, oportet fluida facere.

IN Præcedenti commento scripsit Galen. quòd hi duo Aphorismi præsens scilicet, & subsequens melius iacerent, hic si posterior, ille verò prior scriberetur: ait itaque Hippo. corpora cum quispiam purgare voluerit, oportet fluida facere, hoc est præparare humores, meatus aperire, per quos transmitti debent, vt et idẽ
6. Epid. se. 2. 33. asserit inquiens, Transitus aperiri, vt nares, & alia, quibus opus est. Gale. in com. subdit, id per se quidem memoratu dignũ est, cõducit. n. omnes

pertinacuorũ excretorios meatus aperiri. Ean
ẽ fermè sñiam hẽt Hipp. 6. aphorismorũ, & de
a meminit Gal. superius. Itaq; Gal. in com. initio Apho. 67.
uorũdã ponit expositionẽ, qui aphorismũ hũc 1. Aph. 24.
sse intelligẽdũ statuunt, ꝙ sentiat Hipp. vt cum 6. Epid.
purgare uolueris, corpora fluida fiant, hoc est ad sect. 5. comment. 29.
purgationes assuescant, ut si ꝑ uomitũ molienda
purgatio est cũ irritãtibus ad vomitũ, & quem-
admodũ sentit Gal. si per deijciẽtia cũ subducen
tibus aluũ: quã quidẽ expositionẽ, tanquã futilẽ 4. aph. 13.
& vanã Gal. nõ ĩprobat, id. n. verũ est, & ab Ae Lib. 3. 131
tio, vbi agit de heleboro, cõprobatũ, sed Hip. (ut 4 etiam
ait Gal.) id minimum noluit, sed ut omnibus no- apho. 13.
tum, ac inartificiosum dereliquit: quid autem
maius, ac magis artificiosum docere tentauit, qđ
longa experiẽtia ac usu didicimus: quare subdit,
ꝙ si quis crassos humores subtiliet, tenaces inci-
dat, meatus aperiat, per quos humores à medica
mẽto purgãte & trãsmittuntur, & attrahũtur,
purgatio utique in oĩbus recte procedet, atq; ita
tria faciũt corpora fluida. idẽ testatur in libello
quos & quãdo purgare oportet ĩscripto, ꝙ si quis
prędicta negligat, & ꝑ uomitũ, aut uẽtris subdu
ctionẽ purget, difficiles utiq; fiẽt purgationes nẽ
pè cũ torminibus, uertigine quadã, fastidio multo
difficultate, & huiusmodi: atq; hæc oĩa ob fortẽ 4. de tuẽd.
à natura in euacuatione factã exagitationẽ cõ sanit.
tingũt: verũ nos (subdit Gal.) uictu utimur ex-

tenuante,

tenuante, de quo superius diximus, & in quod alio libello ab eodem scripto: si igitur omnia p. rentur, nil prædictorum accidere solet, sed absq molestia humorum præter naturam quæ vacuatione indigent, euacuatio efficitur: & propterea dixit Hippo. si quis corpora purgare voluerit, oportet fluida facere, quasi dicat, optime purgabis siue per vomitum, siue per secessum, si totum corpus fluidum facies: fiet autem fluidum apertis omnibus meatibus, & humoribus ipsis abstersis, incisis, ac extenuatis, si qui crassiores & tenaces in corpore reperiãtur: qui autem meatus sint, per quos humores vacuantur, & quomodo singulis fluxibilitas comparetur, libris meth. med. declarat Gale. Neque minus audiendi sunt, qui aphorismum intelligendũ esse autumant, vbi materia non turgeat, proptea quòd superius Gal. prima apho. particula dixerat, raro nos in acutis purgantibus medicamẽtis vti, cum rarò materia turgeat, & cum turget, rarò etiam ex imparato paratum ægrum effi cere possimus, & cum Hippocra. ait 4. apho. ꝙ in valde acutis si expediat eadem die, intelligitur si viæ paratæ sint. Est autem dubium, an digestio, quæ a medico fit, subtiliando efficiatur, an vero ẽt incrassando nonnunquam quod est subtile, siquidem communis opinio tenet, quod dige stio quidem modo attenuando, modo incrassando

11. meth. 19.

Apho. 24.

Apho. 10.

proce-

rocedit authoritate Aui.cap.de cura putridarum in generali, nec non authoritate Gal.libello de const.art. vbi ait, crassum esse attenuandum, tenue vero incrassandum. Curtius autem eam reprobat opinionem asserens id quidem verum esse de digestione, quæ à natura fit, quæ digerendo humores expellendos ad quandam mediocritatem reducit, in qua nil aliud medicus efficere potest aut debet, nisi calorem roborare, vt validius digerere poßit, verum medicus in sua digestione nil aliud facit, quàm quod Galen. in hoc aphorismo pronuntiat, attenuare .s. humores, & vias parare, vt dictum est: ad Aui. vero ait, quòd de naturæ digestione, materiaque à natura euacuanda loquutus est, pariter & Galen. de ea materiæ digestione ad benignum reducendæ. si dicas, subtiles impacti attrahi & euacuari non poterunt: Respondet ipse, q̧ humores à pharmaco attrahendi quanto subtiliores erunt, tanto facilius attrahentur, si etiam impacti sint, secus autem res se habet, si à membro, cum se contrahit, expellendi forent. Verum nos de digestione disseruimus & quomodo à medico efficiatur copiose superius, dicamus autem, quoad presens propositum spectat, verum esse, q̧ materia quãto subtilior est, tanto facilius medicamẽto euacuatur, sed quoniam medicus materiam non turgẽtem nõ euacuat, nisi cocta sit, quam natura euacuare

1.4. tract. 2. capit. 7.

Cap. 19.

non

non potest, ob id cum opus sit medicum naturæ coctionem expectare, dici potest, quòd ẽt materia medicamento vacuanda substantiæ mediocritatem habere debet, siquidem à natura coqui necesse est, licet ea ratione non coquatur, & subtile non incrassetur, vt facilius à medicamento attrahatur, bene verum est, quòd coctio (si coctio dicenda sit, quæ à medico fieri debet) est vias aperire, & humores subtiliare, vt censet Gale. si in corpore crassi fuerint, ita quòd licet humores in venis existentes concocti sint, viæ autẽ minime paratæ ob alios crassos humores, qui in vijs reperiantur, per quas vacuatio moliẽda est, attamen medicum eas vias parare, humoresque illos subtiliare opus erit, neque incrassãtia sunt exhibenda, quæ uias obturare apta sint, nisi necessitas vrgeat, & obstructionũ periculum adsit.

APHORISMVS DECIMVS.

Non pura corpora quanto plus nutries, tanto magis lædes.



GALENVS aphorismũ hunc ad animos vsq; extendit, etenim sicut Hip. inquit, Nõ pura corpora quãto plus nutries tãto magis lædes, ita & Plato, impuris animis si nutrientes sermones afferas, non modo nihil prosis, verũ & 1. de simp. med. c. ult.

magno-

agnopere obſueris: De hoc quoque aphoriſmo
ſerius meminit Gal. inquiens. quòd cum in he- Com. 15.
ate praui ſunt humores, ſi aliud nutrimentum & 7. apho.
eferatur, cum malis humoribus admiſcetur, at 63, & 8 de
ue corrumpitur, ita vt quanto plus nutrimenti cõp. med.
d hepar deferetur, tanto magis homo lædetur:
nde Gal. in com. aphoriſmi cãm reddens ait, ꝙ
ũ in corpore mali ſunt humores alimẽtũ corpori
dueniens ab illis prauis humoribus corrũpitur,
aq; malorũ humorũ ſeruatur qualitas, augetur
t eorundẽ quantitas, ſed præſertim hoc fit (in-
uit Gale.) quando ventriculus vitioſis plenus
rit humoribus: quare conualeſcentibus caſus
ccidit, de quo ſuperius aphoriſm. 8. nẽpè ꝙ cibũ
ſumere non poſſunt, hoc eſt non appetũt: vnde
icebat Gal. ꝙ cũ in vẽtriculo excrementa redũ
ant, malam coctionẽ corruptio cõcomitatur. eſt 6. de acci.
t animaduertẽdum, ꝙ licet aphoriſmus hic de & mor. pri
onualeſcẽtibus potiſsimũ intelligatur, veritatẽ mo.
amẽ & in ſanis obtinet, in quibus excremẽta in
iget euacuatione: qua de re Gal. aſſerit, ꝙ vtili
s eſt exercitationẽ ante cibũ adhibere, quoniã 2. de tuẽd.
r exiguos meatus expurgat, et excrementa ex- ual. à prin
ra ꝑpellit, ſiquidẽ quæ impura corpora ſunt, at cipio.
ue ab excremẽtis parũ purgata, hæc quo magis
utries, eò magis lædes. cæterũ dicet forte quis
duerſus determinata Galen. prima apho-
iſ. particula dixiſſe, ſi humores mali ſunt Apho. 17.

uirtute

virtute debili parum & sæpe, valida vero mu
3. primi doct. 2. ca. de regimi. eius quod comeditur tum & sępe cibandus est homo, & Aui. inqui
& sæpe etiam conceditur ei, in cuius corpore n
li habentur humores, vt rem bonam largiter c
medant, & proprie cum non patitur ventrem
bi solui propter eius debilitatem. Dicendum e
ꝙ quemadmodum prima apho. particula dictu
est, Hippo. hoc loco loquitur, si omissa fuerit e
cuatio. & nutrimẽto vtamur resumptiuo, non
medicinali, eo verò aphorismo de his verba f
cit, in quibus paulatim nutrimus, paulatimq
vacuamus, vt Gal. docet, quam planè curation
9. Metho. med. 10. grece epicrasim nominat. Vel dicamus ꝙ Hipp
de non puris hic loquitur corporibus, quæ corr
ptos, incorrigibilesque humores habent qua
hęc euacuanda sunt, at aphorismo illo nõ de o
nino corruptis, sed semimalis, qui restitui poßũ
11. meth. cap. 9. & libello de const. art. 19. & ad benignum reduci, vt ex Galen. colligitu
quam ipse correctionem coctionem, ut dictũ est
nuncupat: id. n. his accidit, quod & uino nond
in acetum verso contingere solet, vt inferius de
comm. 17. clarat Gale. atque his cibi exhibendi alterante
esse debent, vrinamque cientes, ac sudorem, ne
non & ventrem lenientes, vt est hordei ptissana
Aduersus primam responsionem extat Aui. au
thoritas, ob quam quidem responsionem ea toll
non videtur, siquidem Aui. loqui videtur, cu
non fit euacuatio, cum dicat, & proprie cum n

pati-

ititur ventrem sibi solui propter debilitatem
us: propterea nonnulli respondent, quod hic loqui
ur, cùm nutrimento incongruo vescuntur: Ve-
um hoc est, verum etiam, vbi humores corrupti
on forent, atque hoc pactò dictum hoc Hippo. di
num non esset, neque expositioni Galeni conso
um: Alij dicunt, quod hic de nutrimento resumpti
o loquitur, Aui. vero de corruptionis probibi-
iuo: Curtius hanc confutat responsionem, pro-
terea quod tale etiam nutrimentum secundum por
ionem corrumpitur, atque hoc non cachochimiã
dauget, dato quòd aliquatenus alteret. Sed mi- 9.met.10.
i videtur, quòd Aui. idem sentit, quod Gal. vt
ius sonant verba, neque negaret Auic. quòd hi
paulatim euacuandi non sunt, vt inquit Gal. qui
et sentit vt Aui. quòd ob imbecillitatem euacua
tionem pharmaco. s. purgante non ferunt, & his
cibi sunt exhibendi, de quibus superius dictum
est. Dubitant quidam an in stomaco colera erugi
nosa vel praßina generetur, & Curtius etiã du
bitat, an in stomaco necessario gignatur phleg- 3.collig.3.
ma, an verò in hepate, & hoc ob Auer. & Gal. lib. de atra
qui etiam ostendit, quomodo colera vitellina gi- bile 8. et 5
gnatur. verum hæc in præsenti loco examinare de us. part.
extra propositum esse censeo, quare hęc consul- 4. & 2. de
tò à nobis prætermittenda sunt, & ad aliud op- poté. natu.
portunius tempus differenda propè finé

Apho-

APHORISMVS VNDECIMVS.

FAcilius est impleri potu, quàm cibis.



AL. in com. hunc aphorism cum superioribus continuat quòd cum supra loquutus sit Hippo. de his corporibus, quæ indigent refectione, nunc vero de materierum diuersitate verba facit, quibus vel tardius, vel velocius fit restauratio: huius autem sententiæ ratio colligitur ex his, quæ Galen. alibi, necnon Aristo. conscripserunt. Proinde ad eorum confirmationem, quę hoc aphorismo scripta sunt, Gale. adducit eiusdē Hippo. authoritatem libello de nutricatu, siue alimento propè finem, vbi ait, quæcunque celeri additamento eget, medicamen, cibariumvè liquidum ad reficiendas vires potissimum, celerius quidem odoratu, & vbi dicit translatio illa liquidum, Leonicenus vertit humidum, & idē est: quo loco nota secundum Galenum librum illum esse Hipp. non autem Thessali vel Herophili, ut ille ait translator ex Gale. sententia subdit autē in commen. Galen. quòd non oportet ibi humidū, hic potum simpliciter audire, sed quod suapte na

1. de poté. nat. 10. & 6. de acci. & mor. 3. & primo de simpli med. 11. & 13. & 3. de tempera. 2. de part. ani. cap. 3.

tura

ura aptum est corpus nutrire, quorum cõmunis
ulcedo est ex Galeni sententia, hoc insuper ad- 4 de simp. med. 14.
ito, ꝙ elemẽta quatuor, & summe acria, acerba,
ut amara nõ nutriunt: Dicit itaq; Galenus licet
icta humida nõ tã nutriãt, vt solidiora; ea ta-
ẽ in nutriẽdo celeritate superãt, quẽadmodum
ina craßiora, & colore rubea, quæ plus nutriũt
uàm cætera uina: at aquosa alba, & tenuia, quę
quæ similem formam habent, minime nutriunt,
rinamq; cient: quare medicamenta solum esse
videtur, ut & de oximelle te asserit Galenus: qua 1. de uict.
ia verò hæc sint diffuse admodum docet ipse quę acut. 44.
mittenda cum de his hoc loco non intelligat Hip 5. de simp.
po. Proinde vinis craßis & rubeis hoc inest, vt med. 12. & 21.
citißime impleant corpora euacuata: vinum
nanque cito mutatur, & facile penetrat, &
ob id cito nutrit, licet minus ex Galen. sententia
vbi ait, vinum, quia calidum & humidum celeri 3. de caus.
ter permeat, & ob id affatim & subitò nutrit, puls. ulti.
sed vt celerem ita minime diuturnam habet appo
sitionem, facile nanque per halitum digeritur,
quare nõ est mirũ si minus nutrit vinũ: vnde idẽ
in fine com. ait: quòd verò alimentum humidum,
& præcipue natura calidum facilius nutriat, ma
nifestũ est his, qui sciũt quõ fiat coctio & distribu
tio, de quibus quidẽ ac nutritione alibi loquutus 1. de pot.
est, alterationẽ ipsã usq; quo in similitudinẽ par nat 8. & 8.
s nutriturȩ transmutatur, concoctionem dici de compo. med. secun dũ loca 6.

asserens, vbi verò iam parti apponitur, nutritionem: ad facilẽ porrò nutritionem haud satis est, vt sit humidum seu liquidum, sed & calidum esse opus est, ex Gal. dicente, ꝙ aqua non penetrat, sed diutius moratur in præcordijs sua frigiditate, à qua omnia eius vitia dependẽt. Est autem aduertendum ꝙ cum ea quæ breui extenuantur tempore, vt 7. aphorismo superius dictum est, id patiantur ob sanguinis & spirituum euacuationem, ideo refectio cum sanguinem ac spiritus gignentibus moliẽda est: humida autem & potabilia talia esse debent, quæ facile in sanguinem conuertantur, odores verò, quæ spiritus restaurent. Cæterum num odores nutriant, non nihil est dubij, etenim Aristo. aduersus Pythagoreos probat odores proprie non nutrire. Gale. autem eos nutrire, cum spiritus instaurent, arbitratur. Dicendum est, quòd vt ex Galeno & Auicen. colligitur, spiritus ex aere nutriuntur, immo natura carnem pulmonis raram fabrefecit, vt in ea aer pro nutrimento spirituum coquatur, atque eam carnem Galen. comparat carni hepatis respectu sanguinis nutritiui, ergò à fortiori spiritus ex uaporibus illis bonis attractis, in quibus consistit odor, restaurari poterunt, at Arist. sentit, ꝙ proprie non nutriunt, ut reliqua edulia vniuersum corpus, circa autem vinorum materiam est imprimis quædã cõtrarietas in ip-

7. Metho. cap. 6.

Libro de sens. & sensili.

lib. 12. metho. 5. & libro de us. resp. 5. & 7 de us. par. 8. 10. 3. tracta. primo cap. primo

ô Gal. nã dicit ipse q vina alba & tenuia vim si
nilem aquæ obtinent, ergo frigida sunt: quare in
quit: Vina quidem si distincte species ipsorum à
nobis considerentur maxime, reliqua verò non
admodum inter se differunt, nunquàm enim vel
lenticulam, vel braßicam humectantis naturæ es
se deprehendes, sed minore alterã ad siccandum
efficatia uim humectandi nullam: idem de alijs
(ait) cepis, porris, q vim infrigidãdi nõ habeãt,
sed plus vel minus calefaciẽdi, nec magnũ discri
mẽ recipiunt: at in vinis, q vetustißimũ est, adeo
ab albo simulque austeritatem habente recente
& crasso differt, vt illud efficacißimum calefa-
ciat, sensibilem hoc refrigerandi uim habeat: op-
positum autem uidetur habere, ubi ait, q uinum
calidum est & siccum in primo nouum, mediocre
in 2. antiquum uerò in 3. caliditatiq; proportio-
ne respondet siccitas. Dico, q de hoc vino aquoso
hẽt Gal. q aspectu, odore, & sapore est aquæ pro
ximum & eius nõ fert admixtionem, taleq; te-
nuis est substantiæ, nõ austerum, uel parum quid
habet austeritatis, & de hoc loquitur Galen. q
nõ calefacit manifeste, idq; in effemeris cõcedit,
illud autem, quod infrigidat, nouum est, crassum,
austerum, & album, hocq; ex vuis fit immaturis
& agrestæ naturã sapit, quod autem antiquatũ
est non infrigidat, & tale est uinum uinosum,
quod ænos dicitur. Dubitant insuper nonnulli,

lib. de cib. bo. & mal. succi cap. 8. & lib. de uin.

8. de simp. med. 14.

infra com. 18. 8. metho. 3. 7. eiusdem 6. & 3. de ui. acut. primo, 2. 8. & 19.

8 meth. 3.

quoniam in comment. ait, uinum crassum rubeum plus alimenti habere, quàm cætera vina: cuius tamẽ oppositũ scribere videtur inferius nẽpè ꝙ crassa rubea quãto vincunt alba, tãto à nigrioribus vincuntur: Respõdeo, ꝙ ibidẽ rubea non comparat nigris, sed gilua, siue ruffa, siue subruffa, quæ κιρρα dicuntur: atq; ob id magis sunt omnia, quæ ab aliis circa hoc dubium scribuntur. Oritur ãt aliud dubium, quoniam ex Galeno cibus in ore aliquam hẽt digestionem, cuius rationem assignat ipse, ubi ait, ꝙ tunica interior vẽtriculi continua est, & Aui. inquit, Nutriẽs masticatione aliquam hẽt digestionẽ, ergò masticata facilius in stomaco, quàm liquida coquuntur, siquidem in ore liquida nõ coquũtur, cum nõ terantur: oppositum ãt habet Arist. vbi ait, ꝙ sectio cibi in ore nullius est causa coctionis, sed facilitatem coquẽdi potius præstat. Respõdeo, ꝙ licet Gal. & Aui. sustineant, ꝙ cibi in ore masticati non solum coquendi facilitatem acquirãt, sed & mutationem, coctionemq; ue, non tamen eam perfectam esse coctionem uolunt, neque ab ea uentriculi differre: & forte ob id Arist. dicit, quòd cibi sectio in ore nullius est coctionis, hoc est perfectæ, sed coquendi facilitatem præstat: quanto. n. res ad paruiores partes diuiditur, tanto facilius alteratur, et à calore conficitur: quare dura masticata ad partes ita paruas, ut liquida diuidi nequeunt, ob id

[Margin notes: om. 18. — 1. de pot. nat. 7. — 4. de us. part. 8. 1. doct. 4 c. 2 & 14. 3. tract. 1. c. 1 — 2. de par. anim. 3.]

contu-

contusum facilius quàm caro masticata concoquitur. Dices, Gal. ait, quòd uentriculus biliosus non concoquit quæ coctu facilia sunt. Respondeo, quòd humida seu liquida citius & facilius à quocunque alterantur: a conualescentibus autem conuenienter alterantur, ac coquuntur: ab habentibus vero calorem validum, & acutum plus iusto alterantur, & ob id non coquuntur, siquidem alteratio non superflua sed moderata ducit ad coctionem. Dices denuo ait Galen. quòd pueri & iuuenes æque humida concoquunt, sed sicciora iuuenes ob similitudinem melius conficiunt, ergò iuuenes sicca quàm humida melius conficiunt. Respondent nonnulli, quòd Galen. non dicit iuuenes facilius conficere sicca, quàm humida, sed quàm pueros. Verum Galen. reuera ait propter similitudinem: & ob id uidetur, quòd propter similitudinem iuuenes sicca quàm humida rectius conficiant: stomacus enim ex naturali dispositione similia appetit, eaque facilius conficit. Respondeo igitur, quòd iuuenes sicca facilius cõficiunt, si ad paruas partes, vt humida, æqualiter fuerint redacta: vnde caro liquida, hoc est, contusa exhiberi potest, & sub forma sicca scilicet assa, clarum autem est, quòd contusa facilius, quàm assa conficitur: Requiritur ergo uirtualis substantiæ

1. de alim. à principio.

6. de acci. & mor. 3.

4. de acci & mor. 6.

similitudo & quidam mixtionis modus, quo cibus facile coquatur: neque satis est similitudo actualis, quæ est in ptissana, non autẽ in uino: vinum tamen ob mixtionis modum facilius coquitur, isti autem mixtionis modi nobis sunt ignoti, sed ea virtualis similitudo hac ratione cognoscitur, quoniam stomacus sanus similia appetit, eisque oblectatur, necnon lingua hisce, qui illi similitudini respondent, quique necessariò cum ea virtuali similitudine coniunguntur, neque alia ratione à stomaco, linguavè ea similitudo dignoscitur.

APHORISMVS DVODECIMVS.

QVæ relinquuntur in morbis post iudicium, recidiuas facere consueuerunt.



DICTVM est in expositione decimi aphorismi, ꝙ melior foret ordo, si statim post octauũ scriberetur, pariter de hoc 12. dicendum est, in quo, vt in 10. rationem reddit eius, quod ad octaui finem dixerat his verbis, quod si non assumẽte cibũ hoc accidat, scire oportet, ꝙ indiget euacuatione, huius ãt rationẽ reddẽs Hippoc. ho-

apho-

aphorismo ait, Quæ relinquuntur in morbis post iudicium recidiuas facere consueuerunt, nam ex Gal. vt certa sit morbi solutio non paulatim desinentis excretio quædam copiosa, vel abscessus insignis apparebit, alioquin recidiua timenda est; & ob id obseruandum est, neque omnino sanis vel in cibo, vel potu, vel balneis, vel motu, alijsvè quibuslibet concedimus, ægrum agere permittamus: si enim morbus quiescens exiguus fuerit, ob tam exactam victus rationem forsitan non reuertetur, quòd si malignior existat cum eo etiam coquendi modo redibit, non tamen cum summo discrimine: si verò neglexeris, parumque studiose animum aduertas tanquam planè soluto multo grauior, quàm antea euadet. Proinde ex signis coctionis recidiuã non fieri dignoscemus. vt ex Gal. colligitur, dum ea Hip. verba interpretatur, coctiones celeritatem protendunt iudicij, securitatemq; salubrẽ, quod quidem & repetit dum ait Hip. omne suppurans non reuertitur, ipsamet. n. concoctio, & iudicatio simul & abscessus: & ne fiat sex illas, de quibus alibi diximus, conditiones animaduertamus Gal. in com. post cõtinuationẽ aphorismi declarat quid per ea quæ relinquuntur in morbis, intelligat Hip. sunt. n. maloru humorum reliquiæ, quæ necessario putrescũt, & tandẽ febres accẽdunt: subdens aũt quomodo id efficiatur, eius aßignat

1. de dieb. crit. primo

1. Epid. sect. 2. 45. 6. Epid. sect. 3. 11.

causam, etenim humor alienus à corporis natu
in qua continetur, cum nō est aptus natura ad
ius nutritionē, necesse est ut ad putredinē co
uertatur, ex qua febris accenditur, & quanto
cus in quo fuerit collectus, calidior erit, tāto ce
4.metheo. riter putredinē gignet: nā ut habet Arist. put
do à calore fit extraneo, nō āt à proprio calor
à quo nihil corrūpitur, immo cōtra prorsus qu
quid in rebus subsistit, id gliscit, roboratur, san
est, ac uiuit, dū proprio calore regitur, ut & G
11. meth. 8.& 6.de ac.& mor. primo. le. testatur dicēs, Nullus cibus immodice calfa
ctus sine putredine pmanere pōt, qđ & confirm
his uerbis, q̄ putrescunt oīa adscititio calore sū
2.de tēp.6 calida, pprio uera frigēt. Pro declaratione uer
dicti quod hoc loco à Gal. scribitur, est adnota
dū, in unoquoq; mēbro uim expulsiuā affuisse, u
9.de us. par.1. apposito, qđ bonum est, superfluū expellatur, ali
quin aceruatum primo ueluti onus aggrauat m
brum, secūdo uias obstruit, & boni humoris apt
ad nutritionē trāsitū & ex cōsequēti totius co
poris nutritionē phibet: tertio āt, qđ maius est
ꝙ sicut aīalia ob famē esuriētia uel limū, uel q
tale comedunt, ita mēbra indigētia, & proprio s
bi nutrimēto destituta naturali sua appetētia ni
nihil ex prauis attrahunt humoribus: ac quart
3.collig.3 & 4. metheo. ꝙ excremēta illa parti infixa tēpore tādē putre
scunt, & facta acriora, calidioraq; tādē egritud
nes generāt. Proinde Auer. rōnē aßignās, cur
calido

lido putredinali mixtū putrescat ait, q̄ putre
inis causa duob. modis cōsistit, vno quidē modo,
ū calor adest extrinsecus, q calorē internū spar
it, & exhalare facit, præsertim quando is forti
ualitati fuerit associatus, vt pote magni æstus
ēpore, ac cū materia iuncta est humiditati, quæ
rebus externis facile immutatur. alio verò, cū
rigiditas reperitur dominans, cum enim domina
ur, super calorem intrinsecum, ipsum extinguit
& tunc super materiam loco istius caloris natu
ralis alium extraneum generat. Est autem ani-
maduertēdū nonnullos, ob antiquæ literæ depra
uationem, quæ habet, q̄ humores longo tēpore
putrefacti febres faciūt, dubitasse, nū hoc uerū
sit, verū cessat dubiū ex noua ac recta uersione,
q̄ ait, quas. s. reliquias tēpore putrescētes neces
se est febres accendere. Aduertēdū insup, q̄ ex
positores dicunt duplicē esse recidiuā, verā &
non uerā: vera quidē est, cū ob materiā vel ma-
lā complexionē derelictā ægritudo priori similis
secundū specificā denominationem efficitur. Vn 3. Epid. 34
de Commentator Alexandrinus dicebat, reci-
diuam esse eiusdem morbi iterationē, qui pau-
lò ante quieuit à causa intrinseca, non vera au-
tem est, cum non fit ex materia, vel comple-
xione derelicta, sed externam causam habet,
vel saltim priori non fit similis secundum specifi
cā denominationē, quēadmodū post alias febres 3. preg. 27
quartana

quartana subsequi solet. Dicunt prateerea expositores triplicē esse posse recidiuæ causam, quæ post imperfectam crisim remanet, facta namque perfecta crisi non amplius redit ęgritudo, prima quidem est materia ob putredinem incinerata, aut cuius pars subtilis per crisim fuit euacuata, & crassa remansit, quæ tunc non ita alterata erat, ut caloris putredinalis vehiculum foret hæcque fuit causa morbi coniuncta una cum ea quæ per crisim est euacuata, alia autem est materia, quæ causa fuit antecedēs radicis, vel prioris ægritudinis, quæ nondum coniuncta facta est, non regulata tamen, & aucta in malitia recidiuam facit: tertia verò mala est complexio in
3. Epid. se. prima. c. 10 membro derelicta, quæ post crisim causa noua materiæ reaggregationis est potest. Galenus autem dicere videtur, quòd recidiua & ratione caloris natiui, & ratione caloris putredinalis con-
6. Epid. se. 2. cōtex. 20 tingere potest, & cum Hippocra. inquit: sitis intus relicta, & oris exiccatio, & insuauitas, & inappetētia eadem ratione, Gal. in commen. subdit, Quando finita febre aliqua symptomata remanent, aliquid intus relinqui morbi reliquiarū videtur: Hip. igitur eorū exēpli causa meminit, quæ inter remanētia principatū obtinēt: quare hic sermo id enucleat, quod superius aiebat. Et si quidē effusis intus relinquatur &c. bifariā .n. intus relinqui intelligimus, uno qdē modo humorem

em morbi authorem, altero verò morbosum
ctum, nunc morbosi affectus intus relicti si-
persequitur: atque tunc expositores uolunt,
d dummodo recidiua à causa primitiua non
ingat, quòd de ea hic intelligatur, siue ve-
t, siue non vera recidiua: Item dicunt, quòd
crisim perfectam nullo modo recidiua fieri
est & quòd in crisi perfecta non solum totã
teriam euacuari opus est, verum etiam ma-
complexionem non derelinqui, quæ nouam
uc materiam reaggregare apta sit: Vnde con
dunt, ꝙ fieri potest, ut tota per crisim mate-
euacuetur, de nouo tamen materia reaggre
ur, quę recidiuam efficiet, atque hæc in die 3.Epid.se. prima 8.
tico palàm erit, vt ex ipso Galen. colligitur.
rum tamen Galen. in commen. non nisi unam
ntaxat recidiuæ causam constituit, quæ ob
lam post crisim materiam derelictam contin
, quæ utique corpus nutrire minime apta est:
quitur namque de conualescentibus, qui ob
lam post crisim materiam derelictam non ?v 2.de diffe. feb.ultimo
tunt: Et vt Galen. ponit, quòd mala comple
o est causa reditus paroxismorum, ita forte
n negaret, quòd aliquando talis ea mala com-
exio esse poßit, quòd nouam materiam reag-
eget, & recidiuã efficiat, verum hoc rarißime 1.Epid.sec.
, dicũt etenim Hip. & Gal. coctiones celerita 2.45.& 6.
, & securitatem iudicij portendunt, & non re Epid.3.11
uertitur:

uertitur: Vnde vt plurimum post crisim mala
plexio ita intẽsa non remanet, vt recidiuam eff
met, præsertim quoniam à medico praua illa te
peries ex cibis, & alijs alterationem suscip
6. Epid. se. 2. 21. & 22 Insuper Hippocra. ait, Febres autem non acu
eiusmodi sunt, sed reuersiuæ, & deinde hunc a
ducit Aphorismum, & Galen. in commen. dici
acutæ citò iudicantur, & per excretionem ex
to consumuntur: non acutæ autem, quæ reuers
uæ nominantur, & diuturnæ sunt, & imperf
ctas solutiones habent, postea rursum exoriu
tur, & per secundam in abscessum expulsione
integre soluuntur. Dices, quòd necessarium
ne fiat recidiuatio, malam à medico remoue
prima Aphor. 20. temperiem, attamen Hippo. & Galen. post int
gram iudicationem nil aliquid moliendum e
dijudicant. Dico, quòd id verum est seruatis
illis conditionibus, de quibus supra à nobis dic
est, ita quòd perfecta crisis efficiatur, cuius qu
3. de cris. 1. de dieb. decret. 6. Epid. se 2. 19. & 20 3. prog. 24 11. meth. 15 dem signa constituunt Hippo. atque Galenus,
ob id dicebat, quòd nil faciẽdum est, vt mater
moueatur, euacueturvè, sed sat est debitum re
men seu victus rationem administrare, quę q
dem, vt Gal. asserit, cibo, potione, perfusione, c
taplasmatis, & alui subductione ex clystere
maxime constituitur. Hinc eorum patet erre
qui sustinent crisim perfectam non esse, nisi m
la temperies ammouentur: Proinde de recidi

habemus

bemus exẽplũ casus Anaxionis, in quo crisis
it in 20. & cessauit febris, fuitque in 27. reci
ua, circa quam tria sunt adnotanda, primum:
uidem, quòd recidiua licet non sit pars anterio
s ægritudinis quoad morbi essentiam, est tamẽ
rs quoad materiæ digestionem, ut erat in ipso
naxione: secundo ꝙ si hepar calidum, vt prius
ouam materiam colericam reaggreget, non erit
cidiua, sed noua ægritudo ex nouæ materiæ
aggregatione: postremo ꝙ humores si oppillãt,
prauì sunt in calidiori loco citius putrescunt,
ntra verò si nõ oppillant ac boni in frigidiori ex
uisite admodum conseruantur.

APHORISMVS XIII.

Quibuscunque crisis fit, his nox grauis ante accessionem, quæ verò subsequitur magna ex parte leuior existit.

QVONIAM de crisi mentio facta est, ideo Hip. hoc Aphorismo crisis futuræ signa tradit & nùm crisis quæ nuper facta est, bona sit, necne, dicens: Quibuscunque crisis, hoc est iudicatio fit, his nox grauis ante accessionem,

atque

atque hoc est signum futuræ crisis, cum v
subdit. Quæ verò subsequitur, magna ex pa
leuior existit, signum est, quòd crisis facta b
existit: Dicit autem ante accessionem, quon
vt plurimum crisis fit hora deteriori, qua mo
tur materia, quæ accessionis est hora. Galen
com. primo definit iudicationem, dicens, quòd
subita in morbo ad sanitatem vel morbum m
tio: ea autem fit natura mala à bonis segrega
4. Aph. 22. te, & ad expulsionem præparãte, etenim ex G
len. natura primo concoquit, deinde separat,
stremo humores ægritudinem faciẽtes euacu
Est autem aduertendum, quòd vbi litera an
qua dicit, crisis est velox & vehemens mot
noua habet subita in morbo mutatio: Et ob
cessat difficultas illa an crisis sit morbi, an m
riæ, an verò ægrotantis. subdit Galenus in co
quòd non temerè in ea turbatione, scilicet c
natura mala à bonis separat, & ad excernen
præparat, ægri grauiter se habent: & addit,
in nocte dicta perturbatio & grauitas magis
nifesta est, cuius rationem aßignat, etenim q
niam in nocte dormire assueti sumus, & ab a
dentibus, & turbatione somnus interrumpit
hinc est, quòd in nocte grauitas illa manifesti
lib. d̃ mot. percipitur, recitat namque author ille, siue G
liquidis. c. lenus historiam de quodam Philosopho, qui in
7. xa percußionem passus incidit in apostema, m
rabaturque

aturque, quòd die dolorem magnum haud
iquam percipiebat, nocte verò augebatur do
, qua pedes magis ociabantur, totumque cor-
s coopertum detinebat, id autem in causa esse
ebat, propterea quòd nocte alio negocio ut-
te uidendi, audiendi, aut aliud quid agendi mi
ne occupatus erat: ast noctu tota eius mēs ad
ius coxæ apostema conuertebatur. Notandū
super est, quòd cum natura bonum à malo sepa
t, & malum ad locum expulsionis delegat, ac
dentia fiunt cretica, quemadmodum dolor ca 1. de dieb.
tis, angustia, & id tale genus. Dices, hæc nè tur crit. c. 14.
itio in die esse potest, vt in nocte, cum crisis no
e sequenti futura est? Respondet Galen. in
mmen. quòd sic, cum nocte futura crisis est, vt propè finē
r primo ad Glau. dicit autem hoc loco, ꝙ quan
oque fit, quasi quòd innuat vel quòd tametsi
itura sit nocte dijudicatio, non tamen semper,
d quandoque interdiu illa turbatio efficitur,
el quòd velit rarò nocte fieri crisim, quod qui-
em non credo: Aduertendum præterea est, ꝙ li
et dicat Gal. quòd perfecta crisis est absoluta, 1. de dieb.
da, tuta, manifesta cum bonis signis, contra ve crit. 2.
ò imperfecta infida, periculosa, obscura, non ta
ē bona fit absque certamine, nec sine nouitate, 3. de cris.
vel circa respirationem, vel mentem, vel audi- cap. 9.
um, vel visum, vel ferendi facilitatem, aut hu
usmodi, Galen. hunc allegat aphorismum, &
declarat,

declarat, quòd ante crisim accidentia fiunt, q
crisim futuram ostendunt. Deinde Gal. secũda
aphorismi partem exponens imprimis ait, qu
in aliquibus exemplaribus illa ultima aphori
mi particula non reperitur, sed Hippo. nos do
re intendit, quòd nox, quæ sequitur post iudica
tionem, magna ex parte facilior est: dixit aute
[magna ex parte] propterea quòd ut plurimu
iudicationes bene terminantur, nisi pestilens
constitutio, qua oppositum contingit, vt se exp
rientia comprobasse fatetur. Porrò quo ad cr
sis definitionem à Galeno hoc loco traditam la
borant expositores, dicuntque quòd crisis co
3. de cris. primo. muniter capitur, & eam Galen. alibi accipit vt
eius species commemorat: Verum hoc falsum es
ibi. n. Gal. ait, quòd ægritudo terminari sex mo
dis potest, tribus quidem ad salutem, tribus ve
rò ad mortem: clarum autem est, ꝙ si paulati
ad salutem terminatur, uel ad mortem, id quid
non per crisim efficitur, ut asserit Galen. sed si
pliciter morbi dissolutio nominatur: dicunt po
stea ꝙ à Galeno hoc loco crisis proprie usurpa
tur, cũ subita ad integram sanitatem vel mort
mutatio fit: sed aliàs dictum est ꝙ dũmodo mut
1. de uict. acut. 25. & 2. eiusdem 15. tio subita sit, licet nõ sit integra, proprie crisi
nominatur, aliud enim est, crisim esse proprie cr
sim, atque aliud perfectam cr sim: atque de hoc
pluries habes Galeni testimonium. Est autem di
bium

um, cum in crisi primo sit perturbatio, quæ fit, um natura agitat humores, & ad expulsionem æparat, secundo euacuatio praui humoris, ter o mutatio ex euacuatione quid horum sit crisis n totum ex his aggregatum: Gal. in com. statue videtur crisim esse subitam mutationem, quæ ost euacuationem consequitur: alibi autem sen re videtur, quòd illa sit perturbatio, quæ eua- uationem præcedit: Quid igitur dicēdum? Re- pondeo ex Galen. quòd non curandum est, siue uis velit nominare crisim vniuersam ex mor- o transmutationem siue subitam tantum, siue onturbationem antecedentem omnes veloces lterationes, contentio namque est de nomine: ed si contemplari velimus, quid vocabulum mportet, dicendum proculdubio est, quòd crisis vel iudicium dicitur turbatio subita, hoc est bre ui tempore durans, quæ finit plerunque ad salu- em, aliquando etiam ad mortem. nam cum acci- lit turbatio illa cum accidentibus illis sæuis, om ies aßidentes esse in maximo metu conspicies, udiesq; eos dicentes, nihil aliud ægrum expecta re, quam illos, qui in iudicio de morte sententiā udiunt. Constat itaque, quòd crisis incipit, cum perturbatio inchoat, duratque donec perturba- tio, & euacuatio perdurat: mutatio verò ad sa- lutem vel mortē ipsius crisis finis existit. Hinc patet ꝙ male nonnulli suspicantur necessarium

1. de dieb. crit. primo & 1. & 2. de cris. primo.

non esse, quòd perturbatio illa crisim praecedat, quandoquidem dicunt hi multos absque perturbatione illa praecedente mortuos fuisse at Galenus tales absque crisi mori autumat declaratque quomodo aeger multifariam sine crisi mori poßit. Dubitant quinetiam intelligentes per crisim euacuationem non vt supra, num crisis pluries nocte an die contingat. Diuersi diuersa respondent, suaque adducunt fundamenta: communior tamen opinio est, quòd noctu, quoniam calor tunc validior est. Sed non adeo vniuersalis est danda responsio, contigit enim crisis hora deteriori, qua virtus stimulatur, vt testis est Galen. vbi ait, quòd crisis in idem tempus cum acceßione incidit: Et ob id non rarò in quarta fit crisis, quae quidem hora deterior & nocte & die esse potest. Dicendum igitur est, quòd vt plurimum nocte fit, si hora acceßionis noctu adsit, & vt plurimum diu, si interdiu, quòd si febris vniformis foret, nocte potius quàm die, verum rarò talis datur febris, quin saltem aeger maiorẽ in una quàm in alia hora grauitatem non percipiat: sed de hac questione non valde curandum est, sat enim est Galen. dixisse, quòd crisis bona in statu solum fit, non autem declinatione, alijsvè temporibus. Dubitant praeterea an nocturna, an diurna perfectior sit crisis.

3. de cris. 4. & 9.

3. de cris. 4

3. de cris. 5. & 10.

Nonnulli

Nonnulli sustinent, quòd diurna, quoniam interdiu porositates magis apertæ sunt, materiaque subtilior, item interdiu Sol & Luna noctu verò Luna duntaxat auxilio est. Conciliator respondet, quòd nocturna melior est, quoniam in nocte calor est fortior, item crisis diebus criticis efficitur, at in acutis dies hi Lunæ motus, in cronicis verò solis motus consequuntur, modo Luna planeta nocturnus est, ergo in nocte melior crisis efficitur. Inter has media quædam est opinio, quòd cum materia a centro ad circumferentiam mouetur, crisis die melior est adiuuante siquidem solis motu, cum verò à circunferentia ad centrum, melior noctu. Verum contra sic arguo in sudore materia à centro ad circumferētiam mouetur, melior tamen noctu fit, vt experientia manifestum est: Et licet Conciliatoris sententia tutior appareat, ac oppositas diluat rationes, attamen Galen. bonæ crisis signa connumerans, de hora diei aut noctis non meminit; præterea Galen. habet, quòd tribus rationibus in accessionibus iudicia fiunt: prima quidem, quoniam humores moti, & veluti ebullientes sanguinis profluuio, vel sudoribus, vel vomitu erumpunt: secunda autem, propterea quòd natura onere grauata, tunc magis irritatur: ac tertia, quia humores magis fusi ad exitum sunt promptiores, quòd si in die quie-

Diffe.

1. Aph. 20 & libr. de crif. & de dieb. decret. 1. Epi. se. 3. 13.

tis crisis fiat, ex impetu acquisito acceßionis di fit, & quandoque dies consequens criticus erit. Proinde Auerro. dierum criticorum causam

3. colli. 9. 1. cāt. 403. & 406.

ab illa Galen. aßignat, censetque diuersas materias tantum vel tantum temporis requirere, vt concoquantur, virtutem autem vel ualidiorem vel imbecilliorem citius vel tardius materiam concoquere, qua deinde cocta naturam ad eam expellendam consurgere: Verum de hoc fusius Aphorismo 24. disseremus.

APHORISMVS XIIII.

IN profluuijs alui mutationes excrementorum iuuant.



QVONIAM de euacuationibus facta est mentio, Hippoc. hoc Aphorismo vnum declarat, quod in eis solet euenire, quòd in profluuijs alui si mutentur excrementa, vt quæ prius erant biliosa, fiant pituitosa: tales vtique mutationes iuuant, nisi mutatio ad mala efficiatur. Galen. in commen. huiusce sententiæ rationem reddēs ait, quòd iuuant, quoniam excrementa, quæ multis formis uariantur, corpus exquisitius expurgant. Expositores adnotant, quòd

fluxus

uxus ventris triplex est, lientericus, hoc est ci alis, cum cibi egeruntur vel in ventriculo paum aut nihil mutati: diarrhæa, quæ humorum luxus est absque intestinorum exulceratione: ac lisenteria, vel intestinorum difficultas, quæ ex umoribus fit, qui sui accedine ulcerant intesti ia, vt voluit Galen. quam & duplicem esse constituit: his enucleatis dicunt expositores, quòd Aphorismus in diarrhæa duntaxat, non autem in alijs veritatem habet: Curtius autem limitationem hanc damnat, ipsumque in omnibus ueritatem habere existimat: in lienteria nanque si prius deijciebatur cibus inalteratus, & mutatio fiat, aliquãtisperque alteratus deijciatur, iuuabit: pariter in disenteria si prius exeuntia multo sanguine conspersa aspiciebantur, mutentur autem & cum pauco sint sanguine, pariter iuuant. Verum hi defendi possunt ex dictis in commen. ubi Gal. dans Aphorismi causam dicit, quoniam mutationes excrementorum multis euariatæ formis exquisitius corpus expurgant nisi signa colliquationis, aut putredinis adsint, ideo Hippocra. hanc protulit sententiam, ex mutatione autem in liẽteria, vel disenteria non exquisitius corpus purgatur: quare videtur, ꝙ in diarrhæa potißimum aphorismus uerificetur. Dicunt ẽt expositores, ꝙ aphorismus intelligendus est de mutatione egestionũ, q̃ post coctionem effi

6. Aph. 1.3 eiusdẽ 22. & 4. parter 12. & 6. de acci. & mor. 1. & 2. & 6. de lo. aff. 2 & 1. Epid. sect. 2. 36.

tur, non autē de ea, quæ ante concoctionē: quod quidem ab Auicen. sumpsisse uidentur. sed con-
2.4.tx.28. primo.77. tra hoc est instantia, quoniam licet euacuatio sit symptomatica, non tamē cohibenda est, nisi ex ea virtutis imbecillitas consequatur, & ob id in profluuijs alui eo casu, cum talis sit mutatio, iuuat, nisi ex ea virtus imbecilla reddatur: signum namque est corpus ab vno humore peccante, mūdatum ab alio nunc mundari, nisi etiā virtutis debilitas sequatur, vel disenteria, vel aliud
4.primi.c.4. quid malum, ut Auicen. testatur. Subdit Galen. quòd talis mutatio iuuat, vel corpus expurgat, nisi colliquationis, aut putredinis signa visantur, de quibus in prognosticis agit Hippo. vbi excrementorum pinguium fœtidorum, maleque olentium meminit, secundo nanque il-
cōtex. 22. lius tractationis ait, Deiectio exitiosior est, si nigra, aut liuida, aut opima, aut pinguis, aut fętida est, & Galen. in comment. nigra deiectio ab atra bile sincera tingitur, liuida verò vbi modica modice permiscetur, opima deijcitur quotiens pinguedo ab ignito calore consumitur, graueolentia verò putredinis initium est, di-
contex.20 & 21. xerat autem superius, quòd deiectio mala est, si aquosa, quid cruditatem significat, si candida, quod indicat coleram non descendere ad intestina, si crocea, quod coleram significat, aut croceam, aut rubiginosam, si spumans,

flatuos-

latuosi spiritus indicium, item si exigue glu-
tinosa, candida, subcrocea, leuisque sit,
quòd à calore liquationem præsefert, prima
quidem non vehementer maligna, secunda
verò à calore vehementiori hunc in modum fa
cta, sed pessima, quam superius explicauit.
Dices, videtur, quòd mutatio ad malum sit bo-
num ex Hippocra. vbi ipse quæ mala sunt, 4.Aph. 21
sæpe bona nominat natura quippe superflui- 2.prog.51.
tates è corpore purgante, & cum ait omnis
screatio mala, quę non sedat dolorem, Ga-
len. in comment. subdit rationem, sæpe e-
nim valuit natura prauam uincens affectionem
expurgare corpus, & in hoc terrentur mul-
ti aspicientes secretæ vitium materiæ nequa-
quam cognoscentes, vtrum id accidentis fiat
ratione, an quoniam natura prauam mate-
riam foras expellat. Respondeo, quòd su-
perius dictum est, uerum esse Aphorismum,
nisi virtus imbecilla reddatur, quæ irritata,
vt in peste, humoris malitiam ferre non pos-
sit. Dices denuo, Mutatio egestionum est
signum malum, quoniam ægritudinis longitu-
dinem indicat, ut ex Hippocrat. colligitur, 2.prog.23
nam Galenus ait, ex multis affectibus faci-
le est, quòd sit aliquis longo tempore indigens,
vt soluatur, quòd si non adsit talis affectus na-
tura pugnatura cum multis inimicis, multo in-

diget tempore, quod quidem alibi repetit Ga
4.Aph.40. & primo de cris.11. & 6. Aph. 49. len. Dicendum est, quòd Hippocrat. hoc loc
censet, mutationes excrementorum iuuare, il
verò quòd morbi longitudinem significant, mo
do ex tali mutatione nisi virtutis fiat imbecil
litas, ita in longa ægritudine, vt in non adeò
longa iuuamentum efficitur: ergo idem & iuua
re, & longitudinem significare potest, nec adin-
uicem opposita erunt.

APHORISMVS XV.

VBi fauces ægrotant, aut tuber-
cula nascuntur in corpore, ex-
cretiones inspicere oportet, nã
si biliosæ fuerint, corpus unà ægro-
tat: si verò similes sanis, tutum est cor
pus nutrire.



PRAESENTI Aphorismo
dat regulam Hippocra. qua po
test medicus dignoscere, nun-
quid patiente corpore, vel eius
particula corpus euacuari de-
4.de lo af. cap.5 beat, an verò nutriri. Galen. de
clarat alibi quod per fauces intelligendum sit
inquiẽs, Fauces voco internum oris locum, vbi
simul

mul & gulæ & gutturis partes extremæ con
niunt, etenim ibi satis ampla cauitas conspici-
r, & circumcirca illa duo orificia carnes ad-
nt glandosæ, ad quas nonnunquam defluunt
imores, inflammationesque generant, atque
ic primum genus est, de quo meminit Ga-
nus. Quæ autē in partibus glandosis fiunt, ex 2. de artis cura. ad Glau.
usdem sententia ante suppurationem bubones
icuntur, cum verò suppurantur, phymata vo-
antur, at cum partim ex colera, partim ex san-
uine, phygletha. Oribasius autem indubie la-
ia, palatum, & vuam fauces esse censet, excre-
iones verò appellat non solum egestiones, quæ
er aluum euacuātur, vt ait antiqua versio, sed
& quæ per vrinam, sudorem, nares, & huiusmo-
i loca euacuantur, vt noua versio & melius ha
et. Cæterum de tuberculis habetur ab Hippoc. 3. Aph. 26.
& Gal. altera, subsequenti particula: tubercula
anque communi vocabulo vocantur Acrochor
lones. s. verrucæ & strumæ, proprie vero inflam
nationes subitò & sponte nascentes, quæ citò at-
olluntur, & in suppurationem ducuntur, vt plu
imum quidem in alijs partibus, ac in ipsis ingui-
iibus, vbi plures sunt adenes, & talis ex Gale-
ii sententia ab his, quæ ex terra progerminant, 6. Epid. sec. prima. 13.
græci homines phymata vocarunt, hoc est tuber
ula, nos autem præter naturam tumores, qui ple
unq; sine causa extrinseca proueniūt, sed potis-

simum

ſimũ eos hoc nomine vocant, qui extra corpori
ſuperficiem extuberant; verum ob nominis alte
rius inopiam interdum & latos; pauloq; natura
libus partibus elatiores hoc eodem nomine ap-
6.Epid. ſe. 2.29. & 6. apho.9. pellant, nam tubercula quæcunque ſunt, ſed qu
ex calido humore naſcuntur celeris iudicationis
ac minime lata, quæ non ex frigido lata, atque
diuturna, pariter eadem ratione & puſtulæ, ne-
que enim toto genere, ſed humoris ipſa generan
tis qualitate à tuberculis differunt: Declarat ita
que imprimis in com. quõ totus aphoriſmus legẽ
dus ſit, nam Hip. non omnia in aphoriſmo ponit,
ſed ſtatuens ex aduerſo inuicẽ duos ſermones, in
vtroq; tacuit, quod conſequitur. ſed cũ duo ſint,
quæ in vtroque ſermone conſequuntur, de alte-
ro tantũ meminit. & quod in vno prætermiſit, in
altero expreßit: vnde cũ dicit Hippo. [nã ſi bi-
lioſæ fuerint] duo conſequuntur, vnũ quidẽ, er-
go [corpus vnà ægrotat] alterum verò,
ergo nõ eſt tutum corpus nutrire, atq; hoc ſubti
cuit: alter ſermo oppoſitus eſt [ſi verò ſimiles ſa
nis] ex hoc duo alia conſequuntur, quorum vnũ
eſt, ergo corpus vnà nõ ægrotat: idq; ſub ſilentio
inuoluit, quoniã eius oppoſitũ in priori ſermone
propoſuerat, expreßit ãt ſecundũ, de quo ibi non
meminerat ſubdẽs, ergo [tutũ eſt corpus nutri-
re] etenim cũ natura ex Gal. in cõ. in aĩalibus ex
prĩcipalibus mẽbris ad minus principalia humo
res

res noxios protrudat (qđ quidē melius est) non 2. de nat.
nullos quidē p aluū aut per vomitū, aut per vri- hum.
nā excernit, quosdā verò ad cutim trāsmittit, qui
ū ob craßitiē expelli nequeāt, ibidē detinētur,
et tubercula fiūt, sæpe ēt cōting t, q fauces humo
res è capite fluētes recipiant, atque hac ratione
fauces ipsę infestentur, ut dictū est: & tūc distin
guere oportet, atque contemplari, nunquid natu
ra totā ad patientes particulas superfluitatē ex
pellat, an verò aliæ sint adhuc superfluitates in
toto corpore exuperantes: hoc āt ostendent excre
tiones, nā si natura oīno mota est ad corpus ex-
purgandū excretiones biliosæ apparebunt, cor-
pus.n. plenū erit humore faciēte postulas, vel tu
bercula, quæ à sanguine calefacto, biliosóque hu
more fieri nata sunt: & tunc clarum est, q talia
corpora prius purganda sunt, non autem nutrien
da, quemadmodum alibi voluit Hippocr. si verò
sanis sint similes, signum est, totum corpus bonos 2. Huius
humores continere, & sine periculo muniri pos- aphor. 10.
se. Proinde q natura superflua ad partes imbecil
liores transmittat, eo declaratur, q cutis debilis
à principio natiuitatis est, quia gratia vsus tan-
tum facta est: est enim operculum quidam, ac na
tiuum animalis tegmentum non autem alicuius
actionis gratia, insuper cum sit partium omnium
extrema haud absurdum est, quòd vniuersi cor- 2. de ac. &
poris suscipiat excrementa, quæ vnaqueque par mor. 6.
ticula

ticula conatur expellere, præter cutim imbecilliores etiam sunt adenes, secundo pulmo, tertio splen, quarto cerebrum, & sic de singulis: Hipp. ãt hoc loco de tuberculis meminit, quæ cuti accidunt, & de fauciũ paßionibus vbi sunt adenes: meminit nanque de partium affectionibus, quæ cæteris sunt imbecilliores. Porrò Gal. alibi declarat, quæ sint excremẽta sanis quàm similia, quęque optima censeãtur, optimum quidem excremẽtum est, molle, atque coniunctum, quod ea hora exeat, qua sanitatis tempore exire consueuerat, eiusque quantitas pro portione assumptorum existat; Aduertendum autem est, ꝙ excretiones corpus non esse purum indicant etiam ꝙ tubercula hæc non uisantur, & fauces non laborent, neque alia pariter corporis particula, sed Hip. hoc protulit, quoniam tubercula & alia in nobis bifariã enasci possunt, uno quidẽ modo cum corpus adeo impurũ est, quod natura omnia per uias deputatas transmittere non ualet: altera uero per paulatinã superfluitatum congestionem, tamet corpus totum mundum sit, vel etiam pauca esse potest superfluitas, quã natura per cutim expellere tentabit (ad eam nanque natura expellit excrementa, quæ ex ambitu corporis colligũtur) sed ob craßitiem extra corpus eam protrudere non poterit, atque hinc tubercula enascentur, vel cum à cerebro ad fauces expellitur, & in his

Libro de phlob.

1. de crisi. 11.

casibus

asibus totum corpus purum erit, quicquid dicat
Curtius in hoc, cuius dicta omnia non mihi placent, cum ait, ꝙ si tubercula fiant per defluxum, tunc natura corpus expurgat, eruntque in egestionibus signa: si uero paulatim per paulatinam congestionem vitiatæ non erunt egestiones: patet enim ex dictis quomodo ipsius dicta facile ad modum diluantur. Est autem dubium circa dicta, quoniam fieri potest, vt natura per unam solam expulsionem corpus à superfluitatibus expurget, ꝙ si tunc erunt tubercula, & excrementa appareant biliosa, non sequitur, ꝙ corpus nutriri non poßit. Dicendum est, ꝙ dicta Hippo. intelliguntur, si excrementa erunt biliosa, perseuerauerintq; tubercula nãque fieri, & materia praua in uenis reperiri, ac in principio exterius non expelli posset, quæ tamen postmodum expellatur: Atque in hoc etiam Curtius audiendus non est, qui asserit, quòd cum natura materiam expellere intendit, primo quidem per urinam & secessum nititur, quoniam illud facilius est, & si non potest per eas uias faciliores expellere, minus quidem per alias poterit, & ita de puritate, impuritateve corporis ex excrementis facile dijudicamus, etenim per defluxum tubercula non fiunt, nisi magna humorũ copia reperiatur. Sed dicet fortè quis, excrementa non semper conspicienda sunt, etenim Galen.

ait. si exhanthemata à grecis vocata cum laßitu-
4. de tuēd. ual. nō longe à principio. dinis affectu consistant, ex his facilis inuentu erit excrementi species: Dico, quòd Galen. intelligit de his cum laßitudine, & nec corpus affectum esse certi sumus: hoc autem aphorismo censet, vt excrementa conspiciantur, vt an corpus sit affectum cum non adest laßitudo, non ignoremus: vel etiam responderi potest, quod ibi intendit, vt excrementi species agnoscatur, hic uero vt num corpus sit affectum dignoscatur, etenim natura excrementa ad
2. de na. huma. 5. ignobile membrum, dato quòd totum non la-
2. de acci. mor. 6. boret, transmittit: melius nanque est, vt humor à principibus (quæ sanè ab initio natura meliori robore dotauit) ad ignobile defluat. Est autem aduertendum, quòd egestiones immediate super stomaci, intestinorum, uesicę, ac hepatis: mediate uerò su-
4. de tuēd. sanit. per totius dispositionem significant: quo autem modo excrementa varietatem indicent alibi ab eodem habemus Galen. insuper quę
1. 4. tracta. 4. cap. 2. hucusque de excrementorum indicatione determinata sunt, nonnihil dubij habere videntur, nam Auicen. ponens febris pestiferę signa, inquit, & quandoque est de his febribus pestilentibus, in qua non percipitur ęger, nec tangens propinquus multitudinem caloris, & non alteratur pulsus, & a qua magna al-

tera-

ratione, & cum hoc ipsa est interficiens ve-
citer, & hęsitant medici in esse eius: at-
ue hoc accepit à Galeno, vbi cum dixerit, quòd
liquando in tali febre mutatio in pulsibus 3. de præsag. ex pul. 4.
on uidetur, subdit, nec ex urina quidem
etere in eiusmodi affectibus firmam notitiam
emper licet, sed & colore, & sedimento
aturali similis fermè anceps existit, sexcen-
os talis in pestilentia diuturna conspeximus,
bi medicos cerneres nihilo plebe pręstãtiores,
mmo nonnullos experiente plebeio multo
mperitiores, vulgus enim ferè si nihil aliud,
t expirationem ęgrotorum videas obserua-
e, quæ si fœteat, peiorem casum expe-
ctant, atque hoc vsu inuenerunt; iam os
tiam attendunt, quòd si illic aliquid colo-
ris pestilentis signa cernant, eos peste labo-
rare confirmant, partim enim illorum colorem
erysipellatosum, partim depascentibus herpeti-
bus aßimilem per plures scilicet partes, quàm pri
mò diffusum habent: atque hoc pacto videtur, ꝙ
excrementa sanis similia erunt, & læsio in
faucibus esse poterit, attamen totum corpus pu-
rum non erit. Responderi posset, ꝙ dictum Hipp.
vt plurimum verum est. oppositum autem quo-
piam in casu esse potest: uel dici potest, quòd cum
in illis fœtet hannelitus ex excrementis corpus
esse affectum dignoscimus: per hannelitum nan-
que

3. de præsag. ex pul. 4. que excrementa euacuantur: potest quinet respondi, quòd in partibus corpus solidã cordi est calida cõplexio, in humoribus verò frigida, & ob id in pulsibus mutatio non efficitur, in urina ēt non mutatur, quoniam non spargitur uenenositas, atque hic primæ responsionis casus esse potest. Dicendum insuper est ad dubium ex his quæ supra dictum est, quòd intelligitur vbi hæc perseuerent, in casu autem proposito fieri potest per duos dies uel circa, quod ea ita videantur, sed tandem necesse est, vt & in pulsu, & vrina mutatio efficiatur. Vestrum modo est, quam vultis, eligere responsionem, aut fermè ommes connectentes vnam ex hisce colligere. Causa autem cur ea in tali febre apparent, sicuti in sanis, assi

Differ. 94. gnatur à Concil. ꝙ natura exterrefacta non audet aggredi materiam, sed solum corpus ut tempore sanitatis gubernat, & ob id pulsus & vrina, ut in sanis uisuntur, æger tamen tēdit ad mortem. Verum hæc causa bona non est, siquidem naturalis uis non cognoscit, neque animal est intellectu præditum, quod uim eligendi melius habet

3. de potē. nat. ca. 13. ut & de stomaco dicit Galen. item vnumquodque agit naturaliter aduersus proprium inimicum, quoad potest, ergo uis ipsa non adeo otiosa permaneret, atque potissimum necessitatis tēpore: insuper si natura non ageret, à fortiori materia eam superaret, & tunc necesse foret, ut in

pulsu

pulsu, urina, alijsque excrementis mutatio fie-
ret, quod tamen secus accidit, uti declaratum:
non igitur hæc huius effectus causa est. Dicendũ
meo quidem iudicio est, quòd huiusce rei causa
superius à nobis exposita illa est: Vel etiam dice
re possum, quod multæ sunt materiæ pestilentes, ac
venenosæ, quæ paulatim uirulẽtiam hanc acqui
runt, intẽsaque caliditas non apparet, ut dictum
est, & ob id in pulsu mutatio non fit, quod si mute-
tur pulsus, in fortitudine fit: sed quoniam non-
nulli sunt, qui ex natura debilem pulsum habẽt,
ideo sæpe medici decipiuntur, illumque natura-
lem esse pulsum dijudicant, cum tamẽ naturalis
non sit: itẽ cũ talis materia magnam acquisiuit
virulentiam, citò interficit, tuncque si animad-
uerterent medici, dubio procul vrinas & pulsus
cõspicerent: Verum hæc in nostro de peste discur
su in studiosorum gratiam conscripto diffusius
tractauimus, quẽ quidẽ dijs fauẽtibus absolutũ
in lucem prodire permittemus. Dubitat postre-
mò hoc loco Curtius an egestiones in stomaco for
mam substantialem suscipiant, vt Gal. voluisse 4. de usu. par. 16.
uidetur, an in intestinis ipsis, vt consentit Aui. 3. trac. 1. c. 1.
Sed cum hoc tanquam extra propositum ad præ
sentem non spectet speculationem in aliud tem-
pus dissoluendum, discutiẽdumque differemus.

APHORISMVS XVI.

Bi fames, laborandum non est

*ALENVS in com. ut osten dat quid Hip. per famẽ intelligat inquit, quod illos famescere dicimus, qui ciborum defectu ad extremũ esuritionẽ perueniunt, quod quidẽ declarat ex*

2. Epid. post medium.

Hip. vbi ait: qui viri, mulieresq; cognati legumina cõmedebãt in Aeno de cruribus multi languebant: & vbi eo loco habet cognati, Gale. in com. huius ob famem ait: quod & alibi repetit; & Gal. subdit, maximum ciborum defectum solet famem appellare, si electione fiat, vel iussu medicorum citra penuriam, vt & cum ait, carnes humidas habentibus famẽ adhibere cõuenit, fames. n. corpora exiccat: & alibi: Si igitur inter initia morbi talis fuerit vulnus, nec dũ scrutari aliis signis poßibile sit, interrogare oportet, an vigilauerit homo, an aluus resoluta admodum fuerit, an fame affectus, per famẽ ciborum defectum intelligens, vt & hoc loco dicens: vbi fames, laborandum non est, hoc est, quibus cibo abstinendũ est, nullus labor eo die adhiberi debet: & licet fames & pro vasorum inanitione, & pro appeti-

6. Epid. sect. 4. 13. 7. aph. 60. 1. prog. 11

2. de uict. acut. 47. 2. de ani. cont. 28.

tu

u calidi & sicci, vt & ab Arist. accipiatur, atta nen sub hos sensus famē hoc loco Hip. non desu nit. Deinde declarat Gal. quid per laborē Hip. in elligat, dicit, ꝙ motū vehemētē subaudit, qui e- xercitiū appellauit, vt & idē alibi Hip. interpre ans cōfirmat his verbis, scimus. n. laborē illū e- xercitationes notare, & rursus dicēs, Hoc nomē labor sæpius cōsueuit Hip. pro exercitatione de sumere, interdū pro dolore, aut absolute pro qua libet noxa: & ob id hēnt ipsi ꝙ labores cibū pce- dāt: Neq; putandū est ꝙ quilibet motus dicūtur exercitatio, sed tātū si qs vehemētior est, & quo niam qđ vehemētius est, dicitur ad aliquid, ideo vnus motus respectu alterius erit exercitatio, qui alterius respectu non erit exercitatio, ob id subiungit Gal. terminus igitur vehementiæ esto anhelitus alteratio: hac ēt rōne exercitationem motū esse vehemētē hoc loco asseruit. sentit igi- tur Gale. hac de causa, ꝙ qui mediā plusquàm ex natura conuenit, passurus est, laborare nō di- cēdus sit: Neque in hoc probanda est cōis opi- nio, quæ sustinet, ꝙ vbi quis vsurus est exercitio vehemēti, immoderatoq;, prius comedere debet: si autem moderate se exercere debet, exercitiū cibum pcedat: fuerũt āt decepti ob antiquā Hip. translationē, quæ hēt ꝙ cibus pcedat exercitiū immoderatum: verum si exercitium moderatū cibum præcedere oportet, à fortiori & immode-

6. Epid. sect. 2. com. 5.
2. de natu. huma. primo, & 6. Epid. sectio. 5. com. 10.
6 epid. circa mediū & Gale. 2. de tuend. ual.
6. Epid.

2.de tuēd sanit. ratum, siquidem eadem consequuntur nocume-ta, de quibus alibi habet Galen. subdit postea i com. quod sermo Hippocr. communis est ad sanos & ægros: sanis. n. exercitia cum inedia præcipiend non sunt, pariter & cū cibi abstinentia motus al quis vehemens ægris adhibendus non est: vnd cum cibi abstinentia sanguis haud mittēdus est

5.met.13. vt fecit Gal. in splendida muliere Romana, qu sanguinem reiecit, eo quod quatriduum ob cathar ri destillationem propè modum sine cibo perma serat: neque etiam vomitus prouocandus est, n que purgandum, neq; valida vtendum frictione, neque in vniuersum aliquo forti motu, alteratione vè corporis, propterea quod in huiusmodi motibus vbi à cibo sit abstinendum, & in sanis, & in ægris vires dissoluuntur, licet aliquando euacua-

9.met.10. tio moderata corroboret, vt testatur Galen. veruntamen Hippo. (dicit Gal.) semper studet facultatem, quæ totum regit corpus, validam & firmatam conseruare, & subdit, siue dicas facultatem in singulari, siue facultates in plurali numero nihil refert, Hip. nanque lib. de alim. vnā genere potentiam, specie vero plures esse voluit.

idem 6.de decre. Hip & Plat. Sed dices, Gal. hoc loco vult, quòd cum inedia neque mittatur sanguis, neque pharmaco euacuetur, contra tamen prima aphoris. ostensum est, quòd in peracutis nonnunquam tenuißimo victu ad quartum vel etiam ad septimum vti cōuenit,

&

in eisdẽ sæpius sanguinem mittere oportet, iux illud Hippocra. in acutis passionibus sauguinẽ etrahes, si vehemens fuerit morbus, floruerit- ue ægrotanti ætas & virium adfuerit robur, 4. de rat. uict. 19. vel etiã purgare iuxta id alterum eiusdem, vbi quit, quòd si in pleuritide affuerit dolor assiduus si quis dederit ptissanam, antequam dolorem soluerit vel subductione alui, vel secta 1. de rat. uict. 33. vena præcipitem aget in mortem, item Galen. in syncopali humorosa victu tenui ex longis, validisq; frictionibus vtitur, nec nõ docet curare obesos inedia, uel tenui victu, ualidissimo exercitio, medicamentisque extenuantibus. 12. meth. 3 14 met. 15

Dicendum est, quòd in hoc comment. Galen. sententia est, non esse sanguinem mittendum, neque purgandum, cum quis vsus vsurusuè sit inedia maiori, quàm conueniat: qui autem dieta tenuissima vsque ad septimum vtuntur, dieta tenuiori quàm conueniat, minime vtuntur: atque hoc pactò in pleuritide non decet cibum assumere, nisi prius dolor sedetur, aut mitior efficiatur: quare Hippocra. iubet, ut in pleuritide primum calidis fomentis dolorem sedemus, quòd si eis non placetur, ascendente quidem dolore vena incidatur, descendente verò purgetur: postea statim post medicamentum ptissana exhibeatur, tum vt detergendo illud medicamenti, quod uiæ adhæret, 2. de rat. uict. 12. 13. 16.

remoueat, tum vt malam qualitatem à medicamento relictam permutet, postmodum dat etiam ptissanam, ut nutriat: & subdit quæ danda sint, ubi purgatio desierit, nempè minori quantitate, quàm ille consueuerat, cum illa, quæ statim post medicamentum sumitur quantitas, non multo minor sit exhibenda. quàm ille ingerere consueuerat, inquiunt, daturos igitur ab initio sorbitionem, corpora prius præparare oportet vel phlobotomia, vel purgatione, vt Gal. explicat in cõ. atque ita patet, ꝙ corpora hæc antea ad cibum minime apta erant: Non sunt autem expositores audiendi, qui intelligunt, ꝙ vbi vtendum est inedia ad quartum vel ad septimum euacuatio molienda non est, in quibus autem fit euacuatio à principio ptissana vtimur, & ideo dixit post medicamentum da ptissanã non multo consueto minorem. Oritur autem hoc loco non facilis difficultas an corpora famelica sint exercenda, & qua hora exercitium conueniat: Pro responsione Gal. sñia est adnotanda Auicennæ, Rasis, necnõ Haliab. ꝙ ĩprimis iuuamẽta sunt ex exercitio caloris innati augumentum, spiritusque violentior ad partes extimas motus, ex his consequuntur ꝙ partes uiolentius per corpus deducenda attrahunt, eaque facilius immutant, atque hisce nescuntur, adhæc parantur viæ, per quæ excrementa vacuantur, & pariter ipsamet excrementa,

2. de tuẽd. ual.
3. primi doct. 2. tracta. primo cap. 3.
4. ad Alma. 4.
1. pract. 3.

denique his corpora purgantur excrementis, quæ secunda vel saltim tertia coctione generantur: ut autem hæ tertię coctionis superfluitates educentur (dicebat Gal.) opus est, ut natiuus calor per se, non autem ex accidenti augeatur, quod quidem sola efficitur exercitatione. 1. de tuẽd. sanit.
Si dices quodlibet membrum uim habet expellendi excrementa, ergò exercitium haud necessarium est. Dico, ꝙ semper portio quædam adhærẽs permanet, quã virtus propellere non potest; quemadmodũ aqua, quam si super murum proijcias licet maior pars descendat, non tamen tota, etiam si eam manibus expellere coneris. Veruntamen illa tandem exercitio, vt aqua sole, aut uento resoluitur: ꝙ si non resolueretur superfluitas hęc tractu temporis intantum augeri posset, ꝙ ægritudinem gigneret: Quare Aui. inquit, Et ad ipsum peragendum conuersus secundum modum suę ęqualitatis, & in hora sua nullo indiget eorum medicamentorum, quę materialibus necessaria sunt ęgritudinibus, quę sanè Auic. sententia est aduersus communem ferè omnium opinionem, qui vna Mesues authoritate moti, vbi ait, cap. de alopecia.
quòd qui aßiduat acceptionem eius continuis diebus non videt in corpore suo, neque in instrumentis suorum sensuum ęgritudinem, quę non sit habilis sanari, uolunt, ut sępe ad tuendam sanitatem homines aloe utantur; neque solum con

tra hos est Aui. verum & Galen. vbi cum Hip-
3. aph. 15. po. dixisset, siccitates imbribus sunt salubriores,
subdit Galen. nam in siccitatibus superfluæ humi
ditates dissoluuntur, per imbres autem intra cor
pus collectæ putrescũt, nisi ꝙ singulis diebus col
lectas exercitijs expurget, quæ .n. fit per balneas
euacuatio parua est, & solam ferè cutem euacu
at, quæ autem sunt per carnem, & partes soli-
diores dispersæ superfluitates haud sufficienter
ex balneis euacuantur, neq; tamẽ ea, quæ fit per
purgantia pharmaca superfluitatum euacuatio
idonea est, nam valde indigentibus, & ex longis
interuallis vtilis est: earum verò quæ quotidie
generantur, superfluitatũ euacuatio minor est, q̃
vt exigat purgantis pharmaci operationẽ: si ve-
rò quispiã voluerit bis mense, aut semel saltim
ea vti, veritus ne superfluitatum multitudo ag-
gregetur ꝑter id, qđ nocebit, corpora ẽt in malã
trahet consuetudinẽ: Et quoniã opinio hæc uult,
ꝙ senes ad emũdãdas superfluitates pillulis ex a
loe sæpius vtantur, uideamus Galenum expres-
5. de tuẽd. ual. se prohibentẽ, vt eo senes utãtur, nisi maior ali-
qua necessitas vrgeat, sẽtitq; Galenus, ut si al-
terius diebus eis soluatur uenter, ꝙ nullũ detur
medicamentosum. ꝙ si biduo abstrictus uẽter ter
tio die non soluitur, satis erit alijs rõnibus solue
re, ut decoquendo in ptissana uel mercurialem,
uel marinam braßicã, uel terebinthi resinam da

re, &

rè,& id genus: aloes autem vitandus est, quoad fieri potest, inquit Galenus: quod autem asserit Mesues, haudquaquam moliendum est, siquidem exiccando aloes abreuiat uitam, licet corpus sanum detineant: unde si quis hoc faciet, id ipsum efficiet quod sapo in abluendis pannis, eos nanq; conterit atque consumit, detinẽdum ãt corpus est sanum uitæ seruando longitudinem, quod moderata uictus, exercitationisq́; rõne fit, etenim ait Hip. Exercitatio salubris, non saturitas cibi, prõptitudo ad labores, & Gal. in com. subdit: Neq; repleri usq; ad saturitatẽ, impigrumq́; ad exercitationes salubris uictus caput esse oppinatur: cũ ãt in parua necessitate medicinis utimur iuuamẽto maius nocumentum est, at in magna necessitate eis utimur, propterea ꝙ contrarium potius euenit: Redeundo igitur ad propositum problema dicimus, ꝙ tempus conueniens ad exercitationem est post primã, secundamq́; coctionẽ, quæ quidem in stomaco, & hepate fiunt, & cũ ea celebratur, quæ in uenis pficitur, et tũc tẽpus instat, vt nouũ alimẽtũ suscipiatur: hoc. n. modo neque uẽtriculi, neque hepatis coctio prohibetur, omniaque dicta iuuamenta consequuntur ex exercitio, si dicto tempore efficiatur, & postquam urina, & alui excrementa fuerint deposita: Neque tardanda est exercitatio, cum iam in uentriculo facta est appositio,

6. Epid. sect. 4. 2. 1.

5. de pot. nat. 13. *unio, & aßimilatio, ut optime testatur Gal. si quidē nunc sumēdi nouum cibū tēpus adest. Dices quomodo superfluitates tertiæ digestionis resoluuntur, si cum exercitio vtimur, nondum sunt genitæ? Dico quòd exercitio hesterni nutrimenti & non tantum tertiæ, verum & aliarum coctionum superfluitates dissoluuntur.*

APHORISMVS XVII.


Bi cibus præter naturam plus ingestus est, hic morbum facit, ostendit autem sanatio.


IPPO. superius Aphorismo quarto in vniuersum dixit, Non satietas, non fames, nec aliud quicquam bonum, quod modum naturæ excesserit, nūc modo hoc aphorismo (uti Galen. in comment. declarat) docet in una specie nempe repletione, plus enim cibi quàm modo na
2.de.tēp.2 *turæ conueniat, repletio nominatur. Proinde quid nutrimentum sit, uel cibus, quidq́ue medicamentum, & quid etiam cibus medicinalis, habet Galen. vbi inquit, quòd quæ solum à corpore patiuntur, similitudineq́ue substantiæ ei aßimilantur, nutrimenta, vel cibi dicuntur: quæ verò & patiuntur à corpore, & non aßimilantur, dū in id agunt, medicamenta tantum uocantur, quę*

verò

verò & agunt & patiuntur aliquid, sed spatio
vincuntur, aßimilanturque, nutrimenta ac me
dicamenta nominantur. Cæterum quoniam in an
tiqua litera deficit illud [plus] ob id Exposito-
res dicunt, quòd sex requiruntur ad cibum natu
raliter ingestum, quantitas, qualitas manifesta,
& occulta, modus substantiæ, tempus, & ordo:
sed non est ad Hippocra. Galeniq́ue mentem, vt
postea videbitur: intelligitur namque de cibi
quantitate respectu virtutis, atque de vera æ-
gritudine, quod quidem ostendit ly sanatio,
quę ad ægritudinem refertur. Gal. in commen. in
quit, quòd cùm plus dicatur ad aliquid, in nobis
dupliciter dicitur, uno quidem modo quo ad
vasa, altero verò quo ad virtutem, & de hoc
secundo intellexit Hippocra. neque enim dicen
dum est (ait) eos sensuros læsionem, in quibus
propter repletionem extenduntur vasa: possunt
enim hi cibos ingerere coctu faciles, qui à virtu
te ualida conficientur, pariter qui conceptabula
cibo repleta habent, non est dicendum, quòd pau
ca assumpserint, optimeq́ue concoquent, quādo-
quidem ea assumere poterunt, quæ coctu erunt
difficilia, quæq́ue virtus imbecilla non conficiet:
idem etiam ostendit de virtute sanguificatiua,
quæ in hepate viget, & sanguinem, reliquosq́ue
humores generat, pariter & de virtute, quæ mē
bris apponit, vnit, & aßimilat: nutrimētū igitur
con-

cõcoquetur, & nutriet, vel nõ (ut ait in cõ.) & iuxta hoc vel ab ipsa obtinebitur, vel nõ obtẽtũ corrũpetur, morbũque generabit, atq; hoc postremum, quod aßimilatur, maxime proprium dicitur alimentum, siquidem Gal. ait iuxta Hippo.
1. de pot. nat. 11. & sententiam nutrimentum tripliciter nuncupari.
3. de tẽp. 2 Ex his modo colligitur eos male asserere, qui cõtendunt maxime proprium esse nutrimentum, quod apponitur, atque vnitur, id enim ex Galeni placitis quasi nutrimentum est, ac in venis, et alijs corporis partibus futurum nutrimentum: Atque hæc (inquit Gal.) vna est expositio de quantitate quo ad virtutẽ: est autem & altera expositio (subdit idem in com.) quæ vult, vt intelligatur quo ad qualitatẽ prẹter naturam, quẹ sanè uera est, quoniam unumquodque membrum proprio nutritur alimẽto, quod ei est secundum naturam, cui si aduenerit humor alteri secundum naturam, non autem illi conueniens mẽbro, & præter naturam hoc malum certè erit, sed inquit Gal. morbus necessariò non cõsequitur, vbi portio exigua fuerit, quoniam neque hoc faciũt venena in parua quantitate desumpta, quinimmo cum alijs exhibita iuuant, ut idem testatur
3. de tẽp. 3 Galen. quare minus à nutrimento fiet, quod non
& 3. de simpl. med. 17 modo exitiale non est, sed et alias partes nutrit:
idem dicendum est, si pauxillum aeris, aut humi
& infra. ditatis bibitæ ad ventrem, aut pulmonem defe-

ratur,

ratur, etenim de Platonis sententia asserebat Galen. quòd inter bibendum è potu aliquid ad pulmonem per guttur, & asperam arteriam fertur, non repente totum, neque per mediam instrumenti fistulam influens, sed per tunicam ipsam sensim irrorans. Est & tertia expositio præter naturam pro valde & exuberanter intelligere, vt dicatur, Vbi cibus exuberanter intrauerit, morbum facit, quoniam cibus parum exuberans ægrotare non facit, sed is adhuc intra sanitatis limites seruatur: Hæc sanè interpretatio (inquit Galen.) in se vera est, non tamen ad Hippocra. mentem, tum quia curiosior est, quàm deceat veterum consuetudinem, qui tantummodo solent enuntiare genus supponentes, quòd si quid lędere debeat, in quantitate congrua, vt lædat, esse debet: tum quoniam illud præter naturam extorquent, & uiolenter exponunt. Deinde Hip. in secũda Aphorismi parte subdit. [Ostẽdit aũt sanatio.] Gal. in com. imprimis ait, ꝙ illa verba melius cum coniunctione [&] scriberẽtur hunc in modum, ostendit & sanatio propterea ꝙ nõ sola sanatio hoc ostendit, sed ratio ex natura rei id indicat, quod sanatio ipso euentu comprobat: in quacũque.n. arte (ait Gal.) q̃cunq; ratione inueniuntur, euentus ẽt testimonio comprobatur, vt in præsenti sermone sanatio, quæ ad malorum humorum euacuationem consequitur: quod

8. de decr. Hippo. & Plat. propè finem.

quidem

quidem exemplo declarat. Sit quis, qui cibum plus consueto ingesserit, vtatur autem vel æquali, vel minori exercitio quàm prius, deinde febricitet is cum rubore, & tumore venarum aggrauato corpore, non sine ratione febricitare illum diiudicabimus, quòd si euacuatus sanetur, de multitudine existimatio corroborabitur, propter quod efficimur audaces in euacuandis his, qui similimodo ægrotabunt non expectato magno accidentium concursu, quæ sæpius in eisdem eodem modo contigisse ferunt. Forte (ait Galen.) coniunctio & aderat, eam autem quis vti superfluam abstulit: vel forte scripsit Hippo. absque coniunctione, ac si dicere intendat, quòd stantibus rebus, quæ prius dictæ sunt, vt asserimus, plurimo, scilicet cibo ingesto præter naturam, si antequã ægrotet, adhibeat euacuationem, qua ab indispositione, quam ante euacuationem percipiebat, liberetur: hæc vtique sanatio, seu sanitas, in qua conseruatur, ostendit, quòd ea indispositio ex nimia cibi quantitate proueniebat. Subdit Gal. ꝙ cũ apud Hip. euacuatio simpliciter dicatur, quando æqualiter oẽs euacuãtur humores, purgatio autem, quando peccatum est in mala humorum qualitate, scire oportet, quòd sanatio afferens testimonium veram fuisse de plenitudine existimationem, non à purgatione, sed euacuatione facta est, quæ quidem euacuatio omnium

nium humorum per phlobotomiam exquisitißima efficitur: huic proxima est, quæ fit per tibiarum scarificationem, quam sæpius facere consueuit Galenus: atque hæc fortè cum ventosis scarificatis fit, de quibus Auicenn. disserit his verbis, ventosæ cutis partem magis mundificant, quàm phlobotomia, & plus extrahunt sanguinem subtilem, quàm grossum: Verum tamen est, quòd Gal. asserere videtur, quòd cucurbitulæ attrahunt, & vacuant à profundo corporis, subdens tamen, quòd cucurbitulis non utendum est, nisi prius totum corpus euacuatum fuerit, & humorum fluxus prius fuerit cohibitus. Deinde est ea euacuatio, quæ fit per exercitationem, postea quę frictionibus adhibetur, mox quę per balnea, de quibus alibi copiosius agit Galen. hęc autem postrema parua est euacuatio, & solam fermè cutim euacuat, in qua quę sint obseruanda cum in febribus vtendum est balneis, abunde ab eodem declaratur: postremò quę per inediam fit, hęc enim ex accidenti vacuat, non autem per se, quemadmodum & nuper enarrata: euacuat namque propterea quòd quippiã non additur loco eius, quod transpiratione dissoluitur: Hęc autem satis sunt ad Aphorismi expositionem (inquit Gal.) si vero quis diligentius de multitudine perlegere uolet, legat librũ de plenitudine, satis autem sit prędictis hoc

4.primi 21

4.metho. med. ultimo, & 11. eiusdẽ 17. & 18. & libello de cucurb.

2.de tuen. ual.

12.met. 3.

3.Aph.15.

11.meth. cap. 20.

7.Aph 60. & 1.de tuẽ. ual.

addere

addere, quòd multitudo, vel plenitudo quo ad vires absque corruptione sanguinis & humorum incipere potest, sed non multo tempore absque corruptione permanere: necesse autem est omnino, vt iuxta qualitatem transmutetur, tractúque temporis corrumpatur, interim autem plenitudinem hanc nominamus, donec ex superflui euacuatione residuum optimum effici possit: Vnde quemadmodum in vino, quod acescit, si ex toto acidum factum sit, non potest iterum ad vini naturam redire, si verò parum acescat, nundum autem sit acetum, sæpe ad suam naturam redit: pariter & sanguis, vbi magna in eo corruptio facta sit, non amplius ad naturalem habitum redire potest: si verò parua fuerit alteratio, vbi superfluum fuerit euacuatum, quod restat ad suam redibit naturam, talemque dispositionem (ait Gal.) consuetum est appellari multitudinem, vel repletionem, solam autem illam appellant corruptionem, quæ ita à naturali distat habitu, vt ex coctione naturæ iterum ad primã humoris perfectionem redire nequeat: Vtrum autem cibus præter naturam plus ingestus causa sit primitiua, an antecedens, an verò coniuncta, dicimus nos, quòd vt in stomaco sumitur, est causa primitiua. vt uerò est conuersus in sanguinem est antecedens, coniuncta vè de quibus omnibus diffusius agit Auicen. Hinc etiam colligit,

1. primi doctr. 2. cap. 1

it Gal. in com. responsionẽ ad illos, qui dubitant um humor corruptus ad benignum reduci pos- t, simpliciter namque ad benignum reduci po- st, vbi parua sit mutatio, itaque ex ea reductio e membrum nutriri potest, vt de aceto superius ictum est: vbi verò mediocris, reduci quidem otest ita quod natura in eum agit, & præparat d expulsionem: si verò omnino corruptus sit, ne uaquam ad bonitatem reducitur, formam nan- ue substantialem amisit, sicuti primus humor a non priuabatur, atque ob id facile ad beni- num deduci poterat.

APHORISMVS XVIII.

TOrum, quæ vniuersim, & velo citer nutriũt, veloces quoque fiunt excretiones.



VONIAM præcedenti Aphorismo Hippocrat. de cibis meminerat, ob id hoc Aphorismo declarat quomodo se habeant ciborum nutrientium excretiones. Gal. in commen. stendit quid Hippocr. velit per vniuersim, &

velociter nutrire: dicit enim quòd velociter nu-
triunt, quæcunque ratione suæ naturæ paruo tē-
pore post assumptionem statim nutriunt: quod q-
dē exploratur in his, qui integra fruuntur sani-
tate, vniuersim verò, quę cum cœperunt nutrire
totũ alimētũ exiguo tēpore p̄stant, fieri.n.potest
vt aliqua paruo tēpore post assumptionē nutri-
re incipiant, q̄ tamen longũ post tempus nutri-
mentũ præstent, quare citò non uniuersim talia
nutrient. Porrò cur quædã citius, quædam ve-
1.de pot. nat.c.10. rò tardius nutriant, causam aßignat Galen. ete-
nim non omne animal aptum est ex omnibus ci-
bis nutriri, neque etiam statim nutritur ex his,
ex quibus nutriri potest, & propterea pluribus
indiguit instrumentis alteratiuis alimenti, q
enim rubrum flauum fiat, vel contra, simplici, &
vnica opus est alteratione, vt verò album ni-
grum fiat, vel econuerso, omnes mediæ necessa-
riæ sunt alterationes: Vt igitur maiorem, mino-
remque cum nutrimento similitudinem nutrien-
tia obtinent, maiorem quidem citius, minorem
verò tardius nutrire incipient: Addit Galen. q
hoc dicitur habita istius tantum ratione, quòd
scilicet q̄ vniuersim, & velociter nutriunt, velo-
ces habent excretiones: Verum fieri potest, quòd
aliqua velociter, & vniuersim nutriant, quæ ve-
loces non habeant excretiones propter lentorē,
pariter nonnulla tarde nutrire queũt, q̄ ueloces

habent

bent excretiones propter aliquam acredinem
l excretionem concitantem. Sed dicet quis, ex
al. Neruus ōīs, ac cutis, dū elixātur, corpus 3. de alim. facul. c. 3. & 4.
idem minus alunt, ob lentorem tamen per al-
um facilius deijciuntur: cuius tamen hoc loco
ntrarium Gal. sustinet. Respondent quidam,
uòd Gal. hic loquitur de viscosis crassæ substan
æ, ratio autem stat de viscosis tenuis substan-
æ, vt est oleum substantię quidem tenuis, atq;
iscosę. Verum hoc est falsum, nam nerui, &
itis crassæ sunt substantiæ, & tamen, inquit
alen. ob sui lentorem per aluum expeditius de
ibuntur. Respondet Curtius, quòd Galen. alibi
e excretione solum loquitur, quæ fit per aluū:
ic autem & de alijs; vtpote quæ per vrinam et
uiusmodi fiunt. Sed clarum est multa viscosa
dhęrentia difficile per aluum permeare, et per
ubductionem euacuari: ob id responsio tuta non
st. Ego autem tutius responderem, viscosa qui-
lem duplicia esse, nonnulla quidem quæ adhę-
entiam partium inter sese habent, sed alijs non
dhęrent, vt de ptisana hordei, & talia cele- 1. de alim. facul. 9. & primo de uict. acut 18.
iter subsident, pariter & blitam, malua, atri-
plex, & cucurbita quæ lenta, & humida, &
b id Galen. lubricantia esse voluit: quædam ve
ò sunt, quę alijs quoque partibus adhęrent, &
alia minime sunt lubrica. Deinde Galen. in tom
nent. enumerans, quę celeriter, & vniuersim
 nutriunt,

nutriunt, queque tardius, subdit, vinum ce-
lerrime, & vniuersim maxime nutrit, illud au-
tem maxime iungi debet cum eo vocabulo vni-
7.colli.16 uersim, hoc est vniuersim maxime. Auerroi
dicebat, vinum autem digestioni citius præpa-
ratur omnibus alijs cibis & medicinis, ita quòd
dicitur vinum in stomaco non morari ad dige-
rendum, nisi in hepate duntaxat: huius tamen
contrarium ex Galen. placitis colligi videtur
3.de tēp.2 ubi ait, vinum, vt aßimiletur opus deside-
rat minimum, quo fit, vt tum nutriat, tum robo-
ret celerrime: porrò id quoque in concoquendi
instrumentis, ventriculo, iecinore, & venis
prorsus aliquandiu traxerit oportet, quibus
scilicet præparatum nutrire corpus iam queat,
antequam in his sit demutatum, fieri non potest,
vt animalis corpori sit nutrimentum, ne si per
totam diem ac noctem extrinsecus super cor-
pus sit impositum: Verum Auerro. si recte
eius perpendantur verba, Galeno non con-
tradicit: id enim dicit, vt mutationis vini ce-
leritatem connotet, vel cum dicat, ita quòd
dicitur in stomaco non morari, innuit se iux-
ta aliorum sententiam loquutum fuisse. De-
inde subiecit in comment. Galen. Caro au-
tem bubula tardius, & paulatim nutrit, de
3.can.trac. qua etiam agit Auicenn. caro enim vaccina
2.146. plurimi est nutrimenti, grossa, melancholica,

melan-

elancholicas generans ęgritudines, & quæ
elior est eius, est caro vitulorum: Ex qua
idem Auicenn. authoritate nonnulli colli-
int carnem vituli boni esse nutrimenti, fa-
léque concoqui, Et ex consequenti illam æ-
otantibus concedunt: at contrarium ex Ga- 3.de alim. facul.1.
no habemus, vbi cum dixisset, quòd ca-
 animalium natura siccorum tanto melior,
uanto animalia tenellæ erunt ætatis, contra
erò quæ natura sunt humidiora eorum caro
elior quanto magis ad adultam ætatem appro
inquantur, subdit, quòd quemadmodum suum
tate vigentium caro bene habitis iuuenibus, et
bore se aliquo fatigantibus peridonea est, ita
isdem bouum nūdum adultorum: quare ægro-
antibus non conuenit: ibique Gal. ea omnia re
enset, quæ & Aui. Bene verum est, ꝙ caro ui-
uli melior est, quàm bouis, faciliusque con-
oquitur, sed non absolute uitulina facile conco
uitur: inquit enim Gal. ꝙ quanto bouina exce-
lit porcinam in duritie, tanto porcina excedit
ouinam in uiscositate siquidem porcina accom
nodatior est ad coctionem, quam bubula, quæ
& humorem generat melancholicum uituli
utem caro minus est accommodata. Postmo-
lum Gal. enumerat omnia testacea, uidelicet co
chleas, uerticellos marinos, cammaros, locu-
stas, squillas, & ut summatim dicatur, quæcūq;

dura carne constăt. de cochleis quidem, hoc est
3. de alim. macibus habet Galen. & alijs testaceis, ubi ait
facul. 2. & quòd durę sunt coctionis, tardę, paulatimque n
32. triunt, sed succum habent idoneum ad ventrem
subducendum, ob id si prius elixentur, & prim
aqua abijciatur, uentrem sistunt, vt eum mouēt,
si prima eorum decoctio sumatur: Vnumqu
est aduertendum, quòd multi faciunt ex limaci-
bus aquam destillatam, quam consumptis exhi-
bent, vt eos impinguent: quod quidem valde s
spectum est, nam cum prius eas ratione succi no
decoquant, ea utique aqua subducere quiden
ventrem potest, sed nutritionem prohibere: A-
lij autem dant limaces, hoc est earum carnes
quę licet prius fuerint elixatę, non est tamen
conueniens alimentum siquidem cum tales imb
7. meth. 6. cillę virtutis sint concoctiuæ, vt Galen. censet,
eas vtpote coctu contumaces ęgri concoquere
3. de alim. non poterunt: postea Galen. in comment. memi-
fac. 15. nit de caseo, is autem dum formatur, acrimo-
niam à coagulo suscipit, quę in inueterato au-
getur, inueteratusque & difficulter coquitur,
& malos generat humores, ac maxime facit ad
calculi in renibus generationem: Vnde testa-
tur Galen. quòd caseus is summopere fugien-
dus est, vt qui neque ad coctionem, neque ad
digestionem in corpus, neque ad mouendam
vrinam, neque ad ventrem soluendum quicquā
boni

oni conferat, ceu vtique neque ad succi pro-
itatem vnum etiam addens, quòd si comedatur lib. de Euch. & cach.
um pane confecto sine fermento rusticis etiam 1. de alim. fac.
ocet: insuper dicebant Hippocra. & Galen.
Caseus flatum parit, & adstrictionem ventris, 4 de rat. uic. acu. 92
stuosusque est, preterea & crudum & inco-
tile est edulium, talesque succos generat, aliud
etiam subdens Galen. in comment. quòd deterri-
num est his, qui se potu repleuerunt: cuius ta
men oppositum censet Rasis Almans. 15. qui ca 2. ad Alm. 15.
seum post cibum & veterem comprobat, quod
tamen Galen. vt superius patet, mirum in mo
dum vituperat: Dehinc Galen. in comment. 3. de alim. fac. penultimo.
meminit de carne salita, de qua dicebat, quòd
dura, & excrementitia caro, hoc est per to
tas sese diffusum habens humorem pituito-
siorem accommoda est ad saliendum, inepta au-
tem, quæ aut mollem, aut siccum valde, & mi-
nime excrementosum habet corporis habitum:
& de sale quòd compositam facultatem habet: 11. de sim. med.
scilicet attenuandi, ac humores superfluos dige
rendi, & insuper corpora ipsa in sese cogendi,
condensandique: quare suum obesorum, & eta
te florentium carnes aptissimæ sunt ad salien-
dum: quę verò sale condita dura euadunt, &
neruosa; & veluti cutacea ad coquendum dif-
ficilima sunt, ut quę cōtra se habent, tenuia qui-
dem redduntur: mansa autem humores crassos

& glutinosos tenuāt, inter hæc autem præstantißima sunt sardica salsamenta: Aduertendum autem est, quòd salita antiqua, in quibus resoluta est humiditas, substantiæ quoque duræ sunt, sed nouiter salita, & antiqua non tamen ita valde carnem mollem habentia, vt sardellæ, sanguinem subtilem generant: ea autem enumerat Galen. inter ea, quæ humores generant melancholicos: subdit Galen. in comment. de lentibus mentioni faciens, quæ & ipse melancholicum succum gignunt, habent etenim partem nitrosam, quæ per primam remouetur decoctionem, reliquum verò crassum est, atque terrestre. subsequitur Galen. in commen. de bulbis, hoc est cepis mentionem faciens, de quibus alibi egit, nec non & de ouis duris, agens tres esse eorum differentias, constituens, primam quidem penes propriam substantiam, nam galinarum, & phasianarum oua præstantiora, anserum verò & struthocamelorum deterrima sunt: secundam autem penes tēpus, recentißima enim optima sunt, vetustißima verò peßima, media verò medio modo se habent in bonitate, atque malitia: tertiam verò penes copturæ rationem, cocta namque hoc est dura, coctu difficilia, tardi transitus, & craßius alimentum exhibent, tremula omnium præstantißima, sorbilia minus nutriunt, sed facilius

3. de lo. af. cap 6. primo de ali. fac. 16.

2. de alim. fac. 66. & 3. eiusdem 21.

subdu-

ſubducuntur, & pharingis aſperitates leuigant, ſpiſſata in calidis cineribus tardius permeant, & peioris ſunt ſucci, quàm cocta, duraque, in ſartagine uerò inſpiſſata peſsimum habent omnibus modis alimentum: dum enim coquuntur, in nidorem uertuntur, nec ſolum craſſum, ſed prauum & excrementitium gignunt humorem, ſuffocata uerò elixis & aſsis ſunt meliora: parantur autem hunc in modum oleo garro, & pauco uini conſperſa cum fuerint, uas, quo continentur, immittatur in cacabo, hoc eſt olla aqua plena calida, & uaſe ſuperne obturato ignis ſubſtruatur, quoad oua mediocrem habeant conſiſtentiã. ſubdit autem in com. ꝙ ſigna, quibus uelocem ciborum nutritionem cognoſcimus, ſunt fortitudo, & magnitudo in pulſibus citò acquiſita, ut hẽt Gale. dum agit de pulſuum mutatione ex uino, pariter & in motibus uoluntarijs robur confectim acquiſitum: ſubdebat autem Galen. quòd experiri debes in diſſolutis uel euacuatione, uel inedia, uel labore, non autem in quibus uirtus debilis eſt ex humorum multitudine, quando quidem in his debilior fit, propterea quòd magis ſuffocabitur virtus: uerum etiam eſt, quòd in diſſolutis omnino etiam in principio uirtus ſub cibo ſuffocari uidetur, ſed parum poſt eadẽ augetur. Mox Gal. enumerãs, quæ uniuerſim, & uelociter nutriũt, primo qdẽ de vino meminit, quo

1. de cauſ. pul. 4. & 3. eiuſdẽ ultimo.

qui-

quidem nil celerius nutrire dictum est: inter vina autem imprimis est vinum album aquosum tenuis substantiæ, quod parum nutrit, & hoc celeriter per vrinam excernitur, totum.n. ferè celerrime reassumi anticipat, pluribus & tale aquosum aspectu, odore, sapore est, aquæque proximum, cuius non fert admixtionem, tenuisque substantiæ, nihil vel parum austerum, haud manifeste calefaciens, gilua autem, siue subruffa, & crassa corpus magis alunt, quàm alba, sed hæc (inquit Gal.) in plurimum nutriendo tantum à nigrioribus vincuntur, quantum ea vincunt in vniuersim, & velociter nutriendo: vina verò alba & crassa minus dictis alunt, sed plus aquosis, sed non velociter, nec vniuersim nutriunt: hæc autem omnia quanto celerius nutriunt, tanto celeriores excretiones habent: hoc idem in omnibus accidit alijs, nam succus ptissanæ citò & vniuersim nutrit, sed non multum præbet corpori alimentum: alica verò & multum nutrit, ac multo tẽpore, de qua Gal. dũ de chondro sermonẽ habet, nec nondum Dioscorides, vbi ait, ꝙ ex Zea fit, quæ duplex est, altera simplex, altera verò, quæ in eodem pediculo duo continet grana, hæc autem hunc in modum confecta aluum cohibet magis, quàm oriza, quæ vulgò risum dicitur; Paulus autem videtur ponere differentiam inter alicam & chondrum: alica.n. intensius aluũ moratur,

7. metho. med. & 8. eiusdem 6. & 3. de uic. rat. acut. primo 2. 8. & 19. & libro de uin. & de cib. bon. & mal. succi.

1. de alim. fac. 5. & 8. de simpli. med. propè finem. Lib. 2. ca. 106. Lib. 1. ca. 78.

moratur, sed intelligere videtur per alicam chõ drumfractum, vt eo in loco apparet, græce dicitur ἄλιξ: verum quoniam chondrum humores generat viscosos, aluumque sistit, vt asserũt Dios. Gal. & Paul. ideo male faciunt, qui eum febricitantibus exhibent: ad euitanda autem dicta no cumẽta chondrum, vt ptissana hordei ex grano integro, & cum aceto parari potest, uel poni in aqua tepida cum modico fermenti: ponatur etiã aliquid porri, aut mellis, & tunc faciet chondrum ad alui subductionem, meliusque est comedere chondrum, cũ adest uentris perfluuium: subdit Gal, ꝙ cum volumus experientia cognoscere, quæ eorum quæ comparantur citò, & quę tardè nutriant, debent vtique quo ad substantiã similia esse, neque hęc quidem extreme humida, illa verò extreme sicca, quemadmodum si quis cõparet ptissanã liquidam fabis integris decoctis, pariter & de alijs dicendum est, quę ex milijs, vel alijs fruticibus parantur, ꝙ scilicet similia secundum substantię qualitatem sint, non autem hęc quidem dura, illa verò liquida. sed in carnibus (quoniam forte Gal. temporibus ex eis con tusum non conficiebatur) inquit Gal. ꝙ in vnaquaque propria requiritur consistentia: quare cum inuicem comparantur oportet, vt eadem sint parata ratione, non hęc quidem assa, alia uerò elixata, sed utraque assata uel elixata: itẽ in

quibus

quibus sunt humores mordaces auferendi, dum parantur, (inquit) Gal. vt in braßica, leguminibus, testaceis, & alijs id genus, si certam eius substantiæ, quæ alit, experientiam habere volumus, modus autem tales humores auferendi, est cum elixantur, vt ab vna ad aliam aquam transferantur: his quidem seruatis semper inuenies velociter nutrientia & vniuersim veloces etiam excretiones habere: tarde verò nutrientia tarde etiam excretiones poßidere seruatis etiam superioribus, nempè quòd exhibeantur hominibus eodem modo dispositis atque affectis, quique sint dissoluti & extenuati, vt supra dictum est: Et ex his hunc in modum enucleatis complura cessant dubia, quæ ab expositoribus examinari consueuerunt. Proinde dictorum causa (inquit Galen.) ex libris de poten. nat. ac potissimum tertio petenda est, in quibus declaratur, quòd primum ventriculus ex cibis proprium sibi alimentum attrahit, idque suis tunicis ad satietatem apponit, reliquum deinde excernit, quo tempore hepar ex cibis attrahit, si indiget, quoniam si non indiget, haudquaquàm attrahit. item & corpus totum ex hepate attrahit, cum alimento indigeat: in habentibus igitur corpus vacuum (inquit Galen.) facile est experiri, qui cibi uniuersim, & velociter nutriunt, & qui tarde, insuper quòd qui velociter

Cap. 13.

lociter nutriunt, veloces habent excretiones, qui uerò tardè, tardas. Postremò subiungit Gal. quorundã expositionem, quod Hip. per excretionẽ intelligat euacuationẽ, quæ è toto fit corpore, ita vt idẽ sentire uideatur hoc loco, quod & libro de alimẽto, vbi ait cibũ difficulter absumi, qui & difficulter alteratur, sicut facile absumi, qui & facile apponitur; quod quidẽ alibi corroborat dicẽs, qđ maxime nutrit, firmiter adherere neq; diffluere dẽt, & alimentũ humidius, ut distribuitur, ita & celerius discutitur: Hoc ꝙdẽ (inquit Gal.) qđ supradictũ est, in se uerißimũ est, sed excretio non proprie de euacuatione illa dicitur, quæ ex toto prouenit corpore, quinimmo de ea solum magis proprie dicitur, quæ per ventrem fit, licet ad eã quoque, quæ ex toto fit corpore, extendatur: vnde sicut subductio tantum de his dicitur, quæ per aluum deyciuntur, ita excretio cõis est omnibus: verum igitur est carnẽ suilam, & alia id genus longo tempore exhalare, olera verò, pisces saxatiles, & quæ tenues habent humores celerrime distribuuntur, apponunturque, sed ob substantiæ tenuitatem facile difflant, de quibus quidem oleribus Galen. libro de alimẽt. facul. copiosius differit, sed aduersus hęc placita extat Auerrois authoritas, ubi ait, quòd omnes herbæ ex sui natura ad humores melancholicos declinant, hocque faciunt etiam

idem 3. de cau. pul. ultimo

7. meth 6.

3. de alim. fac. primo

5. colli. 42

à tota substantia excepta lactuca, ac buglossa: non igitur subtilem generant, sed crassum sanguinem, humoremque. Dico ego quod si Auer. diceret, quòd prauos generant succos, idem sentiret, quod Gal. ubi sustinet, quòd licet olera subtilem gignant sanguinem, id tamen nutrimẽtum exiguum est, ac prauum: verum cum id non dicat Auer. fortè dici potest pro sui tutãda sententia, quòd ad humores melancholicos declinant.

2. de alim. facul. 39.

APHORISMVS XIX.



Acutorum morborum nõ omnino sunt certæ prænuntiationes aut salutis, aut mortis.



QVONIAM Hippo. superius aphorismo decimotertio dixit, quibuscunque crisis, hoc est iudicatio fit, his nox grauis ante accessionem, quę verò subsequitur magna ex parte leuior existit, ex quo medicum de salute aut morte, prognosticari oportet: ideo Hip. hoc aphorismo medicos cautos reddit, quod in acutis prognosticationes salutis aut mortis omnino certę non sunt, ne prognosticantes sic omnino in acutis futurum esse pro certo dicant. Proinde Gal. alibi reprobat He

1. progno. & prorrit. à princ.

rophi-

ophilũ distinguẽtẽ p̃sensionẽ à p̃dictione: p̃sensio
em nanque firmam, prędictionem verò non fir-
iam esse dicebat, hęc (inquit Gal.) non solum
iutilia sunt, & impropria significata, sed & so-
histica, ac falsa, nam pręsensio dicitur, & si fir-
ia sit, aut magna ex parte ita ut quid desit, ne
irmissima sit: quare dicunt aliquando pręsensio
iem perpetuam uel firmam esse, quam tamen nõ
semper firmam ostendunt: item non aduertunt
iihil prędici posse, nisi pręsentiatur, qua de re, ut
ɔrędictio duplex firma, atque non firma, ita &
ɔręsensio duplex firma, nempè & non firma: insu
ɔer pro huiusce aphorismi declaratione supponẽ
la est morborum diuisio superius enucleata: qui 2.& 3. de dieb. crit.
iutem morbi sint acuti, quique longi, ut & Ga-
en. in commen. aperiendum est; siquidem acuti
ɔręter id, quòd celeriter ad iudicationem acce-
erant, statim etiam magnitudinem habent, hoc
st non solum citę sunt terminationis, uerum ẽt
nagnitudinem habent, quæ sanè timorem non
xiguum inferte: ephemerę nanque licet breues
int, non tamen acutę, siquidem non illa prędicta
bollent magnitudine. Duplex autem est acutorũ
natura, quidam enim acuti sunt, qui ex materia
pendẽt calida in particulari membro non contẽ
ta, sed ex sui natura in omnibus animalis parti-
bus generari apti sunt: nonnulli autem qui in de
terminata parte, utpote pleura, pulmone, & fau

cibus

cibus gignuntur, subdit autem Gal. in com. iuxta Leoniceni versionem, Et febres omnino in acutis morbis continuæ sunt, rari enim sunt, quibus febres non adsint, vt morbus attonitus, quem greci apoplexiam vocant: iuxta uero Laurentiani translationem, Febres præterea in morbis acutis magna ex parte continuæ intelliguntur, paucis namque sine febre infestant, qualis totius corporis stupor est: atque hæc melior est litera, aliquando enim sed rarò morbus acutus à materia frigida sine febre esse potest, vt in apoplexia: est.n. acutus ratione loci, in quo fit, ut est sententia Galen. qui eadem, ut hoc loco recitat: verum aduersus hoc est ipsemet, ubi habet, ꝙ morbis acutis febris continua propria est, ergo multo magis non sine febre acutus morbus dicetur. Respondeo, ꝙ acuti morbi duplices sunt, alij quidem sui ratione, & hi nõ sine febre cõtinua sunt, alij verò rõne loci, atque hi absque febre esse possunt, ut apoplexia: uel acuti ratione febris sunt cum febre cõtinua, quæ & inseparabilis febris dicitur. His declaratis ostendit postmodum Galen. qui morbi sint longi, nempè qui ex craßis, frigidisque humoribus pendent, qui haud facile concoquuntur, discutiunturuè, impactiq;, atque agglutinati partibus patientibus, & eorum dispositiones magis similes sunt duris tumoribus, quàm inflammationibus: quod quidem & confirmat Gal. inferius, ac

1. prog. 28. & 7. apho. primo. 2. de dieb. crit. 12. & 3. eiusdem ultimo 3. prog. 15. & primo de uict. rat. 18. primo Epid. sect. 1. com. 10. Com. 39. & 1. prorrith 10. 6. epid, sec. prima con sex. 8.

Hipp.

Hipp. inquiēs, in Cranone dolores frigidi veteres, recentes verò dolores erant calidi. insuper subdit Gal. ꝙ pauci fiunt prædicti morbi lōgi absque loco patiente determinato, ita ꝙ venæ omnes vel pituitā habeant, vel atrā bilē putrescentē: Proinde causa ex Gal. sn̄ia prorogationis febriū triplex est, aut propter aliquā partem affectā curant difficilē, aut ob humores crudos, crassos, incoctosq́;, aut propter aliquod cōmissum ex parte ęgri, aut medici, aut astantiū, exteriorumvè. Deinde ait in com. Gal. ꝙ Hip. videtur fidere præcognitionibus in omnibus morbis longis, in acutis verò non omnibus, sed falli pōt (licet raro) prognosticatio, quod quidem voluit Hip. ex hoc quod dicit nō omnino. i. nō in omnibus, & hoc modo vtuntur homines, quando ex multis paucos volūt excipere, ac si dicat quis nō omnes homines currunt: intelligētes paucos esse eos, qui non currunt: pariter dicit Hip. nō oīno in acutis certas esse prænunciationes, dedit intelligere, ꝙ accidit, sed raro, medicū ēt præexcellentē, & optimū aberrare: qđ quidē fit tū ob subitā ī iudicatione mutationē naturā humorū morbificorū cōsequentē, tū quoniā humor nōnunꝗ noxius ex uno loco ad alterū fertur, in quibus quidē duobus casibus ex Gal. sn̄ia, in ægritudinibus acutis certa ꝑgnosticatio nō est: primus quidē casus est, si febris foret pestilēs propter subitam alterationē, quæ in crisi cōtingere pōt, quęq; ex materię malignitate 3. prog. 15

 conse-

consequitur, quispiam autem medicus prius vrinas sanis similes intuens, vel saltim bonas, ægritudinẽ esse salubrem fuerit prognosticatus, decipietur vtique, materia nanque ferè subitò mutari videtur, venenositatemq́ue adipisci: vnde in pestilẽtibus cõstitutionibus in prognosticis haud fidendum est, vt testatur Gal. & Aui. secundum autem casum Galeni Curtius hunc in modum declarat, si materia sit distans à corde; signa prognostica salua forent, ꝙ si qua occasione moueretur versus cor, sæua fierent accidentia, illeq́ue mori poterit, & tunc medicus decipietur quippe prius salutem futurã dijudicans: pariter si materia sit propè cor, & accidẽtia, ac signa prognostica praua sint, si ea ad partes remotas expellatur, hic vtique liberari poterit, quem tamen moriturum dijudicauit medicus: vel dicamus nos, ꝙ cum materia turget ad aliquod membrum præcipuum moueri potest, & vbi salutem sperabamus, mors ipsa consequitur: vt plurimum tamen vbi signa bona cõspexerimus, sequitur salus, sicut è contra mors, quandoquidẽ licet materia de loco ad locũ moueatur, si signa coctionis appareant, indicium est, ꝙ natura materiam facientem morbum superat, quæ sanè signa cũ apparent, non amplius ita mobilis est, sed magis quieta, quoniam digestio quiete indiget, hoc autem in augumento fit, si. n. materia mouetur, id in principio potius efficitur,
nam

3. de præsag. ex pul. 4. & Auic. l. 4. tract. 4. cap. 2.

4. de rat. uict. acut.

iam cũ pluribus diebus criticis conspiciemus, ꝙ
signa coctionis apparent, quo tempore materia
nflammatur, & si maligna fieri deberet, magis
raua fieret, tunc in pluribus certa est prognosti lib. de con
catio salutis. Videtur igitur dicendum, vt Gal. ꝙ sti. art. 18.
n quibus humores non defluunt, sed partem ali-
quam obsederunt, licet prognosticari, quatuor ser
uatis, quæ in primo aphorismo primæ particulæ
ab Hippo. describuntur, vbi verò humor super-
fluus in corpore intus ad partem præcipuam vel
repente à nobili ad ignobilem quampiam partẽ
moueatur, non omnino tutè prognosticari expe-
dit, eum enim qui in nobilem partem inuectus est
summum periculum ex necessitate sequitur, at
qui in obscuram repente inopinato labitur, labo-
ranti salus erit: iam verò in huiusmodi constitu- 3. prog. 6.
tionibus securitatem, & periculum prænosci li-
cet, non tamen quo desinat, accurate queas inue
nire. Sed cadit hic dubium, num signa salutis vel
mortis sint certiora in morbis cronicis, an verò
in acutis ob pugnantes inter Hip. Galenique di-
cta, etenim vterque hoc loco sustinet in cronicis
signa hæc certiora esse, contrarium autem habet
Hip. inquiens, inter initia cronicorum morborum
difficilius est præsentire ea, quæ parte maxima tẽ
poris iudicanda sunt: simillima, n. eorũ initia sũt,
sed à primo die numerãdũ, cõsiderandũq; est, Ga
le. in cõ. subdit, Constat. n. vt semper fiat iudica-

tio vel natura superante morbum, aut victa ab eodem, itaque placidißimarum natura ægrotationum ocyßime superat, à difficillimis verò celerrime uincitur, ita efficitur, vt maxime contrarij sint inter se morbi, qui celeriter iudicantur: subsimiles verò qui plus temporis in solutionem requirant, vt enim per morbos breues magnus excessus quandoque naturæ est, quandoque ægrotationis, ita quoties neutrum magnopere exuperet, sed seu pares quidam hostes pugnent plus tēporis ad uictoriam alterius desideratur, itidem luctantes quicunque palestrices peritiores habentur, internoscunt, vbi magnum viderint excessum, statim alterum peruicturum: si verò neuter magnopere exuperet, profectò plus tēporis pugnaturos pronunciabunt, nondum cognoscentes vter eorum victurus sit, sed processu tēporis, idque prius q̃ cæteri cognoscent, quippe qui excessum exiguum exquisitius animaduertat, artifex enim maxime dißidet ab eo, qui artis expers est, vt vel exigua rerum discrimina persentiscat: Respondeo ego, omißis, quæ ab alijs perperam scribuntur, non distinguentes principium in tria significata, vt sæpe ex Hippocra. Galenique sententia distinximus, quòd Hippocra. & Galen. non capiunt principium pro primo morbi insultu, nec pro tempore primo morbi aduersus alia tempora. vniuersalia seiuncto, sed pro

spatio

ſpatio trium dierum: & in huiuſmodi principio uolunt, quòd ſigna ſalutis vel mortis facilius in acutis, quàm in cronicis prẹſentiantur, ſiquidem in acutis dominium virtutis, vel morbi magis apparet in eo principio, minus verò in cronicis, vt Galen. in commen. luctantium exemplo declarat: & propterea inquit, quòd licet artifex paruos exceſſus agnoſcat, quos imperiti non agnoſcunt, exceſſus tamen, qui nullo pacto ſentiri poſſunt, haudquaquam cognoſcere poteſt, qui quidem tractu temporis aucti, cum ſentiri poßint, prius ab artifice ſentientur: atque ob id Hippocra. ſubdit, quòd per ſingulos quadernarios mutationem perpendere oportet, propterea quòd non latebit, quo natura vertetur, hic autem Hippocra. & Galen. volunt, quòd cum apparent ſigna ſalutis vel mortis tum acutorum tum cronicorum, in omnibus cronicis fidendum ſit prẹcognitionibus, in acutis verò non omnibus, ob cauſas ſuperius aßignatas: atque hic ex principijs diſtinctione modus complures diſſoluit inſtantias, quæ ab expoſitoribus circa dubium hoc fieri conſueuerunt.

APHORISMVS XX.

QVibus iuuenibus adhuc aluus humecta est, his senescentibus exiccatur. quibus verò iuuenibus adhuc aluus sicca est, his senescẽtibus humectatur.



VONIAM multum refert ad sanitatem tuendam, & ad morbos profligandos scire, qui aluum habeant humidam, hoc est liquida excrementa, & facile excernẽtem, quique siccã, idest arida & difficulter excernentem, & quibus ætatibus id futurũ sit, quò sciamus quibus cibis & medicamentis, & quando ad aluum subducendam nobis vtendum sit, propterea Hippo. hunc scripsit aphorismum, quẽ quidẽ allegãs
16.3.trac. primo c.2. *Aui. declarat his verbis, inquit Hippocr. qui in pueritia lenis naturæ est, aut duræ apud senectutẽ est cõtrarius, quasi ꝙ per iuuenes pueros quoque intelligat, propterea Paulus Magrolus non solũ græcæ linguæ, sed & medicinæ peritißimus hæc aphorismi verba trãsferens ait, quibuscunque iunioribus adhuc aluus &c. vt omnes intra iuuentutis limites compræhendat, sicut per senes*

oēs, qui in decliui ætate cōsistūt. Gal. in com. declarat, ꝙ aphorismus hic nō semper verus est, sed vt in pluribus intelligēdus, quod quidē ostendit ex penultimo huiusce particulæ aphorismo, vbi ait, quorū aluus humida est, si iuuenes fuerint, melius commutant, quàm hi, quibus est sicca, in senectute verò deterius, nā magna ex parte senescentibus exiccatur: verus igitur, ut plurimū, est aphorismus. ut autem aphorismi ueritas seruetur, non simpliciter pronuntiandus est, sed vbi eadem uictus ratio seruata fuerit, nam si quis in iuuentute uteretur uictu Alexandrinorum, comederetque cibos salsos & acres, utpote poros, qui ex ipsius sētētia uim hēnt subducendi uētrē humores subtiliādo, & uirtutem stimulādo, & super biberet Zythū potū nempè ex hordeo confectū, ut ait Dios. quo utebantur occidentales, urinā cientem, renes & neruos tentantem & alia istiusmodi efficientem, in senectute verò non hos comederet, sed quæ cohibendi uim possident, utpote lentes prima ablata decoctione, ac mespila, biberetq; uinū austerū qđ stypticū est: aut econtrario nutriretur in iuuentute quidem lentibus, ac mespilis, uinoque austero, in senectute verò dicto Alexandrinorum uictu, atque ob id cum uictu unà in alui deiectionibus mutatio efficeretur, non rectum vtique ex deiectionibus ipsis iudicium faceremus, sed vbi quę ad uictum

3. de simp. med. 14.

l b. 2. c. 97.

& oĩa reliqua eadẽ seruata fuerint, & cũ ætatis mutatione in deiectionibus mutatio facta sit, nũc de his quæ hoc Aphorismo ab Hip. scribũtur, recte dijudicabimus. est igitur aphorismi snĩa (ut Gal. inquit in cõ.) ꝙ rõne ætatũ deiectiones uariantur iuxta in corpore dispositionũ diuariationẽ, ex quibus nũc quidẽ aluus fit humidior, nũc ãt siccior, siue nũc quidẽ magis fluida, nũc ãt magis styptica, quę ãt sint harũ causę (inquit ipse) si demõstrationibus indagare voluero, quæq; examinãda sunt, in mediũ afferre, ad integri libri magnitudinẽ sermo noster ꝑgredietur, sat ãt sit q̃ alibi tũ lib. de pot. nat. tũ ẽt lib. de symp. caus. fusius scripta sunt. vt ãt quippiã pro declaratione
1. de poté. nat. per lõgum processum. aphorismi dicamus, aduertẽdũ esse puto, ꝙ quatuor sũt virtutes, quę in vnoquoq; mẽbro reperiũtur, nẽpè attractiua, cõtẽtiua, digestiua, siue alteratrix, & expulsiua, quarũ vnaquæq; in sui operatione ab aliqua iuuatur qualitate, digestiua siquidẽ à caliditate & humiditate, cõtẽtiua à siccitate modũ nõ excedẽte, pariter et attractiua, et expulsiua, etenim ex eiusdẽ snĩa humiditas non
6. de symp. caus. ca. 3. ꝓhibet quominus ea, q̃ inter se iuncta sunt, alterẽtur, ꝓsertim si cũ humiditate calor cõueniat, neque vlla qualitatũ agẽtiũ res vicinas perinde alterare videtur, atq; calor: Hinc manifestũ est, ꝙ corpus vehemẽti tũ calore, tũ humore ꝑditum, q̃ celerrime alterabit, idẽ & cõcoquet simul ꝓpriũ alimẽtũ, sibiq; aßimilabit, durũ verò, sed ita durum

rũ, vt ſicuti nõ facile flectitur, ita tutò firmatur, id & trahere vehemẽter quodlibet, & impellere violẽter, & detinere fortiter poterit, neq;.n.labaſcit, cũ tẽditur, vt ea, q̃ sũt valde mollia, neq; vllũ ſubeſt piculũ, ne frangatur ĩmodice extẽtũ, deniq; q̇cquid ſemel cõplectẽdo app̄hẽdit, id retinere põt, cũ ſic agere haudquaquã poßint ea, q̃ vel ob ſiccitatẽ vix flectũtur, vel ob humorẽ nimis ſunt mollia: patet itaq; ex dictis, ꝙ ex quatuor virtutibus alteratrix ſola in ſui operatione humiditate iuuatur, aliæ verò ſiccitate moderata, quãdoquidẽ oĩs ĩmoderata diſcraſia ꝓpriæ uirtutis actũ deijcit: eãdẽ ẽt ſnĩam à Gal. deſumptã hẽt Auic. vbi ait, ꝙ retẽtiua indiget caliditate, & ſiccitate, ſed plus ſiccitate, q̃ caliditate, quoniã tẽpus, in quo dẽt quieſcere retẽtiua maius eſt tẽpore, in quo moueri dẽt villus, qui ſecũdũ latitudinẽ tẽdit ad cõſtringẽdũ: nã tẽpus motionis eius, in quo caliditas eſt neceſſaria, & eſt breue, & totum reliquum tempus eius operationis eſt ad tenendũ, & quieſcendũ, attractiua verò plus indiget caliditate, q̃ ſiccitate, quoniã caliditas ad iuuat ad attractionem in eo ꝙ maior pars ſuę operationis eſt mouere, & plus neceſſe eſt ei mouere partes ſui inſtrumẽti, quàm quietas facere, & cũ ſiccitate ſtringere, hęc.n. uirtus non tantum indiget motu multo, ſed plerũque etiam motu uehemẽti ĩdiget: expulſiua verò minus ĩdiget ſiccitate, quàm attractiua, & retentiua: non

prima primi doct. 6. cap. 3.

enim indiget constrictione retentiuæ, neque adhærentia, seu applicatione quæ fit in attractiua, & constrictione eius, & circundatione attracti tenendo partes instrumenti, donec ad illas alterius partis attractio perueniat, & ad vltimum nullo modo indiget expulsiua quiete, sed & ĩspissatione pauca, quæ ad exprimendũ, & ad expellendum tali adiuuet mensura, quatenus per ipsam remaneat instrumentum figurã expreßionis & constrictionis conseruans: hæc Auic. Hinc patet aduersus illos, qui sustinent humiditatem facere ad expellendum, nam cum ad expellendũ quidam motus requiratur, ideo quadam moderata indiget siccitate. bene verum est, ꝙ humiditas relaxando, ac debilitando contentiuam adiuuare expulsiuam uidetur, at illud per accidens: patet quinetiã ex locis adductis frigiditatem alicui facultati utilem non esse: Vnde Gal. dicebat: Sed rem omnem in paucos scopos attrahentes summatim perstringamus. Calor auctus ad omnẽ alterationem efficacißimus est, nisi ad tantam vehementiam increscat, vt eliquandi vim assequatur, nam tum primum redditur omnino inutilis, frigiditas nulli functioni vtilis est, siccitas ad robur & firmitudinem confert, nisi adeo fuerit aucta, vt corpora rigida, immobilia, ac friabilia, uel arida efficiat, humiditas ad nutricationẽ quidẽ mirifice facit, cæteris verò functioni-

6. de symp. caus. c. 3.

bus

bus omnibus aduersatur, ea excepta, qua corpus augumentum recipit; ex quibus clare apparet, quòd frigiditas nil aliud quàm appetitũ efficere videtur; patet quinetiã ex superius iã declaratis, q̃ qualitas nimis aucta actũ ꝓpriæ virtutis deijcit: unde siccitas aucta ad certum usq; gradum nonnullas auget operationes, quòd si nimium excedat, illas utique destruet. His ita declaratis cum quæritur à nobis causa cur hi quidem lubrici in iuuentute fiant styptici in senectute, dicendum est, quòd causa est, propterea q̃ in cursu ætatiuo causæ lubricitatis cõmutãtur, aluus quidẽ fit humidior (inquit Gal.) cum chylus parcius distribuitur, & hepar non totum attrahit; siccior verò, cum hepar totum eum attrahit chylum, parcius verò chyli fit distributio: aut quoniam plus aßumimus, quàm hepar indigeat, vel venter poßit conficere: vnde hi gulosi sunt ac macri, ex Aui. sententia, etenim cum hepar attraxit id, quo indiget, eius superfluum relinquitur, & tunc aluus redditur humidior, siquidem illud superfluum per aluum euacuari debet: aut parcius distribuitur, quoniam citius deijcitur, quàm hepar attrahat, vel propter colerę multitudinem ad aluum defluentis irritantis ad excretionem, vel quoniam ventriculi retentiua imbecillior facta est, eius verò & intestinorum expulsiua fortis, aut at- 3. can. 16.

tractiua

tractiua hepatis ob frigiditatẽ est imbecilla: quatuor igitur sunt causæ alui humidioris, vna quidem cum plus comedimus, quàm hepar poßit attrahere ob appetitum vehementem, qui ratione frigiditatis in ore ventriculi efficitur, vt testatur Galenus: altera autem, quoniam hepar imbecillè admodum attrahit, neque tantum, quanto ipsum indiget: tertia verò, propterea quòd multa coleræ copia ad intestina transmittitur, at postrema causa est contentiuæ stomaci imbecillitas cũ intestinorũ expulsiuæ fortitudine: Hæc Curtius, reprehẽdebatq; modernos ponẽtes ĩbecillitatẽ contentiuæ hepatis, ac expulsiuæ intestinorũ robur duas esse seiunctas causas, quas tamen ipse Curtius vnam duntaxat esse constituit: verum hoc Curtij placitum manifestam habet instãtiam, non enim videtur, quomodo virtus contentiua rõne humiditatis imbecillior fiat, vt statim Gal. declarat, eiusq; stomaci virtus expulsiua ob siccitatem validior: constat autem ꝙ Gal. non tãtum intestinorum, sed & stomaci virtutem expulsiuam fortem esse causam constituit: ideo fortè melius dicendum est, ꝙ illæ duæ causæ sint, atq; in vniuersum non quatuor sed quinque causæ cõstituẽtur. Proinde ex his causis aduertendũ est, ꝙ cũ caliditas aut humiditas aliquẽ in iuuentute pariunt effectũ, in senectute ex causæ mutatione effectus sit variatio; si vero in iuuentute à frigiditate

4. de acci. & mor. 7.

litate, & siccitate aliquis producitur effectus, qualitates illæ adeo intendi possunt, vt operatio nes destruant, atq; virtutes: quod si cuiuspiam virtu tis actionē in iuuētute prohiberent, in senectute adhuc magis erūt impedimēto, siquidē frigiditas & siccitas in senectute adaugentur: si igitur in iuuentute vēter sit lubricus ex appetitu qui ex oris ventriculi frigiditate prouenit, continget in senectute frigiditatē oris stomaci adeo augeri, vt appetitus deficiat, etenim in senectute ex Gale. sententia humor crudus gignitur, qui inappeten tiā facit, & tunc defectu cibi assumpti aluus red ditur siccior: si verò ob coleræ multitudinē in iuuentute aluus sit humidior, in senectute fit siccior, quoniā deficiente caliditate hepatis coleræ copia diminuitur: si āt in iuuentute sit humidior ex imbecillitate virtutis cōtentiuæ, in oībus mutatio nō fit, sed iuxta calidi adiuncti quātitatem, modo quidem mutatio efficitur, modo aūt nequaquam diuariatur in excretione aluus, vbi nanque aluus ipsa frigidiorem, humidioremque temperiem habuerit, licet minor fiat humiditas, quia tamen augetur frigiditas, ideo æque imbecillior erit contentiua, vbi verò cum humiditate fuerit caliditas exquisita, quoniam in senectute minor fit humiditas quæ contentiuam obtundit, licet caliditas minor efficiatur, quoniam mediocritatem excedebat, ob id in senectute validior

lib. de ple nit. propè finem.

contentiua

contentiua monstratur. Sed dicet forte quis, Galen. alibi intestina solam habere expulsiuam ait, ergò non contentiuam, vt hoc loco profitetur nec non Auerrois inquiens manifestiorem esse expulsiuam post contentiuam. Dicendum est contentiuam pro tolerantia improprie à Galeno desumi, calor enim humiditatem absumit, ex quo aluus magis tolerat virtutem expulsiuam: Vel dicatur, quòd Galen. alibi de contentiua stomaci duntaxat meminit, & de vtrorumque expulsiua, siquidem teste Galen. tunicarum natura vētriculo quidem & stomaco adsimilis est, dissimilis autem intestinis, internam nanque atque externam ventriculus habet, interna quidem membranosior cum uillis rectis superne deorsum tendentibus ad sese cibum trahit, altera vero externa carnosiore, cum transuersis uillis nocuum ac superfluum propellit: at intestina licet duas & ipsa habeāt tunicas, trāsuersos solum uillos obtinuerunt, hi enim soli ad propellendum idonei intestinis facti sunt, alia enim non indigebant facultate. Quòd si aluus in iuuētute ob attractiuæ hepatis imbecillitatem humida sit, in senectute adhuc imbecillior reddetur, atque hæc minime ad contrariam mutatur qualitatem, sed potius eadem persistens intensior efficitur. Quo circa manifestum est, ꝙ duæ causæ semper permutantur: una nunquā, & altera modo quidē sic, modo

4. de us. par. 17. & 15. eiusdē 11. contrarium

6. Aph. 1.

3. colli. 20

6. de lo. af. 2.

6 de tuen. ual.

4. de us. par. cap. 8.

autem

utem non permutatur: ſiccior quidẽ aluus in iuuentute ob caliditatem appetitum prohibentẽ mutantur in ſenectute, quoniã frigiditas loco caliditatis appetitum plus quàm conueniat hepati adaugebit: ſiccior autem in iuuentute ob uirtutem contentiuã ualidã ratione ſiccitatis, quæ in ſenectute augetur, mutabitur ob ſiccitatis excessum; ſiccior uerò aluus defectu coleræ cum iuuentus adeſt, modo quidem perſeuerare poteſt, modo ob immodicam hepatis frigiditatem, quæ chylum attrahere non valet, commutari poteſt, dum homo properat ad ſenectutem: at aluus ſiccior propter caliditatem hepatis ualide attrahentis: etenim ex Gal. ſententia caliditas hepatis fęces exiccat, humoresq́ue abſumit, in ſenectute deficiente calore ad lubricitatem permutatur: Poſtremo Galen. in ultima com. parte ſe excuſat, ſi hæc difficiliora uidebuntur his, qui prædictos non legerint libros, ad quos illos trãſmittit, ut perfectam de his omnibus ac candidã ſcientiam adiſpiſcantur. Dubitant expoſitores num lubricitas in iuuentute ob intenſum appetitum efficiatur, uidetur nanq; ꝙ ab aliјs cauſis lubricitas hæc prohiberi poßit, utpote forti alui contentiua, magna hepatis attractione, quominus uenter lubricus ſit, licet intenſus ſit appetitus. Reſpondent hi, ꝙ intenſior appetitus eſt cauſa lubricitatis, niſi alię oppoſitę cauſę cõtra operentur. 1. de criſi cap. 11.

operētur. Licet hoc ipsorū dictum secundum imaginationem esse poßit, ex parte tamen rei aliter esse uidetur: propterea dici posset, ꝙ vbi magnus sit appetitus, aluus lubrica erit, & licet virtus hepatis attractiua valida faciat ad stypticitatem, dico tamen, ꝙ ratione caliditatis ualida erit: diximus.n. attractiuam plus indigere caliditate, quàm siccitate, qua ratione generabitur colera, quæ & ipsa faciet ad ventris lubricitatem, vt illa ad siccitatem. Si dixeris, quòd contentiua fortis alui lubricitatem prohibere poterit: dicam ego, quòd vbi appetitus sit intensus ob stomaci frigiditatem, non videtur, quòd contentiua adeo fortis esse poßit, quin alui humiditatem prohibeat: dictum enim est, quòd licet contentiua magis indigeat siccitate, quàm caliditate, eget tamen & ipsa caliditate. Est adhuc dubium, num multitudo coleræ lubrici uentris sit causa, quoniam colera ab hepatis caliditate gignitur, eademque hepatis caliditas attractionem auget, qua uenter siccus efficitur, quod tamen contrarium esse ex superius iam à nobis enarratis demonstratum est. Respondendum est, quòd plus facit coleræ multitudo ad lubricandum, quàm attractio ad stypticandum, quandoquidem ex Galeni sententia multitudine coleræ chylus properat ad exeundum, neque præuenit hepar tantum

attra-

attrahere, quantum ipsi necessarium est: Sed quoniam difficile est videre, ac scire quidnã plus poßit an bilis multitudo, an verò hepatis attractio, ideo aliter dicendum censeo, quòd bilis multitudo ad intestina mitti potest etiam quòd non tam magna copia ex hepatis caliditate gignatur, sed ex meatus amplitudine mittatur, sicut euenit Paulo rethori toto corporis habitu pituitoso, qui quotidie bilem euomebat, ut testatur Galen. ubi enim meatus procedens ad intestina satis sit magnus etiam, quòd hepar tantam bilis copiam non generaret, notabilis tamen bilis quãtitas apta ad lubricandam aluum ad intestina transmitti posset. 2.de rat. uict.29.& 2.de tẽp.6

APHORISMVS XXI.

FAmem thorexis hoc est uini potio soluit.



APHORISMO decimo sexto dixerat Hippocrat. quòd vbi fames adest, laborandum non est, hoc autem Aphorismo docet, quomodo fames non naturalis sit extinguenda. Declarat autem Galen. in comment. quid per

thorexim Hippocra. intelligat, hoc enim vocabulo vini potionem nominare consueuit, vt libro de natura humana, & de victus ratione: antequàm enim illa quatuor venarum paria constituat, ait, Alij quidem morbi fiunt à victus genere, alij ab aere, quem attrahimus expiratione, id autem iudicatur, cum eodem tempore vna ægritudo plures prehendit, & iuniores & seniores, tam fœminas, quàm mares, thorescemenos, & aquæ potatores, quæ quidem vocabula transtulit Brentius Abstemios, illos verò temulentos: Et quoniam aquæ potatores ex aduerso distinguit thorescemenis, hinc constat, quòd per thorescemenos obaudit vini potatores, & ex consequenti ab eo vini potio thorexis dicitur. Per famem autem (inquit Galenus) non debemus intelligere famem naturalem, nec quemcunque defectum (vt nonnulli sunt opinati) sed famem caninam, quæ non soluitur, licet ea appetentes comedant: ob id quidam medicorum appetentiam caninam nominant. Vini itaque potio talem sanat famem, hoc est caninam, non autem eam, quæ ex longa fit inedia, vel alui, sanguinisvè profluuio, aut aliqua alia euacuatione, in talibus nanque bonum non est vinum bibere, priusquã cibos assumant, quoniam in his vinum imbibitum in partes neruosas conuulsionem faciet, item ad caput delatum

delirium efficere poterit. Est autem animaduertendum de hac appetentia canina egisse Galen. vbi ait, quòd canina appetentia dupliciter fit, vel cum ob acidi humoris vitium ventriculus mordicus infestatur, vel vbi totum corpus immodice dißipatum aßidua indiget nutricatione: Vnde Galen. dicebat, quòd hæc affectio mulieribus potißimum euenit, siquidem aut canum more, aut nihil omnino, aut malos cibos cupiunt, & tunc ijs appetentię instrumentum læsum esse certum est, quod quidem ventriculi os est. De prima quidem appetentia hoc loco agit Hippocra. non autem de secunda: primam nanque fieri ait Galen. quoniam humoris vitium frigidi rosionem inducit, quæ proportione suctioni respondet, appetentiaque excitat perinde ac naturalis actio, qua natiuus appetitus in uentre excitari solet; subditque quòd ob refrigerationem magis affertur cibi, quàm potionis desiderium, quòd si ventriculus mordicationem perciperet humoris salsi, biliosivè vitio, desiderium potius potionis, quàm cibi excitaretur, ventriculus nanque calefieret, exiccareturque: quod quidem hoc etiam loco inquit Gal. nempè caninam appetentiã fieri cõsueuisse, ob accidos humores, quos ventriculi os exsorbuit, aut ob solam frigidiorem intemperiem. Et licet Aui. plures alias huiusce canini appetitus causas statuat, vtpote ca-

4. de acci. & mor. 7.

5. de lo. af. cap. 6.

13. 3. trac. 2. c. 12.

 tharrum,

tharrum, vermes, & huiusmodi, attamen si recte eas fuerimus contemplati, ad duas Galeni facillime reducemus. Inquit igitur Galenus, quòd fames hæc canina non multitudine cibi soluitur, sed vini potione, séque multos hac ratione famescentes abundanti vini potione subsanasse: sunt autem his vina porrigenda, quæ sufficienter calefaciunt, neque enim acerba huiusmodi famem sanant, quoniam neque etiam calefaciunt, qua quidē calefactione vel maxime indigemus: at rubea vina, siue subrubea absque sapore acri maximam appetitu canino laborantibus præseferunt vtilitatem: tradit postmodum Galenus modum exhibendi huiusmodi vinum, primo nanque pinguia edulia sunt assumenda, & ut ita dixerim oleaginea, & quæcunque multo oleo parantur, nihil autem austerum, aut acre offeratur, postea dandum vnum aliquid ex dictis vinis pro potu etiam quòd non sitiant, tunc enim confestim fames sedatur, quæ quidem administratione longo tempore adhibita omnino talem famem eripuit, quam etiam sententiam
22.3.trac. sequutus est Auicen. vbi vinum ieiunis nocere
2.cap. 5. ait, siquidem vt & Galenus, neruis mirum in
2.catic.34 modum nocet, quod & Auerr. corroborat. In postrema deinde commen. parte Galen. eorum reprobat sententiam, qui per famem, uehementem esuritionem, quam Græci Bulimon uocant,

eant, intelligunt: hi enim non recte Hippo. sermonem accipiunt, primo quidem quoniam sermonem vniuersalem ac generalem Hippo. particularem faciunt, ac specialem: secundo male dicunt, quoniam paßio Bulimos nominata, non est fames, sed casus potentię ex exteriori frigiditate, qui à fame quidem initium sumpsit, sed non amplius eam habet adiunctam, vt quis iter faciens per loca frigida iuxta ventriculum adeo vehementer infrigidetur, ut ea frigiditas appetẽtiam faciat, quæ postmodum praua adaucta temperie auferatur, tunc membra indigentia attrahent, sed ventriculus ob nimiam frigiditatem illam non percipiet attractionem, talis vtique affectio, quæ ad intensam consequitur famem, bulimos dicitur, Auicenn. verò famem vaccinam nuncupat, de qua etiam agit idem, ubi inquit, quòd membrorum fames est cum stomaci satietate: Verum aduersus hæc Galeni placita non solum Auicenn. aduersatur, verum & sibi met Auicenn. contrarius videtur, etenim agens de cura canini appetitus, inquit, quòd affectio illa curatur cum vino, in quo non sit ponticitas, nec acetositas omnino, ipsum enim sanat ab ea sumptum in potu calefactum in ieiuno, quod tamen secus hoc loco uoluit Galen. & idem Auicenn. exhibet namque Galen. vinum post cibos pingues, neque actu

13.3.trac. 2.cap. 15. & 14.

calidum, ut censet Auicen. Respondet Gentilis, quòd si vinum exhibeatur ad calefaciendum, ante cibos tradi debet, & hoc voluit Auic. cum dixit, quòd in ieiuno uinum detur, si uerò exhibeatur ad excitandam abominationem, tunc dabimus post pingues cibos, ut hoc loco voluit Galen. sed contra hoc est expresse Galen. in comment. qui asserit vina rubea, & subrubea non acria exhiberi, quoniam sufficienter calefaciunt, non autem acerba, quoniam non calefaciunt: ergò illud exhibet ad calefaciendum. Responderem igitur ego, quòd Galen. vinum concedit calefaciendi gratia, sed aduertendum est, quòd si loquamur de vino exhibendo in prandio, id vtique exhibendum est: vt inquit Galen. sed non propter hoc negat, quòd in ieiuno exhiberi non poßit, siquidem ait, quòd in patientibus famem ex inedia, uel aliqua euacuatione ante alios cibos uinum in ieiunio noceret assumere, ideo præsupponit, quòd in fame canina in ieiunio uinum dari poßit: an calidum actu exhiberi debeat, crediderim ego Auicenn. literam esse corruptam, quòd cum ait actu calidum, dicere uelit uinum calefactiuum, hoc est uirtutem habens calefaciendi, actu enim calidum uapores ad caput ascendere facit. Dices
7.4.trac.4 cap.6. denuo Auicenn. uinum ieiuno stomaco ad extenuationem porrigit, non igitur in appetitu
duntaxat

duntaxat canino ad calefaciendum uentriculum. Dico quòd eo casu exhibet, ut & naturalem appetentiam dissoluat, qua homines crassiores ualde redduntur, quæ quidem appetentia quodammodo præter naturam est atque canina, si ad id, quod ex ea consequitur, respiciamus.

APHORISMVS XXII.

QVicunque morbi ex repletione fiũt, curat euacuatio: & quicunque ex euacuatione, repletio, & aliorum contrarietas.



QVONIAM superius dixerat Hippocrates famem ex frigiditate pendentem uinum natura calidum atque contrarium dissoluere, hoc Aphorismo duo alia particularia exẽpla in ipsis morbis siue affectibus proponens, quibus contraria adhibentur remedia, uniuersalem ex eis infert sententiam, quam quidem confirmat Galen. non tantum in ipsis morbis, 11.met.12

nerum & causis ac symptomatibus nempè quòd contraria contrarijs curantur. Galen. in prima suæ explanationis parte declarat Aphorismi sententiam, quòd Hippocra. notanter dixit, Quicunque morbi ex repletione fiunt non autem facti sunt, nam si quid factum est ex repletione, ea non amplius existente, non illud curat euacuatio, sed cum id fit, euacuatione curatur. Proinde antea dictum est, quòd multitudo morbum procreat, quòd autem euacuatio eius morbi curatio sit, quem multitudo efficit, non multa indiget declaratione: satis enim constat de omnibus causis, quæ morbos procreant, quòd per contraria curentur, nec aliud excogitari potest, de morbis autem iam factis considerabitur, quomodo per contraria curentur, pariter & de casibus, siue symptomatibus, qui ex necessitate ad eos consequuntur, nunc autem à nobis (inquit) Galen. sermo habetur de his morbis, qui adhuc fiunt, de quibus quidem manifestum est, quòd una cum causis eos facientibus remouentur, quæ sanè causæ ex suis contrarijs destruuntur: Vnde si ægritudo fiat ex refrigeratione curatio erit per calefactionem, pariter si ex calefactione sit morbus, refrigerantia pro curatione adhibenda erunt: simili modo si ægritudo sit ex repletione, repletionem illam euacuare oportet,
&

& si fiat ex euacuatione confestim corpus reficiendum est, vt tandem semper causa morbi contrarijs adhibitis remedijs ammouentur. Est autem animaduertendum, quòd Galen. inquit, quòd in ipsa curatione febris duæ se exhibent indicationes, altera quidem à febri sumpta, altera verò ab ipsa putredine: à febri rursus duæ indicationes oriuntur, altera, vt febris portio, quæ iam accensa est, percuretur, tollaturque, altera verò, vt quæ in generatione est, inhibeatur: à putredine rursus duæ, altera quidem vt putredinis quod iam factum est, sanetur: altera autem, vt quod adhuc in generatione est, sistatur: insuper causa febris non eisdem remouetur, quibus & febris, sed plerunque adinuicem sunt opposita, & contrarijs egent remedijs, quod enim febris accensum est, indiget refrigeratione, sicut si causa sit frigida & materia frigida apertione, excalefactioneque, aitque Gal. quòd in auxiliorum inueniendorum ordine vltima est indicatio, quæ à febre desumitur: pariter in alijs dicendum est, si enim à plenitudine fiat scißio venarum vel uasorum, remota plenitudine, scißio non remouetur, quæ facta est, sed futura prohibetur, quæq; erat in fieri, quod autem factum est alia contraria quãdo-

11. meth. cap. 10.

que

que ratione curatur: quòd autem à plenitudine fiant ægritudines, sępe dictum est, loquendo etiam de plenitudine quo ad virtutem, ea nanq; grauata humores corrumpuntur: item virtus grauata humores expellit ad loca imbecilliora, atque hinc apostemata conficiuntur: à plenitudine aūt quo ad vasa dictum est à nobis, ꝙ periculum est, ne venarum scißio fiat, vt & Gal. cōfirmat; item imminet periculum, ne uirtus suffocetur. Subdit autem in com. ꝙ plerique iudicarunt nunquā morbum ab euacuatione fieri, atque hi sunt, qui solam febrem morbum esse autumant, quam quidem cum immediate ab euacuatione fieri non viderint, concludunt ab euacuatione minime morbum fieri: Verum aduersus hos insurgit Gal. ꝙ si hi cognouissent quamlibet dispositionem morbum esse, siue ea sit in complexione, siue in compositione, vt pote quo ad quantitatem, figuram, superficiem, cauitatem, situm, & numerum siue in soluta vnione, quodque ab excedenti temperie operationes læduntur, non dubitarent, nunquid fortes euacuationes morbos pariant, à quibus sæpe malæ intemperies originem trahunt: Vnde si sanguis vltra modum fluat aut ex vtero, aut ex hęmorroidibus, aut ex vlcere tales plurimas lęsas habent operationes: item multi præter dicta aqua inter

1. apho. 3 & libello de euexia. 4. de rat. uict. 23.

cutem

cutem corripiuntur: item longę inediæ naturis calidis & siccis pręter alia mala febrem primo quidem ephemeram, mox putridam, aut hęcticam inducunt, vt testatur Gal. non igitur eorum sententia recta est, quam quidem infinitis ferè locis recensens Gal. confutat. Reprobat postremò Gal. quosdam qui dicebant Hippocrat. non recte dicere [curat] sed quòd debet dicere [pręseruat] quoniam causis debetur præseruatio, non autem curatio: Verum hi de nomine litigant, ex nominum autem exquisita impositione ęgro salus non paratur, sed ex appositis recte remedijs, neque recte de nomine litigant, quoniam vbi non amplius causa morbum procreat, sed iam factus est, si remoueatur morbus illa sincere curatio dicitur: si verò dispositio in corpore nundum facit morbum, sed apta est facere, remouere futuri morbi causam ad artis partem spectat, quę prophylaticè, idest præseruatiua dicitur: cum verò dispositio iam morbum procreare cœpit, tunc opus mixtum est ex curatione, præseruationeq́;, & tunc duabus egemus indicationibus, ut supra declaratum est: cum igitur hæc mixta sit proprio caret nomine, ideo huiusmodi pręseruari nonnunquam dicimus, ne incipientes morbi augeãtur, nonnunquam verò curari: Vnde medicinę adhibitæ morso à cane rabido modo curantes dicẽtur rabiem, modo à futura

8. metho. med. cap. 8

11. meth. 10. 9 eiusdem 15. & lib. de const. art. cap. 12 & 4 de ac ci. & mor. cap. 6.

tura

tura rabie præseruantes, vt recte nos docebat Galen. libro meth. ac plerisque in locis diffusius.

APHORISMVS XXIII.

Cuti morbi in quatuordecim diebus iudicantur.

2. de dieb. crit. c. 11.

*VM ex Galeni sententia tres sint morborum species, querũ vna est earum, quæ per dies terminantur, diiudicanturq́; secunda earum, quæ per menses: ac postrema quæ per annos ipsos, Hippocrates hoc aphorismo de morbis acutis loquitur, quæ per dies terminationem habẽt, eorumq́ue terminum constituit diem quartumdecimum, quem non præterit iudicatio: Imprimis autem nos admonet Gal. ꝙ morbi acuti citò terminantur, quoniam magni sunt, atque celerrime ad suum vigorem properant: & ob id paruo tẽporis spatio magnas conficiunt permutationes, quæ diiudicationes, seu crises ab Hippocrate nominantur, cum vniuersim, vel agminatim, seu repente simul in morbo fiunt, atque hæ quatuor modis fieri possunt, vel enim subita fit ad integram sanitatem mutatio, vel ad mortem, ita*

De hoc aphoris. 3. pg. 27. & 2. de dieb. crit. penultimo ac ultimo.

1. Epid. sect. 3. contex. 16.

vt æger moriatur, vel ad salutem non integram, vel ad peius, non tamen vt subitò pereat, quemadmodum in priori subsequenti, vt non confestim sanetur: addebat autem alibi duos alios mutationis modos, nempè cum æger vel paulatim mutatur ad salutem, vel paulatim ad mortem, quæ sanè duæ mutationes perperam à nonnullis crises nominantur, siquidem hoc loco Galen. quatuor duntaxat priores crises nominat, reliquas verò non nisi per accidens. Proinde in hisce morbis acutis manifestum est ob morborum magnitudinem, & accidentium vehementiam necesse esse vel vires citò prosterni, vt homo moriatur, vel easdem vires aggredi humores noxios, eosque vel superare, vel superari: qua de re fieri non potest, vt in acutis crisis in longum tempus protrahatur. Horum igitur terminum Hippocrat. constituit spatium duarum septimanarum, vltra quod nullus acutus protendatur, sed ante decimamquartam diem complures homines crisim habere possunt, vtpote in 11. 9. 7. & 5. in quibus quidem sæpe Hippocr. in Epidemijs scripsit multos fuisse dijudicatos: addit autem Gal. ꝙ & sextus nõnunquã quosdam dijudicat, se tamen libro de dieb. crit. ostendisse subiũgit in sexto bonum non fieri iudicium: ꝙ quidem Hip. exemplo Larissæ virginis confirmat, quę sexto die per nares dijudi-

3. de cris. primo.

3. d crис. 7.

2. & 1. d cri si. 4. & 5. c.

3. Epide. sect. 3. con tex. 83.

dijudicata fuit, ac febre liberata, quæ amplius non redijt: & Gal. in com. subiungit, rarò contingit, & Hippo. causam aßignauit, cur non redijt febris, cum dixit, dum febricitaret, & iam iudicatæ menses primum promouerunt, quasi dicat Hippo. nisi menstruæ purgationes superuenissent iudicium firmum esse non poterat: Cæterum contingit aliquando, quòd crises imperfectę in 14. vel ante 14. efficiantur, & tales morbi vltra decimumquartum diem extẽdi possunt, & in quopiam creticorum post decimumquartũ perfecta eorum solutio reperietur, quales sunt hi, quos in prognosticis docet Hippoc. atque in sequenti aphorismo: horum autem terminus morborum, qui crisim imperfectam habent, quẽ planè terminum sui natura pertransire nõ licet, nisi ob aliquem errorẽ, est quadragesimus dies, infra quem sunt & trigesimusquartus, & vigesimusseptimus. Hippo. itaque in aphorismo morbos acutos absolute nominat, atque simpliciter, qui intra decimumquartum integre iudicantur: veruntamen est quòd ex his sunt peracuti, qui non solum intra decimumquartum, sed & intra septimum perfectam crisim faciunt, de quibus alibi verba facit Hippo. qui verò imperfectam crisim efficiunt, & terminum diem quadragesimum habent, hos ipse non solet simpliciter acutos nominare, sed cõposita appellatione acutos,

1. aphor. part. 7.

qui

ui in quadraginta diebus iudicantur, & à qui-
uſdam acuti ex decidentia dicuntur, ſiue ex re
idiuatione, qua ſanè appellatione hi clarius eo
um naturam oſtendere videntur, quàm ſi alio
eclaraſſent nomine: Et ob id Gal. dicebat, ꝙ
idit nonnunquam infirmos ad quadrageſimum 2. de dieb. crit. 12.
ſque cum febre continua, hoc eſt ſine eradica-
ione certa: Ab aliis huiuſmodi ægritudines
ropicæ dicuntur, & conuerſiuę, quo quidem no
mine appellat Gal. quem quidem hoc loco addu 1. prog. 28
cit inquiens, eo in loco Hippo. meminiſſe de hi-
ſce acutis ex decidentia, vel qui in quadraginta
diebus iudicantur: ipſius autē verba hæc ſunt:
Spirationis facilitatem exiſtimari oportet per "
quàm magnam vim habere ad ſalutem in morbo "
acuto, qui cum febre infeſtet, & quadrageſimo "
die iudicetur: & Gal. in com. ſubdit, ꝙ triplex
eſt genus morborum, primum quidem acutorũ
ſimpliciter, quorum terminus eſt decimuſquar-
tus dies, alterum diuturnorum, qui quadrage
ſimum diem pertranſeunt: & tertium, quod eſt
ambiguum, & in prędictorum confinio poſitum,
cuius terminus eſt quadrageſimus: Dies igitur
critici intra decimumquartum omnes ſunt, in
quibus principalis ægritudo criſim facit, qui ve
rò ſunt ſupra vigeſimum ſunt hi, in quibus cri-
ſes recidiuorum fiunt, quæ in criſi imperfecta
principalis ægritudinis relicta fuerant, atque
dies

dies hic vigesims & recidiuæ, & crisis integræ esse potest, vt paulòpost declarabitur. Sententia igitur Hippo. est ex Galeno in com. quòd loquatur de acutis simpliciter, qui intra diem decimumquartum iudicantur: Reprobat autem ipse Gal. quorundam expositionem dicentium Hippo. intelligere per dies, quatuordecim dies
2. de dieb. crit. 12. criticos, ita quòd terminus acutorum sit dies decimusquartus creticus, atque non immeritò, nã tunc eodẽmodo dicendum foret, ꝙ acuti ex decidentia terminum suum diem 40. creticum obti-
1. prog. 28 nent, cum Hippocr. alibi & hoc loco eodem loquendi modo vtatur, siquidem hoc loco, ait, acutos in diebus quatuordecim dijudicari, & primo prognosticorum hæc verba profert. Quicunque acuti cum febribus in 40. diebus iudicantur: istorum autem erroris causam aßignat Gal. quoniam modum inuenire nesciebant, quo declararetur, & hunc sermonem, atq; illum primi prog. concordes esse, cum ibi dicat in 40. diebus, præsenti verò aphorismo in quatuordecim diebus morbos acutos iudicari: Verum quoniam dicere possent hi duos hosce locos concordari posse, nempè ꝙ hic voluerit dies creticos quatuordecim esse, qui quidem sunt ad quadragesimum vsque, & ob id ibi intelligat creticos, & non creticos extendi ad quadragesimũ usq;, hoc uero loco creticos tantum quatuordecim reperiri, hãc

quidem

quidem solutionem dubij, siue concilium repro bat Gal. inquiẽs, ꝙ si volumus solos enumerare Iudicatorios absque intercidentibus pauciores sunt, q̃ quatuordecim: nouem. n. sunt videlicet 4.7.11.14.17.20.27.34.& 40. ꝙ si etiã addã tur 24.31.& 37. adhuc pauciores, q̃ 4. erunt, nempè duodecim: at si vnà cum dictis intercidẽ tes quoq; enumerare volueris, vtpote 3.5.6.9. 2 de dieb. crit. c. 6.
11.& huiusmodi, cũ prædicti duodecim sint, cla rũ est, ꝙ plures erũt, q̃ 14. Deinde reprobat Ga len. eandẽ expositionẽ ratione ab experiẽtia desumpta, quę verã sententiam corroborat, nullus nanq; morbus vnq̃ repertus est, qui à principio moueri cęperit, qui terminũ dierum quatuordecim præterierit. Dices, nõne aliquãdo acuti mor bi & ad 17. & ad 20. perueniunt? atque hoc est experientia cõpertum, qui etiam morbi ex decidentia non sunt. Respondet Gal. ꝙ nõ est, vt qui 2. de dieb.
dam putant Hipp. pronuntiare id quod vt pluri crit. ult.
mum euenit, sed quid maius velle, atq; hoc est, multos morbos paruos incipere, atq; primis qui dẽ diebus, ac demũ in quarto, aut quinto acutos fieri, & hi suũ terminũ diẽ decimumseptimũ ha bent, nõnullos vero ad 6 & 7. in paruitate persi stere, deinde vero acui incipere, qui ad 20. ter minũ obtinẽt. Palàm igitur est quonã pactò acu ti diẽ decimumquartũ non pertrãseunt, & quonã pactò ptrãsire possunt, si primis quidẽ diebus

parui exiſtãt, atq; molles, mox acuti incipiant, ſicut ſunt & morbi illi inæquales, qui aliquibus quidem diebus vehementiores ſunt, mox molliores euadunt.

APHORISMVS XXIIII.

SEptenorũ quartus eſt index, alterius ſeptimanæ octauus principium, eſt autẽ & undecimus cõtemplabilis, ipſe enim quartus eſt alterius ſeptimanæ: Rurſus vero & 17. contemplabiles, ipſe ſiquidem quartus eſt à 14. Septimus verò ab vndecimo.



QVONIAM Hipp. præcedenti aphoriſmo dixit, & acuti 14. diebus iudicantur, voluit præſenti aphoriſmo dies creticos enumerare: Eſt autẽ aduertendum, ꝙ cum dies hi triplices ſint; quidam enim dicuntur radicales, in quos deſinunt ſeptimanæ, quidam autem contemplabiles, & iudicatorij, & ſunt quarti ſeptimanas diuidentes, nonnulli verò intercidentes, qui non ratione motus Lunæ, ſed ratione materiæ ſtimulantis dijudicant, hoc loco Hippo- me ni-

meminit duntaxat indicantium vsque ad 17. ex quibus radicales intelliguntur vsque ad 20. nulla facta de intercedentibus mentione: at alibi Hippo. vbi de diebus criticis verba facit, de radicalibus innuit, atque indicatiuis ad sexagesimum vsque diem, etenim ait, ꝙ à primo die numerandum est, considerandumque singulis additis quadernarijs, nec latebit, quò natura vertetur: Et quoniam dixerat, ꝙ post 20. primus periodus est trigesimusquartus, Gal. in com. ait, ꝙ hoc non dicit, quoniam nullus sit dies decretorius inter vigesimum, & trigesimumquartũ, sed quia tres enumerauit septenarios ad 20. vsque, qui eadem ratione compositi non sunt, cum secũdus incipiens ab octauo, & primus desinẽs in septimum seiuncti sint: tertius verò sit copulatus secundo desinente in 14. à quo tertius incipit, et in vigesimum desinit: Hac igitur ratione post 20. meminit de 34. vt innueret, ꝙ ad eum sit copulatio duorum septenariorum, vt tandem tres alij septenarij in quadragesimum desinant: post quem dixit sexagesimum esse, ad quem tres alij septenarij desinunt, ita & de octuagesimo: In primo verò Epid. omnes enumerat, atque intercidentes & pares, & impares, primus quidem paris circuitus decretorius est 4. 6. 8. 10. 14. 20. 24. 30. 40. 44. 60. 80. 100. circuitus autẽ non paris primus est. 3. 5. 7. 9. 11. 17. 21. 27. 31.

3. progn. à 2. ad 11. contex.

sect. 3. contex. 14.

2. de dieb. crit. 27.31.& Gal. hanc explanans Hip. sententiā, atq; alteram præallegatam, nec nō præsentis aphorismi, inquirit, cur est, q̄ in aphorismis, & progn. non meminit nisi de radicalibus, atq; indicatorijs, in Epid. verò de omnibus simul, & huic satisfaciens dubio respondet libros Epid. prius ab eo fuisse conscriptos, quàm illos progn. atque aphorismorum, vt rerū prius obseruatorum memoriam suggereret, atque ob id dies omnes ibi enumerauit, recordationi siquidem ac memoriæ præparatio hæc conuenit, in progn. aūt, & præsenti hoc libro de his tantum meminit, qui maximam virtutē habent, & ratione suæ naturæ perfecti sunt. at in 4. apho. part. meminit de intercidentibus inquiens: sudores febricitanti si incęperint bonum & tertio die, & 5. & 9.11. & 14. & 17. & 20. & 27. & 34. hi enim sudores morbos iudicant, qui verò non ita fiunt, laborē significant, & morbi longitudinem & recidiuam: De quarto autem nil dixisse videtur, quod nō rectè fecisse videtur, cum magnæ sit potentię: Respōdet Gal. q̄ Hip. quartum pręterijt, quoniā peracuti morbi plurimi, qui cum sudore iudicantur magis 3. & 5. die iudicari solent, q̄ 4. rariores .n. quarto iudicātur die, quod ipse ait ab eo plurimum per experientiam fuisse cōprobatū, cū id quæreret, quoniā quartus fuerat ab ipso Hip. in aphorismo prędicto prętermissus, siquidē peracuti

euti primam acceßionem ſtatim uehementißimã habent, & reliquas illi proportionales per diem tertium; & iã docuit experiẽtia, ꝙ iudicationes fiunt in vehementioribus acceßionibus: Ex his igitur patet Gal. ibi voluiſſe creticos enumerare, in quibus intra 40. per ſudorem fit iudicatio, cuius quidẽ non meminit, quoniam hunc exiſtimauit morborum lõgorum principiũ, qui nõ admodũ per ſudorẽ indicantur. Eſt itaq; Hipp. intentio hoc aphoriſmo declarare, ꝙ cum ad uigeſimũ vſq; ſex ſint dies decretorij, tres quidẽ qua ternarij ſeptimanas diuidẽtes utplurimum ſunt indicatorij: tres verò radicales, in quibus vt plurimum criſes efficiuntur. Eos aũt indices & cõtẽplabiles nominat Hipp. ex Gal. ſententia in com. in quibus ſi gnũ aliquod iudicationis futuræ, in aliquo altero dierum creticorũ apparet, vt ſi in quarto ſignũ quippiã appareat, indicat ꝙ in 7. criſis aderit: in prognoſticis ãt dũ unãquamq; diuidit ſeptimanã in duas partes ſatis ſuperq́, oſtẽdidit qui nã hi ſint, q̃ uerè indices notari mereãtur, primus nãq; quaternarius eſt dies quartus, qui ſeptenarij index eſt & 11. decimiquarti, ad quẽ ꝑtingit ſecũda ſeptimana: atq; eadẽ ratione 17. index eſt uigeſimi, ſiquidẽ diuiſa tertia ſeptimana in duas 17. eſt quartus tertiæ ſeptimanæ q̃ à ſecũda diſtinguitur ſeptimana ꝓpterea ꝙ tertia copulatur cũ ſecũda, cuius finis eſt 14 q̃ ter-

tiç principiũ est, nõ aũt decimusquintus, vt nõnulli putarunt, ponẽtes quoq; vigesimumprimũ finem esse tertiæ, cuius tamen finem Hip. vigesimũ esse constituit: secunda verò septimana seiuncta est à prima, cũ dies septimus sit finis primæ: octauus verò principium secundæ: Et ob id Hippo. in contex. ait [Alterius septimanæ octauus principium] vt innueret, ꝙ secunda septimana à prima seiuncta est, cuius oppositum est in tertia septimana, vti dictum est: subdit aũt Gal. in com. ꝙ hoc loco causam aßignare non intendit, cur secunda à prima seiuncta sit, tertia verò
3. de dieb. crit. 9. & 2. eiusdem 3 secundæ copuletur, propterea ꝙ de hoc alibi dictum est, nunc autem satis sit absq; causa cognoscere, ꝙ hoc experientia comprobatum est, adducitq; Hipp. in Epidemijs scribentem cõplures iuxta talem ordinem dijudicatos fuisse, quo primæ tres septimanæ ad 20. aliæ tres ad quadragesimum, & aliæ tres ad sexagesimum, & aliæ tres ad octuagesimum se haberent, quemadmodũ ibi
1. de dieb. crit. cap. 4. declaratum est: Est autem aduertẽdum, ꝙ Gal. inter dies creticos septimũ præcipue laudat, cui sextum ex aduerso collocat: is. n. septimus nõ numero, sed potentia & dignitate primus est, & in eo vt plurimũ inditia oĩa sunt optima, atq; in eo perfecta fit iudicatio: in sexto autem omnia contra se habent: vnde septimus est uti Rex iustus, sextus verò vti Tyrãnus: Cur autem sextus vt-
pluri-

plurimum malus sit, declarat Gal. nam cũ nõ sit dies impar, crisim nõ efficit, neq; ratione motus Lunæ, neq; ratione acceßionum cõiter euenientium diebus imparibus: igitur ratione malitiæ materiæ diebus ẽt paribus acceßiones efficientis: succumbit aũt virtus in crisi sextæ, quoniã ex Gal. sententia vehementia acceßionis frequẽter virtutem ad certamen prouocat, quare alterum è duobus sustinet, vel in certamine cõcidit, atq; extinguitur, priusquam ea, quæ ostendunt, excreuerit, vel plurimum ex eis propulsat, reliquum verò non poteſt, verum deuicta, & defaticata cadit, & iacet, ꝙ si postmodũm recreari poterit, materiam deuincet: si verò reliquię maiores sint robore, atq; virtute, uirtutem tandẽ deficere, ac ægrũ mori necesse est. Verum quoniã insurgunt nonnulli, qui in dubium uertunt an dẽtur dies hi cretici, causamq́, ipsorũ destruere conantur, propterea imprimis Gal. sententiam constituemus, mox quæ aduersus ipsum difficultatem efficere videntur. Gal. imprimis nonnullos improbat, qui dies creticos negabãt, quoniã uidebãt antiquiores inter sese discordes extitiße, cum alij plures, alij pauciores esse fateantur: item alij hos, atque alij illos magis esse creticos existiment, & omnes nõ eosdem, sed ut unicuiq; sua erat opinio: at dicit ipse nec Pyronis sectatores id dixerũt, ꝙ.s. qui dißidẽt, vera dicere nõ

3. de dieb. crit. 8.

1. de dieb. crit. cap. 3

possunt, sed inquisitionis difficultas est, tū quia haud facile inuenire licet ægritudinis initium, cum sæpe nos lateat: tum quia sæpe vno die crisis incipit, quæ alio die perficitur: est aũt dubiũ quisnam istorum dierum criticus dicendus sit, tũ etiam quoniam non quilibet dies creticus dicendus est, in quo semel iudicatio efficitur, sed opus est, vt multotiens id contingat cũ conditionibus quæ ad dijudicationẽ requiruntur, utpote, ꝙ die iudicatoria iudicata sit: itẽ ꝙ fiat per manifestã expulsionẽ, adhæc ꝙ perfecta sit, bona, atq; secura: in quibus. n. dicta omnia, vel saltim plurima, & potiora reperiuntur, de illis haud dubitãdum est, hoc etenim summa foret demẽtia, in quibus verò vel nullũ dictorum, vel omnino pauca, & leuia affuerint, illi nõ sunt inter iudicatorios enumerandi, sed reijciendi: at in quibus nõnulla adsunt, quædã verò non adsunt, & inter hæc parua admodũ est differentia, tales vtiq; dubitationẽ pariunt, nũ sint indicatorij: ꝙ si (inquit Gal.) in aliquo die crisis multotiens efficiatur: ita ut in eo multæ ægritudines soluãtur, atq; in die indicatoria signum futuræ crisis extiterit, manifestaque sit, hoc est per manifestã expulsionẽ, & completa, cum tota materia expellitur, ac certa, idest sine recidiuatione, & postremò tuta hoc est absq; maximis accidentibus ad salutẽ, nemo est, qui neget talem vtiq; diẽ creticũ esse, ut est, 7.

11.14. & alij huiusce generis: Et in hoc Medici omnes conueniunt, verum dissentiunt in his, in quibus quædã ex prædictis reperiuntur, quędã verò non, cum in his contingat ambiguitas: atque hoc ipsum (dicit Gal.) antiquorũ diligentiã ostendit, qui illi primo non credentes, qui de diebus creticis conscripsit, eos experientia cõprobare voluerunt, & in quibus notas omnes inuenerunt, vniuersi concordes extitere, in quibus uerò ambiguas, non sine ratione discordes: hinc etiam clare ostenditur, quòd dies cretici quãdã eximiam naturam eis propriam obtinent, quam alij dies non habent, facileque argui potest, ꝙ tales dies cretici dentur, cum omnes concordes eos esse creticos concedant, in quibus manifestè sunt omnes notæ, in reliquis verò dissideãt. Proinde quod quidã dicũt dies creticos nõ sciri, quoniã ægritudinis prĩcipiũ ignoratur, nihil est, Gal. .n. ait, ꝙ morborũ principia nõ inueniẽda sunt ratione, sed ipsa actione, cũ primũ eger ipse manifesto sentit morbũ sic eum inuadẽrẽ, ut præsentem quempiam medicum de hoc consulere exoptarit: Si autem dicatur, quòd nonnunquam crisis incipit in una die, vt in sexto vel septimo, quę vel per duos, tresvè dies perduret, ita vt ad finem vsque septimę seu octauę proficiatur, & tunc non videtur, quòd scire possimus, quę nam erit ex illis cretica: respondet Galenus, 2. de dieb. crit. 2.
quòd

quòd imprimis attendere opus eſt, ne contingat error, ac poſtea in quo exacerbatio efficiatur, expulſio, & ad ſalutem mutatio, nam ſi hæc omnia in vno erunt, dies proculdubiò ille criſis aderit, quòd ſi quædam in vno die fuerint, quædam verò non contemplandum eſt an indicatio præceſſerit in die indicatoria: & ſi præceſſit, vt exempli gratia in quarta dies criſis ſeptimã erit, ſi verò non fuerit indicatio, conſiderare oportet ægritudinis naturam num fuerint exacerbationes in imparibus, an verò in paribus diebus: ſi primum erit, ſeptimæ attribuetur, ſi verò ſecundum, ſextæ, & octauę: item ſi fiat criſis cũ omnibus bonis conditionibus vtpote completa, certa & ſalua, ſeptima dies erit, quoniam hoc eſt de natura ſeptimæ: item videndum eſt quòd dies illa critica cenſenda eſt, in qua ſint plura prædictorũ, ſcilicet exacerbatio, expulſio, & ſalus. Cæterum quòd dies dentur decretorij probat Galen. tum ratione, tum etiam experimento: ratione quidem, & generalius, atque magis ſpecifice, atque imprimis generalius ſupponens prius, quòd qui de his iudicaturus ſit, opus eſt, vt ſit naturalis, et ob id perſuaſum habeat, ꝙ natura ſummam habet corporis noſtri prouidentiam non ſolum in eius generatione, ſed & propagatione, augumentatione, atque huiuſcemodi, quemadmodum ſe lib. de vſ. par. & lib. de pot.

2. de dieb. crit. 2.

nat.

nat. ostendisse fatetur, necnon quam miro ordine omnes ipsius naturæ motus efficiantur: adhæc oportet, vt is contempletur, quòd natura à cęlestibus superatur prouidentia, & ordine, siquidem natura circa materiam agere debet, qua nonnunquã inordinatio contingit: Vnde in his inferioribus omne pulchrum, ordinatum, & artificiosum intelligendum est ex ipsa natura enasci, inordinatum autem & erraticum ex materia, quam si natura uincit proportionibus definitis, & ordinatis periodis suas efficit motiones, cum vero materia non vincitur, ordo & proportio naturæ, motionum corrumpitur: qua de re natura ordinate agit, cum in virtute quoque superiorum materiam uincit, necesse enim est mundum hunc inferiorem lationibus superioribus conformem esse, vt inde omnis eius virtus gubernetur: his igitur sic suppositis infert Galen. dies hosce concedendos esse, quibus natura ordinare procedens suas efficit operationes, vt experientia comprobatum est. Probat postmodũ Galen. magis specifice dierum creticorum causas nempè quomodo superiora ipsa, quorum virtute natura agit, faciant, vt natura ipsa ordinate in nobis ægrotantibus agat, & qua ratione hi dies critici efficiantur, experimento verò comprobat ostendens, quòd Sol, Luna, & aliæ stellæ in nobis agunt, sed Solis actio maior est, atque manifestior,

3. de dieb. crit. c. 1. & 2. & infra.

ſtior, qua diuerſæ anni partes efformantur, atq; alia iſtiuſmodi: Lunæ verò actio non æque potẽs eſt, atque manifeſta, verum fortior, ac clarior, quàm reliquarum ſtellarum, ſiquidem ordo menſium ex motu Lunæ conficitur, menſtruaque mulieribus eueniunt, quod itidem in marinis facile oſtendi poteſt: Proinde Luna bifariam agit, communi. . actione per medium luminis Solis, ſicut & Sol ipſe per proprium lumen, cuius quidem actio prohiberi nequit, vt quòd æſtas, hieme & reliqua tempora fiant, & actione propria, qua vno quidem modo agit in unum, alio verò in alium ob varias influentias, nam ſi quis exempli gratia naſcatur Luna exiſtente in Ariete, in quo ſit Iupiter, & ex conſequenti bona fortuna ſemper cum Luna erit in Ariete, vel oppoſito, vel quadrato: dies illa fauſta erit: quòd ſi in Ariete erit Saturnus, & ex conſequenti infortunium, dies illa infelix aderit: atque hæc eſt Lunæ actio propria, iuxta varia rerum principia, quod quidem inquit Gal. experientia comprobatum eſt, non autem ratione. Solus autem Deus hoc ſcit, & qui non credit, experiatur, quòd ſi neque credere, neque experiri cupit, Sophiſtam eum eſſe exiſtima. Porrò quoniam Luna haſce efficit actiones, iuxta varios aſpectus cum Sole, ideo imprimis aſpectus eſt coniunctionis, cum Luna non apparet, deinde oppoſitionis cum

ſex

sex signa pertransiuit, & quadraturæ duæ, nouacularia duo, & gibbositates duæ, tres sanè aspectus in fortitudine secundum ordinem nunc enumeratum se habent, ex quibus habemus & septimanas, & septimanæ varietates. Vt autem rectè sciamus quo nam pactò septimus dies, vt & reliqui sint decretorij, videndum est quotupliciter mensis accipiatur, ac quomodo diuidendus sit, nam vt testatur Galenus mensis multiplex est, primò quidem spatium id, quo Luna totum Zodiacum pertransit, atque id est 27. dierum, & tertiæ partis vnius, octo scilicet horarum: alius autem mensis est spatium, quo Luna Soli coniungitur, quòd communiter mensis dicitur, 29. scilicet dierum cum dimidio: tertius verò spatium, quo Luna videtur, atque hic ex secundo tres dies detrahit, ac quartus medicinalis medicus inter primum & tertium diuiso per medium eo spatio, quod est inter duos illos menses, quo primus superat tertium: constituetur autem is hoc modo, dies vnius mensis addantur diebus alterius mensis, erunt dies 53. horæ 20. toto vero hoc tempore diuiso per medium, erit mensis medicinalis, dierum vigintisex, horę vigintiduę, quo rursus diuiso in quatuor septimanas habebit unaquæque septimana dies

3. de dieb. crit. cap. [illegible].

sex

sex ho. decem & septem cum dimidia: constat igitur, quòd septima dies naturalis critica est detractis 6. horis cum dimidia, pariter & 11. detractis 10. horis, & tribus quartis vnius horæ, & 14. itidem detractis horis 13. & licet in 14. 11. duntaxat horæ reperiantur, in 13. autem tresdecim, experientia tamen comprobatum est, crisim in 14. vt plurimum fieri, rarò verò in 13. obid 14. decretoria dies ponitur: at ex 17. & 20. non sunt eo modo horæ subtrahendæ, sed potius addendæ: subtractiones autem ex 18. & 21. fieri debent, à 18. nanque die horæ 16. & quarta pars vnius subtrahendæ sunt, ita quòd in decima septima illæ horæ reperientur, in 18. verò septem duntaxat, ac tres vnius horæ quartæ. Ex 21. autem subtrahuntur horæ 19. cum dimidia, atque hoc pacto 20. dies cretica potius erit, quàm 21. cum 20. 19. horas habeat cum dimidia, 21. verò quatuor solum cum dimidia. Patet itaque ex dictis decimæ septimæ addendas esse septem horas, & quartas tres ex 18. Et 20. quatuor cum dimidia ex 21. quod tamen communiter Medicis aduersatur, quòd ex 17. & 20. horas subtrahunt. Verum aduersus hanc Galeni sententiam insurgit Picus ille Mirandulanus magnus philosophus imprimis hūc in modum arguens: Luna dupliciter agens in nobis actione communi agit, cum est in quadrato aspectu se-

3. lib. aduersus Astrologos cap. 16.

cundum

cundum computum mensis Lunaris, quo conspicitur Luna, quem aspectum spatio dierum sex, & horarum 15. acquirit, atq; actione propria, cum est in quadrato secundum computum mensis peragrationis, quem spatio dierum sex hor. 20. acquirit: Sed cum est in quarto iuxta diuisionem mensis medicinalis in nullo dictorũ quartorum reperitur, ergò neque communi, neque propria aget actione. Respondeo, quòd ut dicunt Astronomi. Lunæ influentia, qua communi, propriavè agit actione, non durat per instans, sed per 12. horas ante, atque 12. post: atque ob id dico, quòd tũc licet nullus sit præcise illorum duorum aspectuum quadratus, Luna tamen suam habet influentiam. Secundo arguit Picus, ægrotet quis tempore, quo Luna incipit occultari, & crisis die 7. futura sit, non videtur, quòd eo casu locum habeat mensis ille medicinalis, cum per tres dies Luna cõmuni actione nõ agat, vt & ipse Galen. fatetur: atque hæc sanè ratio non paruam habet euidentiam: cui quidem Curtius satisfacit ex Galen. quòd licet Luna per tres dies occultetur, in primo tamen die cum detegitur, magnas agit mutationes, itaque tanta, ac talis est actio, quòd illorum dierum defectui suplet, quibus stetit occulta, itaque tantum agit quatuor diebus, quantum septem fecisset diebus: Verum hæc responsio nulla est, nam ratio consistit in hoc, 3. de dieb. crit. cap. 5.

quòd

quòd in illis tribus diebus Luna non agit actio-
ne communi mediante lumine à Sole recepto:
quod autem dicit Gal. quòd Luna cum primum
occultatur, & rursus primum oritur magnas ef
ficit mutationes, non intelligitur de actione com
muni, siquidem tunc Luna debile lumen habet,
quinimmo tunc fortius agit, cum plena est, sed
potius de actione propria intelligitur: Quòd si di
xeris, ꝙ Luna multa efficit actione cõi positiue,
quædam verò priuatiue, atque hæc fortius fiũt,
vti dictum est, hoc vtique nihil est, propterea
quòd tunc fortius ageret priuatiue, cum præ-
cise est in coniunctione, in qua omni prorsus ca-
ret lumine: item si ægritudo cœperit die, qua Lu
na uideri incipit, sitque ægritudo in septima ter
minatura, si primis quatuor diebus ita aget, vt
septem alijs diebus, ergò in septima communis
influxus non erit, siquidem iam præteritus est,
& in quarta vel quinta influxus non erit parti
cularis: si diceres, quò ante septimam fiet cri-
sis, in illis itaque primis diebus, quam in alijs
fortius agit. Ego igitur aliter responderem,
quòd licet vt plurimum contingat, quòd in se-
ptima bonæ fiant crises cum omnibus bonis con-
ditionibus, attamen nonnunquam contingit,
quòd & in septima vel omnes bonæ conditiones
non adsint, vel malæ fiant crises ob defectum
alicuius ad crisim requisiti, atque hoc quidem
casu

casu dico, quòd crisis aderit, in qua quippiam deficiet. Tertio arguit Picus, Galen. constituit mensem medicinalem, quasi semper quòd Luna à sole obtegatur per tres dies, quod quidem falsum est, quandoque enim citius, nonnunquàm tardius detegitur, sæpeque mane videtur priusquam sol exoriatur, & vesperi eius diei facie nouaculari. Respondeo quòd & Galen. concedit Lunam aliquando citius, quandoque tardius apparere, sed quoniam debile admodum agit, atque vnà cum sole occidit, ideo de illa actione curandum non est, eaque pro nulla dijudicatur, & licet modo tardius, modo citius appareat, parua tamen est differentia, ita ꝙ dierum non est euariatio, sed horarum tantummodo, quod quidem nihil est. Quarto arguit Picus, Luna modo ocius, modo tardius mouetur, in superiori enim parte Epicicli tardius, in inferiori verò velocius mouetur, licet in spatio vnius mensis totum Zodiacum pertranseat, posito quòd in prima septimana velocius moueatur, ergò in septima dies cretica non erit, sed ante, siquidem citius mouetur. Respondent, qui Galen. partes tutantur, quòd licet in principio velocius moueatur, in septima tamen crisis efficietur, atque differentia solum erit horarum, non autem dierum: Aduer-

3. de dieb. crit. ca. 4.

sus hanc responsionem instare solitus sum hunc in modum. Posito, quòd Luna in secunda septimana velocius moueatur, subtrahetur de decima quarta ex vndecim horis, ita quòd vel nullę, vel paucißimæ horæ in decimaquarta criticæ derelinquentur, atque hoc pactò non decimaquarta, sed decimatertia critica erit. Respondeo ad hoc, quòd fieri potest, vt & decimatertia dies in aliquo casu critica ponatur, at quoniam hoc rarò fit, ob id decimamquartam criticam esse dicimus. Rursus aduersus hanc Gal. sententiam aliud est argumentum tale, Vigesima critica est, atque ei ex vigesimaprima quatuor horæ cum dimidia addendæ sunt, ergo quadragesimæ nouem horæ addendæ erunt, & sexagesimæ tresdecim cum dimidia, & octuagesimę 18. horę, & centesimę horę 22. cum dimidia, & 120. addentur horę vigintiseptem: non igitur in centesima uigesima, sed in 121. dies erit critica: Respondeas velim, quod in cronicis fiunt accesiones vtplurimum in diebus paribus, sicut in acutis in inparibus, & ideo magis fiet crisis in 60. 80. 100. & 120. quod pares sunt, quàm in 61. 81. 101. & 121. veruntamen fieri potest, vt in his paribus nonnunquã incipiat crisis, quæ postmodum in die impari suum finem sortiatur, atque fortasse per tres quoque aut qua-
3. aph. 36. *tuor dies perduret: quod itidem Gal. asserit fieri in tertia, uel quinta, cum morbi peracuti*

conspiciuntur: non igitur ob id negatur, quòd & in 61. 81. & 101. atque centesimauigesima prima aliquando crisis esse non poßit, sicut in quarta dum morbi adsunt peracuti. Aduersus hanc eandem Galeni sententiam eisdem fermè rationibus, vt Picus, insurgit Conciliator verum differt is in sententia ab ipso Pico, quoniam concedit influentias, quas ipse Picus negat, vt & Auerro. & Auicen. sustinet, etenim ipse Conciliator, & Auer. cum eo, quod cœlum in nobis non agat, nisi mediante motu, ac lumine, quàm dies cretici reperiantur habita ratione materię, atque uirtutis agentis, siquidem tantum temporis requiritur, vt materia disponatur, & ad expulsionem pręparetur: variatio vero ratione materię efficiatur: Sed aduersus Auer. est ipsa experientia à Gal. comprobata, quemadmodum idem testatur, vbi ait se longo studio, & experientia comprobasse, quod ab Aegyptijs fuerit inuentum, nempè quod si quis nascatur Luna existẽte in Ariete cum bona fortuna. infortunio autẽ existente in Tauro, si contingat hunc ęgrotare Luna existente aut in Ariete, aut in Cancro, aut Libra, aut Capricorno, ęgritudo illa salubris erit, & liberabitur ęger, si vero ęgrotet Luna existente in Tauro, vel in aliquo signo ex quadratis, vel in signo opposito illo morietur, vel cum maxima difficultate curabitur atque

Diff. 104.

2. cœli. 9. & prima canticæ à 403. usque ad 410.

3. de dieb. crit. cap. 6

cum malis accidentibus. Proinde de hisce diebus, creticis agit Auic. vbi Galeni recitat opinionem quã quidẽ neq; approbare, neq; improbare videtur, vtpote magis inuolutã difficultatibus, quod itidem primo Cantices dicere videtur. De intercidentibus autem dictum est ex Gal. ꝙ vel ratione fiunt materiæ stimulantis, vel ratione fortitudinis, imbecillitatisvè virtutis stimulatæ, at crises in his diebus non ita perfectæ sunt, licet bonæ, quemadmodum quæ in radicalibus efficiuntur: in eis nanque quæpiam deest conditio: ob id de fortitudine dierum creticorum loquens Galen. dicebat, quòd primum in fortitudine est septimus, eius verò index quartus, postea decimusquartus, cuius index est vndecimus, demum sunt decimusseptimus & vigesimus, atque hi sunt radicales, & indices: ex intercidentibus uero imprimis est nonus, postea quintus, post quem tertius, atque postremo sexus, sed malus, in quo vtplurimum mala crisis efficitur: dies verò decimustertius ambiguus est inter esse atque non esse criticum, atque inter bonum, & malum, pariter decimusoctauus & vigesimusprimus, nec non vigesimus octauus & trigesimus. Archigenes nanque decimumoctauum & vigesimumprimum loco decimiseptimi, atque vigesimi constituebat. Est autem aduertendum, quòd ad vigesimum vsque enu-

2.4. tract. 2. ca. 2.

3 de dieb. crit ca. 8.

2. de dieb. crit. 8.

enumeramus per quatuor, sed supra vigesimum quartus magnam vim non habet: quare tunc vsque ad quadragesimum per septē enumeramus, deinde à quadragesimo vsque ad 120. per vigesimū, inde vsque ad quatuor annos per menses, atque à quarto anno supra per annos, quod quidem Hippo. innuit dicens: Plurimæ autem passiones puerulis iudicantur nonnullæ quidem in quadraginta diebus, nonnullæ in septem mensibus, nonnullæ verò in annis septem, quædam verò iam ad pubem accedentibus, quæ verò permanserunt, nec in pubertate finierint puerulis, aut fœminis, cum menstrua erumpunt consenescere consueuerunt; quod & corroborat Galen. Est & aliud animaduertendum, ꝙ alio quidem modo in continuis, alio vero in interpollatis dierum ereticorum fit computatio, ut ex Gal. colligitur, nam in continuis omnes dies enumeramus, non autem hoc modo in interpollatis, sed per periodos tantum, ita ꝙ in continuis tantum efficiunt quatuor dies, quantum in tertiana, quartanave quatuor periodi, & quemadmodū in continuis quarta dies est indicatiua septimæ diei, ita quartus periodus septimi. Sed dices quō ergo in interpollatis fiet hæc computatio habita rōne aspectuū Lunæ, quos hēt, quādo in oppositionē vel quadratura reperitur? Respondeo ex Galeno, quòd quartus paroxismus in tertiana ex eodem

3.aph. 28.

1 de dieb. crit. 10. & 2. eiusdē 11.

3. prog. 8.

3. prog. 8.

aspectu non sumetur, ex quo quartus in continuis desumitur, sed quartus in continuis sumitur ex facie nouaculari Lunæ, in tertiana verò interpollata ex facie sumetur, quæ in quadratura reperitur, à qua in continuis septima dies desumitur: atque hoc pacto quod in continuis quartus efficit, itidem facit septimus in tertianis: pariter in quartana interpollata paroxismus decimusquartus dies est
3.prog.12 quadraginta. Notandum quoque est, quòd in parientibus si post partum accidat febris die secunda vel tertia enumerandi sunt dies à die partus,
2.4. tract. 2.cap.1. non autem febris: Auicen. autem ait, Et si peperit mulier, deinde accidat ei febris, tunc si non computetur ex febre, & non nisi ex partu, est illud error, hunc autem in modum stat versio antiqua, noua vero dicit: Et si peperit mulier, deinde accidat ei febris, tunc fiat computatio ex febre, non ex partu: ex illo enim est error, & plurimum, quod accidit post secundum, & tertium. Auerro. verò inquit:
4.colli.40 Et debes scire, quòd iste crises à principio ægritudinis computantur, & est, quando manifeste in operationibus læsio apparet, excepto in pariente, quia ab ipso partu incipere debemus, quamuis ægritudo post partum per triginta dies sensibiliter extitisset, & breuiter hæ regulæ dicta Hippocra. sequuntur &c. Quid igitur

i tantorum virorum discordia dicendum erit? ieo quidem iudicio, talis est vera sententia, uòd si post partum ægritudo per duos, vel res dies incipiat, à partu inchoandum est, uòd si per multos dies incipiat, à febris i-itio: Et ideo Auicen. secundum veterem ranslationem clarius dicere videtur, quòd rrant, qui à solo partu incipiunt, siquidem ionnunquàm a partu, aliquando à febre xordiendum est: crediderim vero Auerro. ontextum corruptum esse, vbi enim ait tri-ginta, scribi debet 3. atque hoc pactò eius-lem erit cum Auic. sententiæ, atque cum Ga-eno, vt patet ex uerbis, quę ab eo subij-iuntur, inquiens, & quod hæ regulæ Hippoc. dicta sequuntur.

APHORISMVS XXV.



Estiuæ quartanæ magna ex parte breues, autumnales longæ, & maxime quæ hiemem attingunt.



PHORISMI sententia est, quòd ægritudines, quæ æstate eueniunt breuiores sunt, quàm quæ autumno vel hieme contingunt, nam si quartanã quartanæ, & tertianam tertianæ compares, quæ in æstate & autumno eueniunt, dubiò procul reperies has quidem æstate occurrentes breuiores esse, quàm quæ autumno aut hieme accidere solent: sumpsit autem Hippocra. de quartana exemplum, quoniam morbus est om-
1. Epid. sect. 3. contex. 4. nium longissimus, vt idem testatur, securissimus tamen: vnde Gale. necnon & Auicen. inquiunt
6. Epid. sect. 6. cõ. 7. & 2. de dieb. crit. 10. quartanam nonnunquam in tot annos incidere, quot alia diebus iudicata est: cur autem non solum quartanæ, sed & aliæ ęgritudines ęstate breues sint, declarat Galen. in commen. quo-
1.4. tract. 2. cap. 60. niam humores inutiles funduntur, & per totum corpus feruntur, ac tandem per diflationem euacuantur, ita vt virtute valida existente ęgritudines cessent, vbi verò imbecillis est virtus, vnà cum humoribus euacuatis dissolua-
2. de diffe. feb. cap. 3. tur: At vbi agit de tertiana simplici causas longitudinis & breuitatis ęgritudinis penès tria constituit, penès quidem materiam quę vel quantitate, vel qualitate peccet, penès corporis dispositionem, vtpote raritatem, densitatemvè, ac penès virtutem, quę vel valida est, aut imbecilla:

b id videtur in dictis Galen. contradictio, nam si
it, quòd virtus valida est causa breuitatis mor
i, hoc verò loco dicat, ꝙ si æstate vires imbecil-
es fuerint, vnà cum humorum euacuatione dis-
oluentur; atque ita ęgritudo breuior fiet, innuit
quòd si in ægritudine mortali uires validæ fo-
rent, ægritudinem longiorem redderent: huic qui
dem contradictioni facile satisfacere possumus,
dicentes ꝙ ibi Gal. de tertiana simplici loquitur,
quę salubris, atque in salubri ęgritudine virtus
valida est causa breuitatis morbi, at in mortali
est causa longitudinis morbi. Cur autem hieme
contrarium accidat ei, quod æstate conficitur, at
que ob id eo tempore morbi sunt longiores, aßi-
gnat postmodum causam Galen. in commen. nam
vt ęstate humores discutiuntur, ita hieme intus
remanent, veluti latibulis incubantes, & ut æ-
state vires dissoluũtur, ita hieme seruantur robu
stę, quo fit ut neque soluantur morbi humoribus
non euacuatis, neque moriantur ęgrotantes vi-
ribus seruatis, vt ęstate contingit: quod idem fer
mè alibi hẽt Gal. causam aßignãs, cur quartana, 3. prog. 29
quę hiemem attingit, longior est, dicens, ꝙ suc-
cus conculcatur & temporis frigiditate concen
tratur, & ob id haud facile solui potest: detine-
tur autem, donec tempus contrarium, nempè ca- 1. primi
lidum ei aduen iat; ob id Gal. Hippo. sententiam lect. 2. con
aliis positam dicentis, quòd in ea constitutione tex. 21.

quo-

quotidianæ, nocturnę, ac errantes multę multos diu exercitauerunt, inquit: Nec quicquam habet admirationis, si hęc febres longæ fuerint, vbi status humidus esset, frigidusque, & eo magis concoctione prohiberet humores, quę alioqui propter frigus diuturnę, atque concoctu difficiles forent. Sed dices, ęstate, ac statu calido materia est pauca, hieme vero, ac statu frigido multa, at materia pauca virtutem minus stimulat, copiosa vero magis, ergo æstate longior erit ęgritudo, cum virtus non nisi stimulata propellat. Dico, quod cum materia virtutem stimulat, aut id efficit ante concoctionem, aut post ipsam coctionem, si quidem ante coctionem, licet virtus aliquam symptomatice portionem expellat, remanet adhuc alia materia, quę morbum efficit, atque ob id ab ęgritudine non liberatur: si uero post coctionem, ad ipsam autem tempus requiritur, & vbi materia est copiosa, longiori indiget tempore, vbi vero pauca breuiori: vt concoquatur igitur necessario consequitur quòd non tantum stimulatio requiritur, sed & tempus, quo materię ipsę dissolui posśint, vti dictum est. Super hunc aphorismum nonnulli adnotant, quòd aphorismus hic cum limitatione illa communi intelligendus est, nempè cęteris paribus, fieri nanque potest, quòd quartana in ęstate ex abundan-

ti

materia fieret, in autumno verò, & hieme
ɛ pauca, atque potius oppositum acciderel,
uòd scilicet æstate longus, hieme verò bre-
is foret morbus: Verum licet in se hoc ve-
um sit, attamen non est ad propositum, ne-
ue ea limitatio addenda est ad aphorismi ve-
itatem: etenim Hippocra. ait, Aestiuæ quar-
anæ magna ex parte breues, cum illa autem
imitatione non magna ex parte, sed semper
reues forent. Adnotant insuper ijdem, ꝙ
um quartanę ęstiuę dici possunt, vel quia
state incipiant, vel quoniam, licet ęstate non
ncipiant, ad ęstatem vsque perdurant, hoc a-
horismo de vtrisque intelligat Hippocra. ve-
um præter hoc, quòd experientia docet quarta
as autumnales, & adhuc magis hiemales, hoc
st eis temporibus incipientes longiores esse his,
quę æstate incipiunt, est & Galen. authoritas
dum ait, quod autem subinde dicitur de anni 1. Aphor. par. cō. 12.
temporibus ad ea, quę antea dicta sunt, ha-
bet relationem, nam & morbi constitutiones, &
accessiones possunt ab anni temporibus vnà cū
morbo indicari, neque sufficit hoc tantum sci-
uisse, quòd quartana inuasit hoc die, vt ab
initio pręcognoscamus instituendam esse vi-
ctus rationem, vtpote ad morbum diutinum
futurum, sed etiam si hieme, aut uere, uel
ęstate, uel autumno suum fecit initium pro-
spicere

ſpicere oportet id cognoſcentes, quòd æſtat quartanæ magna ex parte breues ſunt, autumnales longæ, & quæ magis hiemem attingunt. Cæterum aduerſus huius aphoriſm ſententiam nonnullæ adducuntur oppoſitiones ſiue inſtantiæ, atque imprimis de mala complexione calida, quæ hieme citius curatur item de febre ethica primæ & ſecundę ſpeciei, quę facilius hieme, quàm æſtate curationem recipit: inſuper ſi materia calida quę ad benignum reduci poteſt, vtpote ſanguis inflammatus, qui adhuc putredinem non contraxerit, curetur, ea vtique hieme citius curabitur, quàm ęſtate, vt manifeſtum eſt. Dicas velìm ad hac obiecta, quòd Hippocra. & Galen. de ægritudinibus intelligunt, quę euacuatione materię liberantur, cuius quidem generis non ſunt prędictæ, vt clare patet ex Gal. uerbis in commen. quòd Hippocr. de ęgritudine loquitur, quę per materię euacuationem ſanari debet: de inflammatione uero ſanguinis dici poſſet, quòd cum illa fiat in hieme, à magna cauſa dependet, quæ haud facile tolli poteſt: & ob id non ita facile reducibilis eſt, ut in ęſtate, cum inflammationis cauſa non adeo ualida eſt. Rurſus in ęgritudinibus quoque per materię euacuationem ſoluendis nonnulli inſtantias adducunt,
atque

atque imprimis de apoplexia, quæ fit à materia phlegmatica, quæ hieme magis, quàm æstate multiplicatur, ergò hieme citius morietur æger, vbi nanque materia copiosa reperitur, maior etiam obstructio efficitur: item dictum est hieme ventres calidissimi sunt, vbi 1.aph.15.
virtus est valida, vbi verò debilis, adhuc debilior fit, cum autem patientes hydropem virtutem imbecillam habeant, ergo hydrops hieme citius interficiet facta quippè in ipso hieme virtute imbecilliori: ad hæc si ponatur materia subtilis, quæ incrassatione egeat, tempore hiemis citius digeri, atque incrassari poterit. Facillime ad omnia responderi potest, quòd Hippocra. loquitur vtplurimum, verum tenendo, quòd in omni genere vtplurimum ægritudines æstiuæ breuiores sunt: imprimis, ad id de apoplexia dicerem, quòd si sit ob multã materiam phlegmaticam suffocantem, citius in æstate interficiet, tum quia maiori euentatione indigemus, tum quoniam materia illa æstatis calore dilatatur, maioremque occupat locum: ad id verò de hydrope dico, quòd vtplurimum febricula iungitur cum ea, quæ hieme ob frigiditatem remittitur, atque ob id virtus refocillatur, qua ratione ægritudo prolongatur, at æstate calor febrilis augetur, naturalis vero restinguitur, & ob id æger citius moritur ob virtutis

imbe

imbecillitatem quemadmodum Gale. in com. expresse testatur: postremo ad id de incrassation dico, quod calor digerit, atque incrassat, verumtamen est, quòd frigida nonnunquam iuuare possunt, dum calor extraneus remittitur, sed æsta resoluit, atque resoluendo incrassare potest.

APHORISMVS XXVI.

FEbrem conuulsioni superuenre melius est, quàm febri conuulsionem.



RO *aphorismi intelligentia notandum est, quòd licet conuulsio sit nomen latinũ, tamen spamus apud recentiores medico utpote sequentes Auicen. magis ĩ usu est, qui ipsum definit quòd neruosa est ægritudo, qua mouentur lacerti ad principia sua, & inobedientes sunt in dila-*
2.3.ca.5. *tatione: Galen. autem dicit, quòd conuulsio, v & ipsum indicat nomen conuulsis fit ad propri*
6.aph.39. *capita musculis, vt autem clarius diceret, reuulsis, sicut etiam eorum motus secundum natura existit, verum hic haudquaquam fit sine anim lis appetitu: conuulsio autem passio est inuolu*

taria

tria ad similem venientibus neruosis partibus
eis dispositionem, quam & in motibus factis
cundum appetitum assumpserunt. Huius qui- lib.3.c.20
em tres sunt species, vt ex Paulo Aegineta col
gitur, vna quidem est, cum ceruix in partem an
riorem contrahitur, & ἐμπροσθότονος dicitur: al-
era autem, vbi ceruix in partem posteriorem cõ
rahitur, quæ græce ὀπισθότονος appellatur, ac ter
ia, cum secundum ambas partes cõtrahitur, ita
vt neq; hinc, neq; ĩde flecti poßit, rigeatq́; homo,
atque hæc græce τέτανος nuncupatur: Hip. itaq;
in hoc aphorismo inquit, ꝙ melius est, vt febris
superueniat conuulsioni, quàm conuulsio febri:
Gal. in commento aphorismi causam reddit, Hip-
pocra. fuisse sententiam 6. aphoris. conuulsionem
duplici de causa fieri, aut ex repletione, aut ex
euacuatione, sicuti singultum: quod quidem de- contex.39
clarat. Gal. exemplo sumpto ex musicorum cor-
dis, nam ꝙ omnia corpora neruosa tendi poßint,
siue sint oppleta, siue sint inanita declarant mu- 3.de lo.af.
sica instrumenta, etenim rumpuntur cordæ, siue & 5.apho.
in humidum, vaporibusq́ue scatens, siue in ari- com. pri-
dum, squalensq́ue cubiculum intentis ẽt dũ cor- mo, & 5.
dis instrumenta collocaueris: proinde huius rei de acci &
haud ignari artifices eas, priusquã reponantur, mor.2.
laxare solent: similiter de his, quæ inanitione
conuelluntur, loquens Galen. dicebat, quòd lo-
ra vel membranæ sic quoque cum ad ignem

exic-

exiccantur, contrahi, tendique videntur, & ...
mile quod patiuntur, quæ sol æstiuus exiccau...
Quomodo autem cognosci potest, an conuulsi...
ex inanitione vel ariditate siue defectu essent...
humidæ acciderit, an uerò ex repletione ex...
tendente, docebat Galen. quippe cum conuulsi...
fit uel à labore, uel uigilijs, uel fame, u...
solicitudine, vel arida æstuanteque febri, qua...
lem in phreniticis videri licet, causam ei...
eße ariditatem, uacuationemque recte puta...
ueris: si uerò temulento cuipiam, ac omni...
no pleno homini, qui uidelicet in ocio deg...
id euenire conspexeris, non ab re à contra...
ria causa conuulsionem ortum habuisse iudi...
cabis: Si igitur contingat (ait Galen. in com...
mento) quòd quis sanus repente conuellatur...
ex repletione fit, cum aliqua ex prædictis exic...
cantibus non præcesserit: repletio uerò neruo...
rum exoritur ex humoribus frigidis, & glutino...
sis, ex quibus etiam nutriuntur, huic sanè con...
uulsioni si superueniat febris, iuuat: calefa...
ciet nanque, extenuabit, & humores discutiet: si...
uerò corpori exiccato ex febribus adurentibus...
accidat conuulsio, malum ferè est insanabile,...
siquidem siccitas remouenda longum tempus...
requirit, quod quidem morbi acuties non expe...
ctat uiribus q̃ citißime dissolutis. Proinde ut re...
cte postrema Gal. uerba in cõ. rectè intelligãtur...
adno-

dnotandum censeo, quòd ut idem declarat cor-
us quadrupliciter exiccatur, uno quidẽ modo 7.met.c.6.
x cõsumptione humorum quæ invenis paruis in
rcludũtur, alio aũt modo ex cõsumptione eius,
uod appositũ est, quod ueluti ros est, & ꝓpriũ
utrimentũ, tertio verò ex cõsumptione carnis,
tque pinguedinis, ac quarto ex propriæ substã
iæ partiũ solidarũ cõsumptione, atque hæc quar
a incurabilis est, reliquæ verò curari possunt:
i igitur contingat spasmus ex quarta siccitate,
s vtique sanari non potest, si verò ex alijs tan-
o difficilior erit sanatio, quanto siccitas illa, ex
ua dependet, difficilius curari potest: cum
nim siccitas longum tempus exigat ad sui cu-
ationem, morbusq; sit acutus, tantum temporis
xpectare non potest, sed viribus dissolutis
ontingit ægrum mori, licet nonnunquam e-
iam sanetur, Vnde Galenus dicebat, quòd 5. Apho. par.prim.
x colerica paßione aliquando ex euacuatio
e contingit spasmus, qui tamen senari potest.
Aduertendum insuper est, quòd Galenus, in
omment. ait, spasmum fieri ex repletione,
um nerui ex frigidis, & glutinosis humori-
us replentur, ex quibus etiam nutriuntur,
uod quidem vt plurimum intelligendum est,
am ex Auicenn. materia spasmi secundum 2.3.cap.5.
lurimum est phlegmatica, quandoque autem
nelancholica, & nõnunquam sanguinea. Auer. 3.colli.33

dubitat quomodo spasmus differat à paralisi, vel quomodo in spasmo fit contractio, in paralysi verò mollificatio, & damnat medicorum rationes, quas musicorum esse ait, non autem demonstratiuas: & tandem innuere videtur, quòd cum fit spasmus, materia humida in neruo, uel musculo contenta in ventositatem vertitur, ac membrum extendit, sed in paralysi non vertitur in ventositatem, & molle membrum redditur: & cum ait verba medicorum (vt proprijs utar verbis) esse non demonstratiua, sed musicorum, Galenum carpit, qui exempla musica posuit, vt superius dictum est: cui quidem exemplo dici posset, quòd quia cordæ sunt tensæ, cum humectantur, rumpuntur, non quia magis contrahuntur, sed quia humectæ minus contractioni resistunt. Pro Galeno autem dicendum esset, quòd cordæ humectæ magis tensæ sunt, quod quidẽ nõ foret, nisi contraherentur: vel dici quoq; potest, ꝙ non ponit exemplum, vt omnino sit simile, sed solum vt declaret, ꝙ in neruis humor imbibi potest, vt in cordis, atque hæc erat Curtij respõsio: Verũ videtur, ꝙ Gal. primã velit responsionem, dicens, sed neruosa corpora omnia tendi posse, siue oppleta, siue inanita sint, declarant musica instrumenta: ad id verò de paralysi dicitur, ꝙ materia humectans tantummodo neruos paralysim, vel stuporem efficit, quæ verò tumorem facit,

5. de acci. & mor. 2.

facit, ac apostema, spasmum, ut innuit Galen. & cum eo Auicenn. Curtius autem alio respondet modo, quod etsi non fiat apostema, fieri tamen potest modo spasmus, modo paralysis ipsa, iuxta materiæ imbibitæ diuersitatem, nam si sit materia subtilis, paralysim efficit, si uerò dura, crassa, & aliquatenus sicca, spasmum. Sed aduersus hoc Curtij dictum est expresse Galen. ubi ait: Quippe demonstrauimus neruum aut stupore, aut resolutione infestari, si uel frigus illum constringat, aut crassi, lentique humores obstruant: idē quoque colligitur de stupore & resolutione, siue paralysi uerba faciens: Melior igitur prima responsio uidetur, nempè quod stupor uel paralysis fit, cum materia tumorem non efficit, ita ut cogat musculum ad propria principia moueri, cum uerò tumorem facit, & cogit musculum ad suum moueri principium, spasmus gignitur. Cęterum quoniam Gal. in commen. unum dicit, nempè, quod si sanus repente conuellitur, est ex repletione, dubium uidetur, num si conuulsio non repente sequatur, ex inanitione fiat. Quidam sustinent hoc ita hoīm accidere, atq; hāc esse īter utranq; cōuulsionē distinctionem: Verū hoc esse falsum facile ostenditur, siquidem fieri potest, ut conuulsio ex repletione fiat per paulatinam congestionem: Dicendum igitur meo quidem iudicio arbitror, quòd si subito conuulsio fit, hęc uti-

loco ut supra.

4. de acci. & mor. 5.

queex repletione ortum habet, at si paulatim & non subito, ex utraque causa prouenire potest, atque tunc signa quæ utranque distinguunt, ex proprijs causis desumenda sunt, non autem ex his, vt recte docet Galenus, quòd si
3. de lo. af. cap. 5. dices hoc ipsemet Gal. aduersari dicenti, quòd
7. meth. 5. repletio ex humectatione efficitur, quæ longo indiget tempore, scias velim, id verum esse de ea humiditate sine materia, de qua hoc loco non loquitur Galen. superest modo, ut duo alia dissoluamus dubia q̃ circa ipsam conuulsionē cōtingere solent, primū quidem an aliæ sint spasmi causæ, secundū verò qui nā facilius homini accidere poßit, an is ex inanitione, an verò alter ex repletione: quo ad primū attinet, uidetur, ꝙ spasmus detur ex materia mordicante, vt sensere Gal. & Aui. quæ quidē causa cū neq; ex re-
5. Apho. 1. & 3. de lo. af. 72. 3. tra cta. 1. c. 5 pletione, neq; ex inanitione sit, à Gal. & Hipp. prætermissa esse uidetur: Respondēdū est, ꝙ Gal. scripsit, ꝙ quæ mordicant, exiccant, atq; ob id illā ad cōuulsionē ex inanitione reduci posse dicimus: Vel dicatur, ꝙ nō est uere spasmus, sed motus spasmosus, ut singultus à materia mordicāte, ut ab eodē Gal. habemus, ubi ait, ꝙ licet improprie aliquando singultus dicatur stomaci hoc est
6. Aph. 39 uentriculi conuulsio, si tamen studuerimus, ut paßionis substantiam dignoscamus, melius fuerit non conuulsionem, sed motum quendam

eiusdem

eiusdem generis cum uomitibus nominare, at uehementiorẽ, nã os ventriculi appetens expelle re, quæ in ipso continentur vomitus motum efficit, vt expellat, quæ in spatio ventriculi latiori continentur, facit autem motum vehementiorẽ singultus, vt expellat, quæ in ipsius ore sunt penitiora, pariter in conuulsione ex materia mordicante, musculus sese colligit, vt vehementiori motu id, quod noxium est, expellat: Et ob id non proprie conuulsio est, siquidem conuulsio (vt docet Galen.) est paßio inuoluntaria, & vbi quorumdam morborum distinctionem ponens nonnullos quidem effectus, vel à sola natura coacta ui aliqua, & à causa morbifica, à qua cupit seruari, prouenire dicebat, cuius generis sunt sternutamentum, tussis, oscitatio, pandiculatio & singultus: vel à solo morbo, cuius generis est palpitatio, & conuulsio: vel ab vtraque causa, vt tremor, & motus torpidi: conuulsionem igitur fieri à solo morbo, non autem à natura palam est, sed ea conuulsio, quæ à materia mordicante fit, à virtute coacta ob causam morbificam, à qua seruari cupit, ortum habet: membrum etenim sese colligit, vt vehementiorem motum efficiat, ut quotidie in saltantibus sese colligentibus, vt longius se proijciant, uideri licet, non igitur ea propriè conuulsio nominanda 5. de acci. & mor. c. 1 & 2.

8. de com. med. per loca circa medium.

est: ob id dicebat Galen. quòd nondum aliam causam inuenit tertiam, quàm illas duas ab Hippocra. descriptas. Ad secundum verò propositum discutiendum, omißis, quæ ab alijs dicũtur, dicimus quòd frequentius videmus spasmum quidem ex repletione fieri, quàm ex inanitione: atque hæc est ratio, nam spasmus ex repletione fit ob defluxum humorũ ab vno ad aliud membrũ, quod quidem facile fieri potest, exiccatione autem haudquaquam, nisi à magna causa exiccante, quod quidem difficilius fit, difficiliorisque est curæ. Auicen. verò uidetur dicere, quòd infantibus in vniuersum facilis est casus in spasmum ob virtutis cerebrorum eorum, membrorum ac lacertorum imbecillitatem, fitque facilis eorum exitus ab ipso (ut Auicen. verba iacent) propter fortitudinem virtutum epathum eorum, & cordium eorum, & quoniam humores eorum nõ sunt in sua inobedientia vehementis grosßitudinis, & propter hoc liberantur à spasmo sicco uelociter propter humiditatem complexionum suarum, & ciborum eorum: in puberibus verò non est facilis aliqua duarum rerum, cum tamen quandoque accidit infantibus spasmus malus succeßione febrium acutarum, & cum eo sint signa, quæ dicemus, ex quo accidunt: hæc Aui. ex quibus quidem patet, q voluit infantes non solum ex repletione spasmum incurrere (quod quidem

2.3. tract. 1. c. 5.

dem non uidetur habere difficultatem, cum corpora sint humidiora) verum & ex inanitione, quod falsum uidetur, siquidē ad similia facilior est transitus sed iuuenes sicciores sunt, ergò facilius ad illum ex inanitione transire deberent: Dicerem igitur ego ex aphorismo illo, ꝙ qui crescunt, plurimum habent humiditatis, sicut sunt pueri, qui plurima egent humiditate, ideo humidiores quoque sunt, quæ autem humidiora facilius resoluuntur, & ex consequenti exiccātur, quoniam humiditas resolutioni non resistit, quæ à calido efficitur, sed frigiditas ipsa est, quæ resistit: & hac ratione pueri spasmum ex inanitione facilius incurrunt, siquidem humiditas, qua ex propria natura pueri indigent facilius dissoluitur: et hoc est quod in illis superius enarratis uerbis intendebat Aui. Vt autem & nonnihil quod ad praxim spectet dicamus, reliquum est ut uideamus an in spasmo præsertim uniuersali liceat prouocare febrem, exhibēdo confectionem anacardinam, vinum antiquum, Mitridatū, Theriacam, & huiusmodi, dicam breuibus quid sentiam, mißis quæ ab alijs perperàm dicuntur, ꝙ stante plenitudine, & oppilatione, & alijs istiusmodi, quibus febris putrida periculosa fieri posset, febris haudquaquam prouocāda est, sed prius remouenda est plenitudo, siue obstructio, & tunc tute ea postmodum exhibere poterimus

hac par. 34 1. aph. 14.

ſiquidem gigni poterit febris duntaxat ephemera, quæ haud periculoſa eſt apertis ſiquidem poroſitatibus, & meatibus, neque periculum erit, vt in putridam tranſeat: Neque verum eſt, quod quidam dicunt, quòd quædam medicinæ ut anacardina ephemeram prouocare poßint, non autem putridam, vbi corpora parata ſint, etenim Aui. Anacardum conſtituit calidum, & ſiccum ordine quarto, in quo quidem gradu medicamenta exhibita humores comburere ſolent: ob id cũ præmeditatione hęc ipſa ægrotantibus porrigenda eſſe iubeo, ne vt malum euitemus, in aliud fortè peius incidamus.

lib. 2. trac. 2. cap. 41.

APHORISMVS XXVII.

His, qui non ex ratione leuius ſe habent, non oportet fidere: neque multum formidare mala, quæ præter rationem eueniunt. Plurima enim talia ſtabilia nõ ſunt, neque multum durare, neque permanere conſueuere.

Sententia



ENTENTIA est aphorismi, quod si quis in ægritudinibus leuius se habeat non secundum rationẽ, hoc est nõ ex euacuatione, vel præter morbi naturam, nõ oportet fidere, vt Hermocrati contigit, qui 14. die non ex euacuatione, sed ex virtute debili præter naturam ægritudinis à febre liberatus videbatur: pariter & si quis non secundum rationem, hoc est vel propter aliquem errorem, vel magnitudine morbi id ostendente grauius se habeat, non oportet multum formidare, cum hæc huiusmodi stabilia non sint, neque durent. De hoc quidem aphorismo meminit quoque Aui. Dicebat autem Gal. quod videtur Hipp. 3. progn. oppositum dicere ei, quod hoc dixerat aphorismo, nam ibi dicebat Hippocr. considerandum de signis, ac inditiis, sciendumque vt quouis anno, & quouis tempore mala malum, bona bonum denuntient: hoc autem loco ait, quòd bonis euenientibus pręter rationem haud fidendum est, neque mala præter rationem euenientia formidanda, quoniam plurima stabilia non sunt: Soluens Galen. inquit, quòd accidentia de prauis in bona, atque etiam de bonis in praua mutantur, signa verò bona nequaquam in aliud genus contrarium verti solent, pariter & signa mala, sed solum

3. Epid. sect. 1. cõ. tex. 8.

2. 1. tract. 1. cap. 21. 3. prog. 41 44. 1. de cris. 13. & 15.

distinguun-

distinguuntur, quod magis vel minus malum signi ficant, aut bonum, non autem nunc bonum, rursus verò malum. Quæ quidem Gal. dicta, vt clarius intelligantur, operæpretium esse censeo, vt in memoriam reducamus, quæ ipse scripsit superius triplicem esse signorum differentiam: quædam enim sunt signa coctionis, vel cruditatis, alia salutis, vel mortis, & alia decretoria: signa quidem coctionis vel cruditatis stabilē habent potestatē, siue statim in primis diebus, siue mox in morbis apparuerint: decretoria autem non sic se habent, sed infida est vniuersa eorum natura, & in diuersis temporibus morbi faciunt, & significant contraria, siue sint signa tantum, siue signa & causæ iudicationis: signa quidem tantum, vt dolor capitis, vertigines, grauitas temporū, facies simul cum oculis rubens, lachrimę inuolūtariæ, labrum agitatum, vigiliæ, somnus grauis, difficultas hanelitus, retractio præcordiorum, fastidium stomaci, æstus, sitis valida, dolor cordis, non posse recumbere, delirare, ac exclamare, quæ verò non tantum signa, sed causę sunt ipsius iudicationis, vomitus, excrementa alui, multitudo vrinarum, sudores, sanguinis fluxus, & parotides, hæc etenim inquit Gal. non semper nec quocunque tempore morbi bonā crisim indicant, aut efficiunt, sed nunc quidem bonum, rursus verò malum portendunt, cum hæc

1. apho. 12 & 1. de crisi. 14.

ipsa

ipsa ante materiæ coctionem apparent, quare neque in primis, neque in secundis necessariò crisim sequi contingit: at tertium signorum genus, quod neque est infidum, ut illud decretorium, neque fidum, sicut id coctionis, & cruditatis, salutem vel mortem indicat, & inter hæc signa nonnulla quidem sunt, quæ semper bonum portendunt, alia verò malum, omnibus autem inest vt talia vel bona, vel mala vt plurimum sint, quemadmodum habere fortem animum, ad oblata bene se habere, facilis hanelitus, facilis tolerantia, pulsuum bonitas, facies simillima sanis, & alia id genus, quæ in prognosticis scripsit Hippo. cuiuslibet signi vim manifeste distinguens: Vnde cum ipse hęc simpliciter bona, vel mala nominat, talia sæpius existunt, quæ verò dicit optima, uel peßima, & pręsertim [ualde] addito unum semper ostendunt, uel rarò id non indicant, quod indicare apta sunt: ob id Gal. Hipp. 2. progn. 16.
uerba interpretans dicentis, pernitiosa sine signis leuantia, mortem indicant, pręter id quod à nobis dictum est, differentiam ponebat inter signa pernitiosa ac praua, neque enim quicquid prauum est, mox idem & pernitiosum existit, sed id solum quod ad prauitatis summum deuenit: ale autem est, quod sine signis leuans ægrotantem, mortem indicat, ut erat Hermocratis illius, de quo supra à nobis facta est mentio, ab

Hippo.

Hippo. eo 3. Epid. descripti: Dicit itaque Galen. existente hac signorum differentia, siquidem impoßibile est distinguere, quando signa decretoria crisim ostendunt, vel quando ea quę decernunt accidētia; bonam aut malā afferūt crisim, frustrà ea verba Hippo. pronuntiasset: His, qui non ex ratione leuius se habeat, non oportet fidere: si verò hęc non frustrà dicta sunt ab Hip. erit omnino aliquod signum fidum, quo separatur id, quod secundum rationem ab eo, quod prę ter rationem: Verum (inquit Gal.) libenter ab his scirem, qui superbe ueterem medicinam negligunt, quod nam illud sit; nos enim Hippo. sectantes, dicimus, coctiones crisis celeritatem, & salubrem securitatem significant: cruda autem, & incocta, & conuersa in abscessus crisium defectus, aut uehementes labores, aut mortes, aut eorundem malorum reuersiones: Illi autem discernere nequeunt, quando cum exitio quispiam male se habet, vel delirat, aut quando imminēte iam crisi detinetur. Soluens igitur ex superius à nobis declaratis Galen. apparentem contradictionem tandem vult, quòd signa de quibus eo loco loquitur Hippo. quæ coctionem, vel cruditatem, vel salutem, uel mortem indicant, firma sunt in genere, atque stabilia, licet in boni vel mali significati magnitudine varient, at accidentia decretoria, de quibus hoc aphorismo

3. prog. 44

Hipp.

Hipp. sermonem facit, non ita se habent, sed ali quando ratione iudicationis, aut nonnunquam morbis auctis eueniunt: Et ob id decretoria ne quaquam decernentia partim inferunt abolitio nem, partim difficilem iudicationem: quã quidẽ sententiam habemus quoq; ab Aui. qui unũ sub dit maxime adnotandũ, ꝙ in ipsa crisi casus uir tutis haud timẽdus est, quod quidẽ uidetur quo- dammodo aduersari illi, quod inferius dixerat: nẽpè, ꝙ solus casus uirtutis signũ malũ est: Verũ Aui. mens hoc modo intelligẽda est, ꝙ casus uir tutis cũ alijs signis malis, & non apparẽtibus si gnis coctionis malũ est, sed apparẽtibus signis co ctionis nõ timẽdũ, siquidẽ id est, propterea ꝙ na tura tota circa materiã expellẽdã est occupata, omnesq; alias operationes derelinquit, at subito subleuatur, ĩstauraturq;. Est itaq; aphorismi sẽ tentia, ꝙ si quis leuius se habeat nõ ex ratione, idest nõ ex aliqua euacuatione, ut in crisi fit, nõ oportet fidere, similiter si quis patiatur sæua ac cidẽtia ꝑter rationẽ. i. nõ ui ęgritudinis, quinim mo potius signa coctionis appareant, nõ oportet formidare. Et subdit, plurima. n. talia stabilia nõ sunt. s. decretoria in ipsa indicatione. siquidẽ mo do bonũ, modo malũ decernunt, vti declaratum est: addidit autẽ neq; multum durare, & per- manere cõsueuere. i. si quis nõ ex ratione leuius se habeat, nõ diu quies illa durabitur, quoniã est

2. 4. tract. 1. cap. 3.

Cap. 26.

non

non ex ratione : Et iuxta hanc expositionē tollitur nugatio, quia esse non stabilia, & non multum durare ad diuersa referuntur: Gal. in com. declarat hanc ultimam aphorismi partem exēplis, cum enim quis uehementer ęgrotat, mox subito quiescit, & nulla apparet corporis euacuatio, neque per sudorem, neque per uomitum, neque per secessum, neque per aliquod sanguinis profluuium: item neque apparente signo coctionis, tunc iudicandum est talem vtique quietem signum esse infidum, atque non stabile quēadmodum erat Hermocrates ille ab Hippo. descriptus, quo quidem in loco dicebat Gal. ꝙ tūc vulgus medicorū gaudet si ex prioribus signis, hoc est symptomatibus pernitiosis proueniat alleuiatio, ad quam tamen sequitur mors paulò post, siquidem nesciunt, ꝙ tunc calor naturalis extinguitur: pariter si econtrariò quis præter rationem difficilem habent spirationem, vel vehementiori febre, aut rigore non exiguo capiatur, hæc etiam firma non sunt, neque stabilia, quoniam non semper malum indicant, sed nonnunquam bonam crisim non multò post futurā: quod quidem in libris de crisibus se abunde disseruisse profitetur Gal. Adnotant expositores hoc loco octo modis aleuiationem non ex ratione contingere posse, imprimis quidem ob materiæ difformitatem, cum subtilior resoluitur, vel

euacuatur, & craßior remanet, æger aleuiari videtur, deinde iterum febris accenditur, materia crassa ad putredinem deducta: secundo ex permutatione, ut ex pleuritide in phrenesim: cũ enim materia à pectore ad caput trãsit, videtur pleuresis mitior fieri, ac ęgrum leuius se habere, quoniam materia adhuc non est fixa in capite: Tertio dicunt hi, ex resolutione caloris naturalis, & spirituum in acutis febribus, videtur, ꝙ æger ex illa resolutione alleuietur: Verum hęc non vera est alleuiatio, de qua loquitur Hippo. & Gal. Quarto propter vltimum virtutis conatum, videtur enim æger subleuari, sed post illum conatum, & subleuationem iterum grauior ęgritudo consequitur, siquidem materia non vincebatur: Quinto ob remotionem sensus cum opiatis, sed deinde morbus reuertitur, ac nonnunquam grauior, vt de dolore colico testatur Gal. 12. meth.
Sexto ob constipationem, & coarctationem materię veluti congelatę, vt hepatis obstructione: Septimo ob cœli influxum non diu duraturum, cum coctio non appareat: ac postremò ob animi accidentia, vtpote gaudium, aut relationem boni nuntij signis coctionis non apparentibus. Posuit autem Hipp. hunc aphorismum propter causam à Gal. aßignatam, ꝙ si quis sit alleuiatus sine ratione, regendus est vt æger, neque mutanda victus ratio, nec vti debet balneis neq; etiã motu, 1. de dieb. crit. 1.

motu,

motu, vt ſani, conualeſcentes vè, nam in morbis citra copioſam excretionem recedentibus, vel inſignes abſceſſus maxime timẽda eſt recidiua; ꝙ ſi æger regatur exacta victus ratione, ſi morbus quieſcẽs fuerit exigus fortè ratione uictus abolitus non reuertetur: ꝙ ſi fuerit malignior, ſi etiam redierit cum ea victus ratione ſaltem non redibit ita malignus: ſi verò neglexeris, ac ſi eſſet ſolutus, multò grauior, quàm antea redibit: inſuper Hippo. habet, ſi quibus febris deſi-
3. prog. 27 nit non cum inditijs ſolutionis, neque diebus decretorijs recidiuam expectare oportet: & Gal. in com. ſubdit: Quotieſcunque neutrum exiſtat ex his, quæ dixit tantiſper expectare oportet recidiuam, non vbi alterum adſit, alterum deſit, quæ enim non ex ratione leuant, recidiuam faciunt, quamq́ue id diebus accidat decretorijs, at verò conſtat, vt hæc non ex ratione leuent, quęcunque neque cum inditijs ſolutionis, neque diebus deſinant decretorijs: item primo prędictionum ait Hippo. Cum pernicioſa, periculoſave mala nullo ſigno relicto in grauibus morbis in melius reſident, mortem portendunt: hęc etenim faciunt, vt venenum, quod per temporis ſpatium latitat, poſtea verò ad interitum ducit: Huic autem aphoriſmo exemplum accomodum habemus ab Hippo. 3. Epid. ubi poſt anni peſtilentis deſcriptionem primi infirmi hiſtoriam po-

nit,

nit, qui Parion appellabatur: is enim febricitauit, & 24. febris cessauit nullo quippe apparente coctionis signo: item 34. recaluit, & iterum 40. febre caruit, atque hunc in modum errabũde febricitauit, modo quidem febre caruit, modo verò non, & tandem die 120. mortuus est. Dicit enim Hippoc. quòd à primo die huic venter continenter lubricus, hudusque fuit, liquida, hudaque biliosa multa demisit, vt si consisteret, moraretur vè, feruentia non concocta demittebat, lotia mala vsque minxit, quandoque soporabatur, quandoque cum laboribus peruigilabat, non comedebat, continua febris ardens percurrebat, cibarijs nanque malis, ostreisque prius vsus fuerat, vt multis.

APHORISMVS. XXVIII.

FEbricitantium non omnino leuiter permanere corpus, & nihil minui, vel etiam plusquam ratio postulat contabescere, malum. Hoc enim morbi longitudinem, hoc verò imbecillitatem significat.



IPPO. hoc aphorismo duo si gna declarat, quibus ostenditur ægritudinis longitudo, atque virtutis imbecillitas, nam si quis non leuiter febricitet, & non resoluatur, corpusque nō minuatur, sed carnosum maneat, vt prius, ægritudinis longitudinem indicat, siquidem indicat plenitudinem, humorum craßitiē, & poros adstrictos esse. si verò quis valde extenuetur febriens siue leuiter siue non leuiter, plusq̄ ratio expostulat, virtutis contentiuę, & restauratiuę imbecillitatē præsefert. Gal. in com. 1. Hipp. verba exponens, inquit, ipsum apposuisse [non omni no leuiter] causa distinctionis, nā si absolute [febricitantium permanere corpus] dixisset, aphorismus vtiq; verus nō esset, nam si quis ægrotet ex repletione tēpore frigido, febrisq; sit exigua, ac leuis, continget corpus non minui ex febris leuitate, atque id malum non est: at si febris maior erit & corpus non extenuetur, repletionem significat, atque ex consequenti morbi longitudinem: hæc autem particula (inquit Gal.) non est addenda alteri aphorismi particulæ, cū dicit [vel etiam plusquàm ratio postulat conta bescere] etenim siue quis leuiter, siue non leuiter febricitauerit, extenuatio plusquàm ratio postulat, imbecillitatis est signum: Abusus au-

tem

tem est in contextu hoc verbo [contabescere] nam φθίσις græce dicitur affectio, qua humor à capite descendens in pulmonem eum exulcerat, & tußis, & febris, & corporis consumptio consequuntur: latini autem omnem consumptionem tabem appellant, atque eam, quam græci ἀτροφίαν vocant, quæ quidem est, cum corpus nõ alitur. aliam verò particulam [plusquàm ratio postulat] melius est vtriq; particulæ adaptare, ita vt malum sit corpus permanere & nihil minui plusquam ratio postulat, atque similiter cõ tabescre plusquam ratio postulat. Subdit autem in com. Gal. ꝙ melius fecisset Hippo. si declarasset, quomodo definiendum est magis quàm ratio postulat; sed eũ excusat Gal. ꝙ illud tacuit, propterea ꝙ modus doctrinæ est aphoristicus, paucis. s. verbis magnam vim comprehendens, vt in priori particula expositum est: Hos autẽ (ait Gal.) exponentes verbum secundum rationem, causas extenuationis aßignabimus, quę sanè plures sunt, nempè magnitudo febris, tempus ægritudinis, vt morbi diuturnitas, ætas, vt puerilis, ac decrepitas: in pueris nanq; fit extenuatio ob caliditatem, atque humiditatem: in decrepitis verò ob virtutis imbecillitatem, siquidem in senibus virtus contentiua debilis est, & ob id plus aliquid è corpore defluit: item regio, tempus anni, coustitutio tem- 3.apho.30

poris, calidæ nanque & siccæ magis euacuant, humidæ verò ac frigidæ magis corpus constipant, neque corpora difflare, ac extenuari permittunt: sensibiles præterea euacuationes, vt multum sanguinis profluuium, plurimus sudor, vrina superfluens, vomitus, excretio alui citò corpus extenuant: insuper vigiliæ, curæ, & inediẹ non mediocriter id efficiunt, nec non & plures motus, etenim ex Galen. licet febricitantes raro motionibus vtantur, quoniam vt plurimum quiescentes iacent, attamen contingit aliquos in itinere incipere febricitare, qui motionibus vtuntur, vel vt domũ reuideant, uel aliqua vrgente necesßitate: item ex delirio nõnulli semper mouentur, & iacentes partem aliquam commouẽt, vel loquentes deliria hinc ad paucos dies extenuantur: his autem omnibus quæ à nobis dicta sunt, contraria corpus in maiori mole conseruant: Verum nullum ex dictis virium imbecillitatis indiciũ est, sed vnũquodq; ipsorum tantummodo imbecillitatis causa, nã sicut corpus ex eo cum ratione extenuatur, ita et vires debilitantur. Hippo. autem voluit (dicit Galen.) corpus extenuari præter rationem sine prædictis esse signum virium imbecillitatis, quã quidem imbecillitatem in decrepitis aßignamus causam, ꝙ corpus ipsorũ celerrime extenuetur: non est autem mirum, si imbecillitatem esse cau-
sam

sam extenuationis dicimus, extenuationem verò imbecillitatis signum, cum hoc eueniat in his, quæ faciunt, & fiunt: atque hæc est Hippo. sententia putantis extenuationem citra rationem imbecillitatis esse signum: subdit Gal. in com. ꝙ dictis Hippo. alia addenda est dispositio, quæ in febribus causa est extenuationis, nẽpè humorũ tenuitas, ac corporis raritas, quæ ambo cum coeunt, corpora per difflationem insensibilem celerrime euacuantur, quemadmodum in cõtraria dispositione, humorum craßities, & corporis dẽsitas humorum euacuationem prohibent, atque ex consequenti corpus ipsum non minuitur: Et hanc quidem dispositionem tangit Hippoc. cum primæ aphorismi parti addit ea verba: hoc enim morbi longitudinem significat: prætermisit autem alteram ei contrariam, sed totus sermo sit, Febricitantium non omnino leuiter permanere corpus, & nihil minui, vel plusquam ratio postulat contabescere, malum, nam permanere contingit ex humorum craßitie, & cutis densitate: Et propterea morbi longitudinem significat: contabescere verò fit ob cutis raritatem, & humorum tenuitatem, & nonnunquam ob solam virium imbecillitatem, sed quis fortè dicet, ꝙ videtur Hipp. oppositum dicere ei, quod primo progn. dixerat: ibi nanque ait optimum signũ esse, cum æger faciem sibi præcipue sanis contex. 8.

 simil-

simillimam habet, hic autem dicit permanere corpus, & nihil minui malum esse signum. Respondet quidam, quòd in progno. non intelligit Hippoc. nullo modo fieri variationem, verum cum non valde sensibilis est, hic autem censet malum esse signum, vbi nulla sit variatio. Verum hæc responsio non est ad Hippo. & Galen. mentem, nam Gal. inquit Hippoc. in progno. de acutis tantum loqui, atque de his quæ acutas consequuntur, ægritudinibus, in quibus fieri non potest, q sensibilis consumptio non efficiatur: item Gal. in com. dicit, q hæc pars intelligēda quoq; est, nihil minui, plusquam ratio postulat. Responsio igitur aliorum melior est, q in progno. vult Hippo. si facies sit similis sano in figura, non autem in corporis mole, signum bonum est, videmus enim laborantes ægritudine acuta aliquando in figura valde dissimiles fieri ab eo quod prius erant, quod vtiq; non ita malum foret, si tales ex longa fierent ægritudine. Alio āt modo respondet Curtius, & melius est responde re putat q quia in prog. in acutis solū loquitur, quæ in 14. terminetur, in quibus congruum est, ut magna & semper resolutio efficiatur si resolutio magna non sit, bonum signum est, hic autē de omnibus febricitātibus loquitur, atq; de his, in quibus materia crassa esse potest, & in talibus malum est, siquidem morbi longitudinem significat:

2. de crif. cap. 7.

gnificat: Verum cum hic indifferenter de omnibus febricitantibus loquatur, signum potest esse bonum, & malum: ergò non debebat dicere magis bonum, quàm malum, vel econtrà: ideo magis laudarem ego primam illorum responsionem.

APHORISMVS XXIX.

CVm morbi inchoant, si quid mouendum uidetur, moue: cùm uerò cõsistunt, ac uigẽt, melius est quietem habere.

APHORISMVS XXX.

CIrca initia, & fines omnia imbecilliora, cum uerò consistũt fortiora.



I duo aphorismi, teste Gal. in com. vnà legendi sunt, siquidem posterior prioris causam aßignat, in priori nanq; nobis dat regulam in actu practico valde vtilem, quæ tamen à cõmuniter practicantibus male interpretatur, siquidem semper in principio ob hũc aphorismum pharmaco, materiam minorare intendunt:

quod tamen hoc aphorismo absolute non pronũciat Hippo. sed cum conditione, si quid mouendum videtur, principio moue, quemadmodum etiam inferius declarabimus: Dicit itaque, ꝙ non semper medicamenta minoratiua exhibenda sunt, sed siquid mouendum est, principio moueas: Gal. in com. declarans aphorismi sensum inquit, Hippo. loqui in his morbis, qui ad salutem deueniunt, nam in mortalibus non modo nõ oportem mouere, cum vigori ipsius morbi propinqui sumus, sed neque etiam in principio, etenim in memoriam semper repetendum est, ꝙ deplorati haud medendi sunt, sed solis prognosticis omittendi: quod quidem repetit Gal. his verbis, ꝙ medicamẽto generoso haudquaquam vtẽdum est, quod multis fuit præsidio, in quibus omnino salus est desperata, ne remedia apud vulgum suspecta reddantur: atque hoc, meo quidẽ iudicio, intelligendum est inde proximo morituris, in quibus vita per notabile temporis spatiũ produci non potest, quod præsertim acutis euenit morbis, in quibus verò per tempus notatu dignũ vita protrahi potest, vt in cronicis Gal. hoc non assereret, nam ethicum tertiæ speciei curandum suscepit, illique remedia tribuit: Verum & in his, si ægros curare suscepimus, cum protestatione agendum est: in morituris autem de proximo, si eos visitare coactus fueris, debitam victus

1. Apho. par. 8. & 11. meth. 9. & 12. eiusdem 3.

ctus

ctus rationem quo ad sex res non naturales tantummodo institues, vt & nostra lex iubet, atque requirit: In principijs igitur inquit Galen. in comment. Aphorismi sententiam aperiens, morborum salubrium maiora remedia adhibere tentandum est, si quid in talibus mouendum esse videbitur: Ex quo patet Galenus, non dicere, neque Hippocrat. absolute in principijs maiora remedia esse adhibenda, sed cum hac conditione, distinctioneque si quid mouendum esse videtur: Declarans autem Galen. quæ sint hæc maiora remedia, ait, maxime hoc est plurimum venæ sectio, nonnunquam, idest aliquando & raro, & purgatio quod quidem fit, cum materia turget, vt idem docebat in prima Apho. part. sentit enim Hippocra. quòd in longis quidem ægritudinibus nos semper expectemus coctionem, in acutis verò, cum turget ab initio medicamentis purgantibus uti possimus: atque hoc ipsum multa cum cautione, atque præmeditatione faciendum: ita quòd manifeste ibi Galen. sustinet, quòd neque semper in acutis ægritudinibus medicamentis purgantibus vtendum est, vti dictum est, atque ibidem à nobis declaratum. Proinde quòd remedia hæc maiora non sint adhibenda, cũ morbus iã uiget, ꝓbat Gal. quoniã ut ex libro de crisibus declaratũ est, tũc maxime fiũt coctiones, natura verò à coctionib. haudqua

Apho. 24.

quam

quã diuertẽda est: ut aũt hæ coctiones citius efficiãtur, melius est (inquit Galen.) in principijs dictis remedijs euacuare, vt natura facilius materiam iam minorem factam concoquere valeat: Verum morbo in suo vigore consistente, cum iã natura concoquit, superfluum est euacuare tũ ob alias causas, tum quoniam animalis facultas magna ex parte eo tempore defaticata est, licet aliæ duæ, vitalis scilicet atque naturalis valde perseuerent: cernimus namque dolorem, inquietudinem, anxietatem animalem prius virtutem

7. meth. ultimo. prosternere, licet aliæ ualidæ sint, nam licet Gal. dicat, in ægrotantibus cordis virtutem maxime necessariam esse, deinde illam hepatis, quæ saltim non adeo perpetuam habet necessitatem, sicut cordis virtus, cerebri verò ipsam minus esse necessariam, (cum non sit omnibus necesse neruorum, & musculorum opera fungi) attamen

9. meth. 10 dicit Gal. cerebri officium ad vitam par habere momentum subdens, quòd qualibet harum virtutum amissa, necesse est reliquas quoque unà perire: Et ob id idem dicebat, quòd cum virtus animalis in morbi vigore sit defaticata etiam ꝙ aliæ sint validæ, medicamenta purgantia haud quaquam exhibenda sunt, ne adhuc magis faticata ita pereat, vt aliæ simul cum ea perire cogantur: quòd si medicinam in uigore morbi dare uolueris, aut in prima, aut secunda parte status

tus exhibebis, si in prima quidem tunc natura maxime coctioni intenta est, & naturæ prohibetur operatio, nam ut Gal. inquit, quæ concoquuntur, indigent quiete, & propterea subdebat, q. purgationes materiæ coctionem impediunt, item tunc accidentia actionem virtutis in materiam consequentia in suo vigore consistunt, quibus virtus animalis agitatur, atque concutitur, quare tunc magis pharmaco agitabitur: adhæc nescis an natura crisim factura sit in secunda status parte, in qua materia iam concocta est, quòd si crisim factura erit, aut per secessum, & ita superflua fiat euacuatio: aut per aliam regionem, & ita naturæ operationi impedimento erit: Si verò dederis in secunda parte status, aut euacuatio intenta à natura prohibebitur, quemadmodum etiam supra diximus, aut superflua consequetur euacuatio: nullo igitur pacto in morbi vigore purgandum est, sed in principio ob iam dictas rationes: Est autem aduertendum, quòd cũ Gal. ait, in statu maiora remedia afferenda non sunt, ex hoc colligitur, quòd licet medicamenta electiue purgantia exhibenda non sint, adhiberi tamen possunt, quæ uim habent leniendi ventrem, prouocandi vrinam, & huiusmodi, dummodo hæc talia ita se habeant, quòd materiam non agitent, neque virtutem defatigent. Clara igitur est Aphorismi sententia, cuius quidem in

4. de rat. uict. 44.

altero

altero subsequenti causam aßignat, nempe, quòd circa initia & fines omnia sunt imbecilliora, scilicet casus omnes, videlicet (inquit Galen.) acceßiones febrium, & vigiliæ, dolores, fastidium, & sitis, sicuti dispositiones, in quibus hæc accidentia fiunt, morbis consistentibus meliores sunt in conualituris: Diximus autem aliàs in prima Aphor. part. quòd hoc intelligitur dispositiones esse meliores, quoniam materia est concocta, vel maxime concoquitur, licet ratione inflammationis febris augeatur, quæ quidem inflammatio fit maior, ac maior, quanto concoctio magis ac magis efficitur. Cæterum aduersus ea, quæ à nobis
l.4. tract. 2. cap. 7. hucusque sunt declarata, videtur esse Auic. dicens, si natura non mouet, moue tu hora motus eius: at hora motus naturæ est status ipse, ergò medicus in statu debet & ipse euacuare: Respondeo quòd in litera castigata (vt aliàs dictum est) ita legitur, Et si natura non mouet, moue tu motu conuenienti motui eius: atque hæc est Aphorismi uigesimi primi, primæ par. sententia, ubi Hippo. ait. Quo natura vergit, eò ducere per conuenientes regiones: quòd si etiam litera eo modo legeretur, dico, quòd hora motus naturæ est, cum materia est concocta, atque hoc pacto dicere intendit, quòd euacuandum est, cum materia est concocta, &

tunc

tunc non erit ſtatus, nam ſi natura non mouet, accidentia materiæ motum conſequentia non erunt, neque etiam accidentia, quæ actionem uirtutis concoquentis materiam conſequuntur, etenim materia iam concocta eſt, & cum eſt concocta, ceſſant accidentia: atque ita non ſumus in ſtatu, quinimmo tunc temporis eſt ipſa declinatio. Circa verò Galen. dictum, cum ait, nonnunquã & purgatio, nõ uidetur hoc poſſe intelligi de materiæ turgẽtis euacuatione, etenim materia turgens eſt veluti digeſta, neq; coctione indiget: Vnde ait Gal. loquẽs de humoribus turgẽtibus, tunc natura ad eos expellendos irritatur, atque aliquo indiget manum porrigente, & hũc humorum motum ad aluum deducente: Dico pro huiuſce difficultatis diſſolutione, quòd cum materia eſt turgens, ante coctionem ob rationem iam dictam, eſt euacuanda, nam & motus eius coctionem prohibet, fieri autem poteſt, quòd una parte illius materiæ turgẽtis euacuata, reliqua non erit turgens, & deinde concoqui poterit: Vel dicatur, quòd dixit, quo minorem iam factam materiam natura facilius concoquere valeat, quoniam vt plurimum id fit phlobotomia, cum materia turget. Proinde num omiſſa in principio phlobotomia, exiſtentibus his, quæ phlobotomiam eſſe adminiſtrandam indicant, in augmento, vel ſta-

4. par. Apho. 1.

tu

tu fieri poßit, si recte perpendamus, duæ sunt oppositæ opiniones, quarum quidem modo hanc, modo illam sustinuit excellentißimus Curtius, vt in diuersis suis lecturis palam videri licet. Qui partem affirmatiuam sustinent, habent Ga-
9.meth.5. len. authoritatem, qui de febre sanguinis verba faciens, ubi magna sit copia, inquit, Optimum igitur factu est (id quod nos semper in quaque re facere uidisti) statim non numero dierum, sed vni virium robori, in febribus eius generis attētum esse, quippe quod si seruatum est, non solum sexto, septimovè, sed & sequentibus diebus sanguis mittendus est: quòd si curare aliquando infirmum cogeris, cui non solum antea secandæ uenæ remedium prætermissum est, sed nunc quoque vel per medicorum ignorantiam, vel ipsius laborantis, propinquorumvè eius timiditatem procedente tempore mittere sanguinem prohiberis, ad frigidam exhibendam accedes: his igitur verbis Galen. post principium phlobotomiam concedere videtur. Secundo est authoritas eiusdem in libello de phlobotomia, quo in loco multorum de tempore phlobotomiæ opiniones recenset, nam quidam tertiæ diei circuitum expectare uolebant, ut nota foret ægritudinis natura, alij extremum terminum mittendi sanguinis diem quartum constituebant, alij verò statim ab initio phlobotomare uolebant: Nos

autem

autem (inquit Galen.) phlobotomiam laudamus statim esse faciendam, vbi conueniat phlobotomia cibo prius in uentriculo concocto, & crudis humoribus in primis venis non existentibus: verum quoniam quintum saepe diem aut sextum ab initio expectant priusquam nos ad curandum accersant, expediet nihilo secius quoq; sanguinem detrahere, etiam si huius auxilij tempus sit omissum, quocunque enim die sanguinis scopos in laborante inueneris, in eo auxilium illud adhibeto, etiam si vel uigesimus is ab initio extiterit: post quae quidem verba subdit, quinam sint scopi pro sanguinis missione. Adhaec est alia authoritas in eodem libello, vbi narrat historiam cuiusdam rustici, qui ophtalmiam patiebatur, atque eum curabat quidam de secta Erasistrati anxie fugiens semper venae sectionem, cui (inquit ipse) venam incidi post uigesimam diem, & prima quidem detractione tres libras sanguinis detraxi circiter horam quintam, deinde hora nona aliam sanguinis quantitatem detraxi: non igitur in solo principio, sed post principium quo phlobotomandum est: Postremo est Hippocra. & Gal. sententia nam cum ait in contex. Si lateris dolor assidus est, calidisque fomentis non remittitur, nisi quis dolore, vel alui subductione, vel secta vena pro unius vis exigentia soluerit, ptissanam autem ita affectos dederit,

1. de rat. uict. acut. 33.

derit, præcipitem aget in mortem: Galen. in commen. inquit, Si igitur cum in uigore fuerit inflãmatio ptiſſanam quis dederit, ęgrum grauiter offendet: ergò phlobotomiam concedunt, & purgationem in ſtatu, non autem in principio duntaxat. Pro parte autem negatiua ſunt rationes ſuperius adductæ, quòd id in ſtatu exequi non debemus, neque enim in prima neque in ſecunda ſtatus parte, vt ſuperius demonſtratum eſt: item vel materia ſuperatur à natura, vel econtra: ſi primũ non eſt impedienda natura: ſi ſecundum, morbus mortalis erit, atque hoc caſu dicit Gal.
1. Aph. 8. 11. meth. 9. & 12. eiuſdem. 3. non oportet deploratos curare, ſed Solis prognoſticis relinquere; Si dixeris, (ut Curtius) quòd victoria dubia eſſe poteſt, ſiquidem non magis videtur dominium virtutis, quàm materiæ, & tunc poterimus efficere, vt virtus fiat validior & materiæ dominetur Dico quòd hoc eſt fictitium, neque enim fieri poteſt reuera, quòd ſit ſtatus, vel ſaltem proinquus, & non appareant ſigna, quæ in eo ſolent apparere, quæ alterius dominium præſeferant. inſuper Galen. hoc Aphoriſmo inquit, circa initia morborum ſalubrium oportet maiora afferre remedia, quæ ſunt maxime venæ ſectio, nonnunquam verò & purgatio, quorum nihil oportet morbo iam conſiſtente adhibere, quid clarius? item Gal. ait, ꝙ
9. meth. ſi febricitet abundantia ſanguinis prohibente pro-

prospiratum, oportet tantum sanguinis detrahe re, quantũ vires tolerant, pro certo quoq; haben dum, nisi id adhibeatur præsidium fore, vt vel suffocentur, vel syncope omnino certè periclitentur, nisi vel virium robur, vel plurimus sudor, vel largum sanguinis profluuium à morte uindicet, & paulòpost subdit: Omissa phlobotomia à principio à rudi medico in incerto reliquum omne remedium est: Quo etiam declarato addit, in hanc consilij inopiam deueniunt, qui statim à principio Erasistrati persuasione inducti non uacuarunt, quòd si vrgente necessitate posset fieri in statu nihil eorum sequeretur: item Auicen. huiusce Aphorismi ponens sententiam dicebat, Et cum postponitur phlobotomia à principio ægritudinis, non amplius est ei intentio: alia verò litera dicit, Et cum postponitur phlobotomia à principio ægritudinis, tunc non phlobotomes in statu eius cum non sit ei intentio, & fortasse interficit propter aduentum debilitatis uirtutis. Quid igitur in hoc dubio, cum rationes adsint ex vtraque parte, atque Galeni sententiæ, dicendũ erit? Iudicio quidem meo tenendum censeo, ꝙ in statu nullo modo phlobotomiam facere debemus, atque pro responsione ad obiecta, vt clarior resolutio rei habeatur, aduertendum est, ꝙ augumentũ duas habet partes, primã quidẽ, q copulatur principio, & sapit naturã principij,

1.4. tract. 2. cap. 7.

secundam verò statui adhærentem, quæ sapit naturam status: His igitur suppositis, dico, quòd tempus conueniens mouendi, si mouendum videtur principium præsertim est: post autem principium prima augumenti pars, in secunda verò cum præcipue versus statum accedit, mouendum non est, sicuti neque in statu ob easdem rationes: Est autem aduertẽdum, quòd per principium debemus intelligere primum ægritudinis tempus, non autem primum insultum, neque triũ dierum spatium: nam vt dictum est, principium hoc ad multos sępe dies extenditur, quemadmodum se in libr. de quatuor temper. vniuers. morb. abunde scripsisse fatetur: quo quidem significato accepit Hippocrat. in Aphorismis, cum ait, concocta medicari, & neque in principijs, nisi materia turgeat: & in acutis paßionibus rarò & in principijs &c. Patet autem ex his facilis responsio ad primam authoritatem, non enim Galen. ait, quòd in statu fiat phlobotomia, sed vbi robur seruatum sit, non solum 6. aut septimo, sed & sequentibus: & tunc id fiet si non in principio, hoc est primis diebus, quo melius esset id fieri, saltim in prima augumenti parte: Vnde in Anaxione Hippocrat. octaua die venam secuit, & principium ad decimum septimum vsque diem perdurauit: Pariter dicimus ad eã ex lib. de phlobotomia authoritatem,

1. Aph. 12 & primo de cris. c. 6 & 7.

1. Aphor. 22. & 24.

thoritatem, quòd in primis quidem diebus bonū est venam secare, quòd si tempus illud elabatur, alijs etiam diebus secanda erit, si scopi adsint, quo quidem casu adhuc erimus in principio ægritudinis, tametsi vigesimus dies pertransierit: & propterà ad tertiam quoq; eiusdē lib. dicimus, ꝙ Gal. post 20. diem venam secauit, quoniam morbus non erat in statu, neque in secunda augumenti parte, sed fortè adhuc in principio, siquidem ait, quòd ille semper magis ac magis deterius se habebat ex sanguinis ad oculos fluxione, dicebat autem lib. illo de quatuor tem por. uniuers. morb. in phlegmone esse principium, dum sanguis in affectam particulam fluit. Ad quartam verò rationem dicendum est, quòd ille est vigor morbi quo ad accidentia, non autem quo ad concoctionem, quinimmo ait, quòd sputum non procedit, & summe est glutinosum citra coctibilitatem &c. Galen. autem hic in commento reddens rationem, cur oportet quietem habere in statu, inquit, quoniam coctiones tunc maxime fiunt, & virtus animalis est faticata, & accidentia sunt fortiora, quę quidem omnia sunt in seruantibus materiam ad vnam expulsionem: Dixit etiam tum propter alia, & dictum est, quia nescimus an natura sit factura crisim, & per quam regionem: in pleuritide autem, & eo Cap. 3.

casu non seruatur materia ad vnam creticam expulsionem, & quia natura non concoquit, non dubitamus naturam prohibere, eamque a coctione distrahere & eius operationem prohibere, quinnimmo quoniam sumus in principio ad tolendum dolorem phlobotomiam emolimur.

APHORISMVS XXXI.


Ius, qui ex ægritudine bene cibatur, nihil perficere corpus, malum.

APHORISMVS XXXII.


Mnes ferè, qui male se habent circa initia bene cibati, neque quicquam proficientes, circa finem rursus cibum non appetunt. Qui uerò circa initia cibum valde non appetunt, postea bene appetentes, in melius euadunt.



AL. in com. dicit, quod oportebat hosce duos Aphorismos illi o-ctauo, nono, & decimo adiungere, in quibus de his agit, de quibus etiam præsentibus hisce Aphorismis: Ponit autem Gal. differentiam unam inter 31. & octauum, nã cum in hoc & in illo unum commune utrisque assumatur, quod est ibi quidẽ cibũ assumere, hic uerò bene cibatur, de quo in eo diximus aphorismo, siquidẽ consuetudo est Hippocratis dicere, assumere cibos appetentes, ac pastos usque ad satietatẽ, ibi quidẽ subintulit vnum casum, siue accidens, quod est non corroborari, quod ad virtutẽ attinet: hic verò mutauit casum, & loco nõ corroborari, dixit, nihil proficere corpus, quod ad corpus attinet, quæ duo ferè similia sunt, id enim accidit, aut potentiæ imbecillitate, qua corpus nutritur, aut abundantia malorum humorum, quorum vnumquodque malũ est: & propterea ait Hippoc. [Eius, qui ex ægritudine bene cibatur malum.] in alio verò Aphorismo, qui trigesimus secundus est, subdit Hippocra. quòd ferè omnes, qui a principio bene cibati, hoc est cibum cum appetitu desumentes, non proficiunt, idest corpus non nutritur, circa finem rursus cibum non appetunt: Galen. in commen. dicit, quòd

qua causa isti à principio bene cibati non proficiunt, eadem circa finem cibum non appetent: est autem causa vitium totius corporis cum partiū appetentium, hoc est uentriculi robore. Verum postea aucto uitio in toto corpore ob cibi multitudinem tandem quoque instrumentnm appetendi afficitur, & ita qui bene appetebantur, inappetentes fient: Ex his patet responsio ad unā difficultatem, quæ oriri posset, quomodo fieri potest ꝙ in corpore sint humores mali nutritionem prohibentes, & ille habeat appetitum, nam potest esse vitium in toto reliquo corpore prohibente in humoribus nutritionem excepto ventriculo, qui cum non fuerit affectus, cibos appetet. subsequitur Hipp. in secundo Aphorismi parte [Qui verò circa initia cibum ualde non appetunt, postea bene appetentes, ij melius euadunt] vult enim eos melius permutari, qui prius non appetentes, & parum cibi assumentes postea appetunt, & cibantur: Gal. in com. propè finē causam permutationis aßignat, quoniam natura eo tempore, quo parum cibi assumebant, neque erat circa copiosi cibi coctionem occupata, concoquebat dispositionem, quæ erat causæ inappetentiæ, hoc est malos humores in toto corpore peccantes, vel eos ad benignum reducendo, si reducibilis erant, vel ad expulsionem præparando, eosque tandem expellendo.

APHORISMVS XXXIII.

IN quouis morbo mente constare, & bene se habere ad illa, quæ offeruntur, bonum: contra uerò se habere malum.

IN hoc Aphorismo Hippo. duo signa ponit, quæ in quolibet morbo bona sunt, sicut duo pariter eorundem opposita mala: alterum quidem est constare mente, hoc est habere uirtutes sensitiuas bene constantes, non delirari, inditium enim est omnia ea sana esse, quæ ad cerebrũ attinent, eiusque membranas, spinalem medullã & septum transuersum, & partes denique omnes neruosas, quæ præsertim iuxta cerebrum sunt: alterũ verò est bene se habere ad quæ offeruntur, quod quidem præcipue significat ventriculum bene se habere, quod est appetitus instrumentum, item hepar, & cor, & huiusmodi: Verũ cum ex superius declaratis triplex sit signorum genus, hæc vtique inter ea quæ salutẽ vel mortem indicant, sunt reponenda: dictũ aũt est per sæpe ex Galen. sententia ꝙ multum differt, apud 1. de cris. 14. & 15

Hippo. dicere signum aliquod simpliciter bonũ, vel malum & esse valde bonum, vel valde malum, vel mortale, vel mortale valde, vel pessimum, vel optimum: præsenti autem Aphorismo cum dicit aliquod esse bonum eorum, quæ ad corpus attinent, ex illo censendum non est hominem euasurum esse, vel cum dicit, malum, esse omnino moriturum: etenim fieri potest, quòd bonum sit aliquod signum cum aliquo malo, quod maiorem uim habeat: & tunc illud bonum à malo superari potest: Vnde tales vtique sermones ad bonum sensum sunt reducendi, vt signum bonũ dicatur quoad id attinet, pariter & malum, sed si de uita aut morte pronuntiare volumus (dicit Galen. in commen.) opus est, vt vim omnium
3. prog. 42 signorum prius optime perpendamus, quemadmodum nos docuit in prognosticis Hippocra.
„ his verbis: Oportet eum qui sit rectè prædictu-
„ rus sanitatem aut mortem, in quibus morbus plu-
„ ribus diebus fatigaturus est, & in quibus pau-
„ cioribus inditia ediscendo omnia interstinguere
„ estimando vires eorum inter se &c. non igitur vnum tantum contemplandum est signum, si enim adesset facies Hippocratica, de qua in primo prognost. vel stridor dentium post alienationem, non autem ex consuetudine, quæ signa valde mortalia sunt, nihil utique efficerent, si reliqua bona conspicerentur. Dixit autem

Hippo.

Hippocrat. duo illa signa in quouis morbo bona esse, siue ille acutus sit, siue longus, vt Galen. in comment. interpretatur: nam quędam signa sunt, quę non in omni morbo sunt bona, vt est illud ab Hippocrat. descriptum, vbi ait: Spirationis facilitatem existimari oportet per quàm magnam vim habere ad salutem in omni morbo, qui cum febre infestet, & quadragesimo die iudicetur: quo quidem in loco Gal. in comment. reddebat rationem, cur magnam habeat vim in acutis cum febre, quoniam indicat neque thoracem, neque cor, neque pulmonem, neque pręcordia dolore affici, neque partes his adiunctas, ventriculum scilicet, lienem, ac iecur: item significat, quòd calor febrilis non magnus est: quę cum ita sint (dicit Galen.) quopactò non dixeris magnam spem subesse salutis in morbis acutis, in quibus propter febrium magnitudinem, aut propter inflammationem propriè nominatam pericula imminent? Itaque longi morbi sine his eo q̃ vires exoluãt, non sine periculo sunt, proindeque eos ab oratione excepit, ac de solis acutis definiuit. Dices, videtur, quòd spirationis facilitas sit bonum signum in cronicis quoque sui ratione licet contingat alia ratione ęgrum mori, ut & de constare mente dictum est. Dicendum est, quòd Hippocrates non dixit id abso- 1 prog. 28.

lute

lute bonum esse, sed addidit valde inquiens [per magnam vel valde magnam] uim habere in acutis cum febre: quod quidem non se habet in longis, licet in se absolute bonum sit. Proinde ꝙ hæc duo signa ab Hippo. hoc aphorismo proposita bona sint, & quid boni indicent, ostendit Gal. in postrema com. parte, nam vt supradictũ est, constare mente, significat cerebrum, membranas, spinalem medullam, & septum trãsuersum, & partes omnino neruosas præsertim, quæ iuxta cerebrum sunt, omnia sana esse, bene verò se habere ad illa, quæ offeruntur, ventriculum indicat, hepar, & cor pariter sana esse: Vnde Galen. inquit, si in ægrotante dicta mẽbra sunt valida, non possumus non habere magnam spem de ęgrotantis salute, nam si hęc omnia membra sunt sana, clare constat omnes tres virtutes sanas esse, nempè animalem, naturalem, atq; vitalem: cum enim ventriculus bene se habet, ac præsertim ipsius os, signum est cor bene se habere, ꝙ si cor pateretur, facile etiam os ventriculi ob propinquitatem afficeretur: ideo Gal. fortè dicit: Quę ad uentrem attinent. Cæterũ quoniam Hippo. & Gal. dicere videntur, quòd ambo simul illa bonum significant, dicet fortè quispiam si alterum tantum reperiretur, quod nam melius esset? Respondent nonnulli, ꝙ melius est bene se habere ad ea, quæ offeruntur, si-

quidem nos pro uita naturali uirtute, quàm animali magis indigemus, vel virtutis naturalis, quàm animalis operatione. Verùm falsum est, quòd uirtus naturalis magis sit necessaria ad uitam, quàm animalis, cum Gal. totum oppositum dicat, vbi ait; in ægrotis quidem nos cordis actione magis indigere, & paulòpost concludit: Maxima igitur est cordis officij dignitas, atque ægrotantibus maxime omnium necessaria, cerebri verò ad vitam quidem par est momentum, non tamen par robur eius in ægrotis requirimus, cum necesse omnibus non sit neruorum ac musculorum opera uti: itaque abunde fuerit, si tantum eius seruatum sit, quo respirationis munus sit obeũdum, at uerò iocinoris opus omnibus periculis pernecessarium est, non tamen adeo saltem perpetuam necessitatem habet, sicut ipsius cordis: ad portionem autem iocinoris etiam uentris opus se habet. Curtius hanc ipsorum responsionem saluare intendens, inquit, eorum dictum intelligendum esse, quod melius est bene se habere ad ea, quę offeruntur, quoniam uirtute naturali fortiori quàm animali indigemus, vt fuit Gal. sententia: Sed non uidetur responsio ad propositum, nam pro constare mente intelligit non delirare, non autem valde moueri: vt autem constat (dicit Galen.) non requirimus in ęgrotis par robur uirtutis animalis, quę per

7. metho. c. ultimo.

neruos,

neruos, & musculos operatur, sepe autem multos male appetentes melius euadere, quàm delirantes, atque hoc experientia comprobatum est: propterea, meo quidem iudicio, dicendum censeo, quòd melius est constare mente, quoniã significat cerebrum bene affectum esse, quod membrum principale est, non autem ventriculus, de cuius quidem dispositione indicat appetitus siue bonus siue malus: Et ob id Gal. in com. exponit hoc pactò, & licet bene appetere significet & hepar, & cor esse sana, illud non est principaliter, sed consequutiue: bene autem constare mente principaliter cerebrum bene se habere significat: item licet bene appetere significet cor & hepar bene se habere, non tamen nõ appetere significat cor male se habere, sed ventriculũ, nõ constare autem mente cerebrum male affectum esse indicat. Aduersus determinata dicit fortè quispiam in ethico tertiæ speciei bonus appetitus esse potest, necnon bene mente constare, & tamen non est bonum, siquidem morbus ille insanabilis est: item posset quis adeo sperare, atque lætari, ꝙ medicamenta reijceret: adhæc quidã sunt ægri, quibus nihil est exhibendum, ergò in his bene se habere ad ea, quæ offeruntur, bonũ non est. Ad primum dico, quòd ea, quæ ab Hippocrate dicta sunt, bonum significant, sed non necessarium est, quòd æger semper sit conualiturus:

liturus: ad secundum verò dicimus, quòd ratio hæc aduersus eos dirigitur, qui sustinent, quòd per constare mente intelligendum sit lætari, quod quidem non est bene dictum, sed intelligit Hippocrat. non delirare, & licet lætari bonum sit, non tamen est bonum lætari vltra quàm par est, significat enim cerebrum non esse recte dispositum, sicut & desperari præter rationem: ad tertium verò dicerem, quòd bene se habere ad ea, quæ offeruntur, bonum signum est, quoniam ea membra sana esse significat, licet accipere cibum in illis malum sit per viam causæ; quoniam ægritudinem augebit.

APHORISMVS XXXIIII.

IN morbis minus periclitantur, quorum naturæ, aut ætati, aut habitui, aut tempori magis congruit morbus, quàm quibus secundum nihil istorum congruit.

Senten-



ENTENTIA huiusce aphorismi, licet clara sit, quòd dicat Hippo. minus in morbis ęgrotantes illos periclitari, quorum temperaturę, aut ætati, aut habitui, aut tempori anni morbus congrui, siue proportionatur, quàm quibus secundum nullum istorũ congruit, siue proportionatur, attamen Diocles ipse, ac nonnulli alij perperam aphorismi sentẽtiam interpretati sunt, quos quidem Gal. in com. reprobare conatur: Vt autem quę ab Hippo. scripta sunt, rectè percipiamus, Gal. sectabimur expositionem, qua quidem imprimis declarat, quod per naturam hoc loco sit intelligendum, hęc enim ea est, quam temperaturam nuncupamus, quę ex primis fit elementis: secundum quam significationem hoc quoque nomine alijs plerisq; in locis vsus est, atque pręsertim toto libro de natura humana: Hoc idem ab eodem habetis, 3. Aph. 2. ubi cum Hippocr. ait, Naturarũ hę quidem ad ęstatem, hę uerò ad hiemem bene, male vè se habent, Gal. subdit in com. ꝙ Hipp. hoc loco naturas dixit secundum principalißimum, & proprium significatum, quod quidem potißimum est secundum ipsam naturę substantiam: quę quidem verba subintulit Gal. quoniam aliquan

do assueta naturalia esse dicimusr sicut albedinem, nigredinem, quę non sunt ex arte, naturalia dicere solemus: item compositio natura dicitur, ut infra dicetur: Et ob id Gal. pręsenti aphorismo dicit, cum natura multis modis dicatur, pro temperatura audiendum est, itidem alibi dixit secundum principalißimum, & propriũ significatum, quoniam eius maxime principale, ac proprium significatum est, vt pro forma substantiali, quemadmodum præsenti aphorismo capiatur, etenim temperatura secundum Galen. substantialis est forma, vbi ait: Quæ corporibus insunt, distinguamus, insunt autem primum, & maxime temperamenta, quippe quæ propriã particularum substantiam complent, corpus enim tale natura est, propterea q caliditate, frigiditate, humiditate, & siccitate sic cõmixtum est, nam carni esse carnem, & neruo neruum, & aliorum vnicuique id esse, quod est per qualitatum quatuor prædictarum certam quandam temperaturam, mistionemque contingit: Hæc igitur eis secundum substantiæ rationem insunt: consequuntur autem necessariò odores, sapores, colores, durities, mollities. item hæc verba profert Gal. sanè naturam cum dico, vniuersam substãtiam, ac temperiem, quæ ex primis elementis cõflatur, significo, calido, frigido, humido, & sicco: Neque audiendæ sunt Conciliatoris glossę, qui

3. apho. 2: & 1. de us. par. 9.

3. de tẽp. 4

qui præter temperaturam formam substantialem constituit: dicitque Gal. sensisse ipsam esse substantiam secundum similitudinem, vel capiendo substantiam pro essentia, quomodo in accidentibus etiam, quæ habent quantitatem, substantiam esse dicimus: complexionem itaque esse substantiam opinatur, hoc est essentiam rerum naturalium definitionem ingredientem. Verum
1. de usu. par.9. hoc dicere non potest de Galeni sententia, siquidem ait ipse: Vt autem sermo noster methodo procedat, quæ corporibus insunt omnia distinguamus; Quòd si præter temperaturam alia forma substantialis esset, de ea vtique meminisset, cum omnia distinguere proponat: Tamperatura autem, quæ à principio natiuitatis acquiritur, diuariari potest vel ratione ętatis, vel ratione habitus, qui ex regimine acquiritur, & in raritate consistit, densitate, mollitie, duritie, carnositate, & macie: vel ratione temporis, quod regionem, aerem, & cœli statum in se concludit; & ob id non solum oportet nos temperaturam à principio natiuitatis acquisitam contemplari sed & omnia prædicta à quibus variari potest, vt eius cognitio magis exacta habeatur: dicit itaque Hippo. in aphorismo, quòd in morbis minus periclitantur ægrotantes illi, quorum primę temperaturę corporis acquisitę à principio generationis, vel ei, quę quidem

super-

superuenit aut ratione ætatis , aut ratione habitus , aut ratione temporis , morbus magis congruit , hoc est magis proportionalis est, quàm quibus secundum nihil horum congruit, hoc est nulli istorum proportionalis est , nam calidæ naturæ , calidæ ætati , calido habitui, calido tempori , calidæ constitutioni anni , & calidæ regioni morbi calidiores sunt congrui, idest proportionales , sicuti frigidioribus frigidiores , & humidioribus humidiores , & siccioribus sicciores . Fuere autem nonnulli, inter quos Diocles à Galen. nominatur , qui alio pacto aphorismum interpretantes , contrariam Hippocra. fuisse sententiam arbitrati sunt, nempè quòd in morbis minus periclitantur, quorum naturę , aut ętate , aut habitui , aut tempori nihil congruit morbus : quorum quidem talis erat ratio, nam verum quidem est , morbos à similibus excitari, sed tamen hi à contrarijs soluuntur : vnde scripsit & ipse Hippocra. contraria contrarijs remedia esse , & in aphorismo 22. huius dictum est ab eo , quicunque morbi ex repletione fiunt , curat euacuatio , & quicunque ex euacuatione repletio , & aliorum contrarietas : & ob id dicunt hi , febris ardens quę hieme fit , facilius sanatur ea , quę ęstate conficitur. Verum hæc expositio non solum est à veritate aliena , uerum & à mente ipsius

Hippocra. quemadmodum recte in commen. dicit Galen. Neque enim aduertunt hi, quòd febris ardens hieme fieri non potest, nisi à forte causa, etenim opus est, vt causa ita sit valida, vt temporis contrarietatem superet, quæ febris ardentis generationem prohibet. Si igitur tempus anni contrarium cohibere non potuit magnitudinem dispositionis febrem generantis, quo tempore ei sanitas suffragabatur, quæ & ipsa contra dictam dispositionem pugnabat, multo minus genito morbo, cum sanitatis robur non amplius ei suffragari potest, dictam dispositionem superare poterit: atque ex his non consequitur complexionem, ætatem, & habitum, quæ sunt contraria, melius esse, siquidem facilius curatur egritudo. Insuper dicit Gale. experientia compertum est, ꝙ si duæ sint febres magnitudine pares, & ardentes, quę quidem hieme contingit, magis perniciosa est: quòd si contingat febrem aliquam ardentem in calida temporis constitutione generari, & statim post eius generationem subita fiat temporis ad frigiditatem mutatio, hoc quidem casu febris hęc facilius remoueri poterit: atque illæ duę temporum constitutiones oppositæ in tali febre bonæ sunt, prima quidem tanquàm signum, signum nãque est, quòd causa valida non fuit: altera vero tanquam causa, qua facilius morbus dissoluitur.

tur. ex dictis autem soluitur obiectum, siue ratio illa, quæ ex opinione dicta Dioclis & aliorum oriri uidebatur desumpta ex Hippocra. & Galen. dictis, nempè quòd si contraria morbis contrarijs remedia sunt, ergò prædicta omnia contraria facilius morbos oppositos sanare poterũt, nam verum est id quod dicit Hippocra & Gale. si cętera sint paria, quòd si cætera paria non sit, necessarium non est id, ut supra de duabus febribus illis ardentibus, quarum altera hieme fit, altera verò ęstate, declaratum est, in his etenim causæ generantes pares non sunt: atque hoc idẽ voluit Galen. ubi Hippocra. dicente, Morbi quoque alij ad alia bene, vel male se habent, & quędam ętates ad tempora, & loca, & victus genera, in commen. subinfert, Morbi igitur bene se habent ad tempora quidem, vt ad generationem similes, vt ad solutionem verò contrarij, atque hoc intelligendum est data in cęteris paritate; quare ex his etiam clare constat prædicta ab illis in medium proposita sententię huiusce aphorismi minime aduersari. Verum quoniam aduersus hunc aphorismum duę sunt obiectiones, quas quisque in medium proponere posset, Galen. in commen. vtrasque dissoluere conatur: prima quidem est, Hippocra. inferius inquit: Raucedines, & grauedines in ualde senibus coctionem non admittunt sed hę pasiones

3. apho. 3

hac par. aphor. 40.

ætate senili maxime congruunt, vel maxime proportionales sunt, ergò dicet quis, hic aphorismus, vel ille falsus est, si enim hic verus est, cum ægritudines illæ senectuti magis proportionales sint, facile curari deberent. Respondet Galen. duobus modis, primo quid.m, quòd aliud est dicere ægritudinem aliquam periculosam esse, atque aliud non concoqui, longam esse, & ad mortem vsque perdurare, hoc quidem aphorismo vnum dicit Hippocra. at in aphorismo altero aliud: secundo autem respondent, quòd in eo aphorismo non dicit in senibus absolute, sed in valde senibus, in quibus omnia quanquàm parua sint, & etiam proportionalia, non sui ratione sunt periculosa, sed ratione virium imbecillitatis: signa enim cruditatis sui ratione longam ægritudinem præseferunt: quæ tamen in acutis & cum virtutis imbecillitate mortem indicare ualent. Altera verò obiectio est, Hippocra. in Epidemijs scribit: & maxime moriebantur, quibus natura ad phtisim vergebat (loquitur enim de austirna anni constitutione, quæ fuit in Thaso, qua multa mala contigerunt) cum enim constitutio illa congrueret his, qui ad phtisim parati erant, habentes scilicet pectus angustum, colum longum, spatulas eleuatas,

1. Epide. à princ.

ac

acsi haberent alas, ratione istius aphorismi minus mori debebant, cuius tamen oppositum illis contigit. Respondet Galenus, quòd in Epidemijs non loquitur de natura, quæ est temperatura ex elementis conflata, sed intelligit formam, seu corporis compositionem, quam solet etiam nonnunquam naturam appellare: vnde sicuti calida temperatura facilius in calidos morbos incidit, ita qui habent pectus angustum, colum longum, spatulas eleuatas, vti alas facilius in phtisim dilabuntur, sed calida temperies in morbis calidis minus periclitatur, qui verò angustum pectus habent, vbi in phtisim inciderunt, magis periclitantur: atque ita solutio in hoc consistit, quòd hic loquitur de morbo proportionato complexioni, non autem compositioni. Sed dices, videtur, quòd eadem ratione, qua morbus proportionatus complexioni minus periculosus est; eadem ratione & compositioni proportionatus, siquidem à leuiori causa efficitur. Respondeo, quòd morbus compositioni proportionatus periculosior est, quoniam compositio non tantum facit, vt à leuiori causa talis morbus fieri possit, sed curationem prohibet: vnde pectus angustum, colum longum, & huiusmodi habentes non ita superfluitates excernere queunt, quæ in pectore, ac pulmone reperiuntur, atque

ob id prohibetur curatio, at non sic de temperatura se habet, etenim hæc non solum non impedit, sed & curam adiuuat, quoniam morbus complexioni proportionatus vtpote à leuiori causa productus, non adeo virtutem imbecillam reddit, ita quòd valide morbum superare, ac in eum agere potest: item minor est distantia redditus ad naturalem temperaturam, in disproportionato verò maior est distantia, virtusque à causa validiori imbecillior redditur. Cæterum an hoc verum sit, quòd morbus proportionatus minus sit non proportionato periculosus, dubitant expositores, multasque aduersus hanc sententiam instantias afferunt, quarum quidem potiores diluere conabimur. Prima quidem instantia ab eis adducitur, quoniam æstiuæ quartanæ minus sunt periculosæ, quàm autumnales, & hiemales, & tamen quartanæ autumno proportione respondent, æstate verò non: aphorismo nanque eo ait Hippocra. Aestiuæ quartanæ magna ex parte breues, autumnales verò longæ. Respondent quidam, quòd quartanæ æstiuæ æstati magis proportionales sunt, quàm hiemales, & autumnales, atque hoc pactò æstiuæ quartanæ minus sunt periculosæ æstate, quàm autumno. Verum hæc responsio est de diametro aduersus Galenum, quoniam pariter dicerem febrem ar-

Apho. 25. huius par.

den-

dentem, quæ hieme fit, esse hiemi proportionatam, atque ex consequenti minus periculosam: contrarium tamen censet Galenus ipsam esse periculosam, vtpote non nisi à forti causa conflatam: Alio igitur modo responderem ego, quòd Hippocra. in aphorismo non dicit minus esse periculosam, sed breuiorem: & Galen. in commento reddens rationem ait: Non solum quartanę æstate breues fiunt, sed & ægritudines aliæ, propterea quòd humores inutiles funduntur, & per totum corpus feruntur, atque diffluantur; in quibus igitur vires validæ sunt noxijs humoribus euacuatis morbi cessant, in quibus uerò sunt imbecilles unà cũ ipsis euacuatis & ipsæ dissoluũtur, quare cõstat ex his|, ꝙ breuitas harũ & ad salutẽ & ad mortẽ desinere põt: Vel respondendũ est, ꝙ in quartana febris est, & materia, quæ febrem efficit, quantum quidem ratione febris æstati est proportionata, sed ratione materiæ nequaquam: aphorismus autem intelligitur de morbo, non autem materia, vel morbi causa: Vnde simile est de quartana in autumno, sicuti & de præparatis ad phtisim: nam sicut illi facilius in phtisim incurrunt, & ratione compositionis, quæ ad eam parati sunt, ægritudinis solutio prohibetur, ita & in autumno quartanæ facilius generantur, difficiliusq; soluuntur, siquidem materia, & quar-

tana ab anni tempore fouetur, atque conseruatur, non sic autem in æstate res habet, quinimmo materia æstate resoluitur: intelligendus est igitur aphorismus in morbis, non autem morbi causis, siue materijs, & ob id in eo inquit Hippocra. in morbis minus periclitantur, & quę sequuntur: Adducunt & secundam instantiam, quòd si duobus phlegmaticis febris eueniat, alteri quidem colerica, alteri verò phlegmatica, clarum est, ꝙ phlegmatica periculosior, siquidem colerica interpollata à toto genere salubris est, phlegmatica tamen est ei proportionata. Respondet Curtius, quòd morbi eiusdem speciei inter se comparandi sunt, vtpote in colerico, & phlegmatico febris colerica febri coleric æ. At non video diuersitatis rationem, cur si duæ febres colericæ colerico & phlegmatico comparẽtur, ita & phlegmatico duæ diuersarum specierum comparari non poßint. Responsio igitur melior est, quòd febres illæ quatenus febres ambæ disproportionatæ sunt, suique ratione vna nõ est periculosior altera, si pares sint in caliditate, sed altera quidẽ est periculosior rõne alterius. s. materię, quẽadmodũ Gal. testatur, ꝙ raucedines, atq; grauedines non sui ratione periculosæ sunt, sed imbecillitatis virtutis rõne: adhæc tertiò obijciunt hi, Spasmus siccus neruo proportionatus est, quoniam neruus frigidus est & siccus, est

tamen

tamen ſpaſmo humido diſproportionato magis periculoſus. Reſpondet Curtius, vt ſupra, ꝙ ſpaſmus ſiccus in neruo ſicco & humido, humido & ſicco cōparari non dēt, ꝙ quæ ægritudo in curabilis curabili comparanda non eſt: eodē modo, vt ſupra, hæc Curtij reſponſio confutanda venit, nō .n. rō videtur, cur hæc cōparari non debeant: Clarius igitur & rectius dicerem, vti prius à nobis dictum eſt, quòd aphoriſmus de morbo non aūt morbi cauſa intelligitur, etenim ſpaſmus ſiccus quatenus ſpaſmus non magis humido periculoſus eſt, ſed ratione cauſę periculoſior videtur, quoniam hic quidem à ſiccitate, quæ ſanari non poteſt, ille uerò ab humiditate, quæ remoueri poteſt: quo etiam loco reijciendam eſſe cenſeo illorum reſponſionem, qui ſuſtinent, quòd ſpaſmus humidus virtute neruo magis proportionatus ſit, quàm ſiccus, ſiquidem ex Galen. placitis in commen. manifeſta ipſius eſt confutatio: Prę terea quarto inſtant ijdem de febre peſtilenti, quæ magis corpori immūdo proportionata, quàm corpori mundo, in corpore tamen immundo magis eſt periculoſa, vt teſtatur Gal. cui quidem dicēdum breuibus eſt ex his quæ ſuperius quoq; dicta ſunt aphoriſmū intelligēdū eſſe de ęgritudine cōplexioni ꝓportionata, nō āt rōne mūditiei, īmūditiei vè corporis: qđ itidē adhæc obijciunt ij, nēpè de facie hippocratica Vide lib. feb. 4.

de qua meminit Galen. primo prognoſt. quòd eſt magis proportionata acutæ ægritudini, quàm cronicæ, ea tamen in acuta magis periculoſa, aduerſus propoſitam ſententiam nihil efficit, etenim Hippocra. de morbis loquitur, non autem accidentibus, quæ ſigna ſunt. Nec minus ſoluitur illud obiectum quod faciunt iſti, dum inquiunt, quòd paralyſis, podagra, pleuritis omnia hæc ſiniſtro magis proportionata ſunt, quàm dextro lateri, eique facilius accidunt, periculoſiora tamen ſunt, quæ ſiniſtro occurrunt lateri, difficiliusque curantur, nam dimiſſa reſponſione illa eorum de proportione virtuali dicimus, ꝙ facilius illa parti ſiniſtræ accidunt, quoniam pars ea imbecillior eſt, eademque ratione difficilius ſanatur, quemadmodum de parato ad phtiſim ſuperius dictum eſt: Neque obſtat
1.3.tracta. 4. cap. 18. *poſtremo Auicen. authoritas dicentis, multiplicatur generatio melancholiæ in eo, cuius cor eſt vehementer calidum, & cerebrum ipſius eſt humidum, quare cor generat coleram nigram, & cerebrum ſui humiditate ſuſcipit eius impreſſionem: morbus tamen nec cordi, quia calidum, nec cerebro, quia humidum proportionatus eſt: melancholia autem frigida eſt, & ſicca, dicimus enim pariter miſſa virtuali eorum proportione, quòd non dicit Auic. quòd periculoſior ſit, ſed quòd in*

eis

eis melancholiæ generatio multiplicatur: Vel dicatur, quòd multiplicatur, quoniam tale cor melancholiam generat, quæ cerebro facile suscipitur, & sic non est ad propositum aphorismi loquentis de eo, quod complexioxioni proportione respondent. Multa alia adduci possent, sed hæc sufficiant, vt aphorismi sententiam corroborent: ex dictis nanque constat, quòd aphorismus verus est in morbis, qui complexioni proportione respondent, at non compositione, suique ratione, non autem respectu aliorum, siue sint causæ, siue morborum materiæ, siue istiusmodi, quemadmodum ex obiectorum solutione aperte demonstrauimus.

APHORISMVS. XXXV.

IN quo uis morbo partes ad umbilicum, & imum uentrem attinentes, crasſitudinem habere melius eſt. Multum uerò extenuari, ac cõtabeſcere, prauum. Sed & hoc ad inferiores purgationes, periculoſum.

Erat

1. prog. 30 

RAT Hippocra. sententia, quòd ilia saluberrima sunt, si dolore vaccant, si mollia, & æqualia sunt dextra, ac sinistra parte, si verò inflammatione vexantur, aut dolore, aut intenta sunt, aut inæqualiter affecta dextra, ac sinistra parte, hæc omnia animaduertenda sunt, siquidem in morbis acutis, de quibus ibidem loquebatur, hæc ipsa frequentius accidere consueuerunt, at quòd partes hæ tenues, crassævè sint, in omnibus indistinctè, atque in longis frequentius ægritudinibus spectari licet: propterea Hippocra. illi sententiæ de acutis verba faciens hunc addidit aphorismum, vtpote proprium ipsis longis ægritudinibus, quemadmodum rectè Oribasius cum Galeno interpretatus est. Dicit itaque Hippocra. in prima aphorismi parte, ex Galeni interpretatione, quòd bonum est in morbis longis huiusmodi partes ad vmbilicum & imum ventrem attinentes, craßiores esse, tenuiores nanque malæ sunt & tanquam signa, & tanquam causæ: signa enim sunt imbecillitatis partium in eo ventre extenuatarũ, causæ verò, quod ciborum coctio in ventriculo non rectè conficiatur, neque in hepate sanguificatio, propterea quod dictorũ membrorũ vtrunque calesit à prædictarum partium craßitudine,

tudine, quæ quidem calefactio tum coctionẽ dictã, tũ ipsam sanguificationem adiuuat: vnde cũ partes illæ extenuantur, operationes dictæ tantum læduntur, quantum iuuantur, cum non extenuantur: Per imum aũt ventrẽ quẽ pectinem appellant, intelligit Hip. vt declarat Gal. in com. partẽ ventris inferiorem, quæ inter pudenda ad vmbilicum collocatur: diuidit nanque Gale. totum epigastrium, hoc est abdomen, vel ventrem inferiorem in tres partes, in hipocondrium, idest ilia, & vmbilicum attinentes partes, ac ventrẽ imum, hoc est pectem. Subdit Hippo. in secunda aphorismi parte, ꝙ & huiusmodi partes graciles esse, & contabescere ad inferiores purgationes periculosum est, nam vt inquit Gale. in com. opus est partes infra thoracem robustas esse, vt optime purgationes adiuuent, alioquin multa in purgationibus incõmoda patiuntur, etenim incõmoda consequuntur, quoniã cũ medicamẽta sit calida facile consumit, & calorẽ resoluit, cui quidẽ resolutioni craßities illarũ partiũ resistit: item cum sunt tenues, imbecilliores sunt, atque non ita expulsionem adiuuant: item nec iuuant, vt medicinæ facillius in stomaco & hepate actuẽtur. Gal. in commen. dubitat, cur est, ꝙ Hipp. hic non meminit de purgationibus superioribus, quæ & ipse in his periculosæ sunt. Respondet idem, ꝙ illud tanquam manifestum reliquit, meminitq;

de his, de quibus magis dubitari poterat, nam videtur ꝙ facilius sit egerere, quàm uomere, & in vomitu videtur, ꝙ maiori vtimur conatu, atque ideo manifestum est de vomitu, dubium autem de purgationibus per inferiora esse poterat. Sed videtur, quòd Galen. hoc in loco oppositum sentiat eius, quod habetur ab Hippocra. vbi ait Graciles & facile uomentes purgare superius cauentes hiemem, hic autem dicit Galen. quòd habentes partes ad umbilicum & imum ventrem attinentes graciles ad superiores purgationes, hoc est ad uomitum male se habent. Respondent nonnulli, ꝙ graciles duplices sunt, quidam colerici, alij vero melancholici, Hippocra. de colericis loquitur, in quibus colera multiplicatur, quæ facile per superiora euacuatur, at hic de gracilibus melancholicis verba facit: Verum ut patet ex Gal. in commento de omnibus indifferẽter loquitur, qui partes graciles ad inferiorem ventrem attinentes obtinent, cum rationes, quas aßignat Galen. in omnibus locum habeant, siquidem ait, quòd illarum partium imbecillitatem indicant, item quòd est causa, ut bona ciborum coctio in uentre non efficiatur, necnon in hepate recta sanguificatio, cum utrunque illorum membrorum ab illarum partium craßitie iuuetur, calidum nanque redditur membrum, clarum autem est, quod hæc omnia in omnibus militant. Ob id

4.aphor.6.

rectius

rectius responderem, quòd hoc loco de his loquitur, qui ex ægritudine contabescunt, eosque comparat his, qui ex ægritudine graciles non fiunt, sed parum distant ab eo, quòd sunt sanitatis tempore, cuiuscunque sint complexionis, atque hoc quidem pactò graciles fiunt ventris inferioris partes, siue totum corpus sit, siue quocunque modo se habeat: at Hippocra. de his verba facit, qui graciles sunt non secundum ventrem inferiorem, sed toto corpore: colericiq́; sunt, in quibus colera multiplicatur, & præsertim æstatis tempore, atque ob id eo tempore per superiora bene purgantur.

APHORISMVS XXXVI.

QVi salubritatem corporis habent, per medicamenta euacuati citò exoluuntur, & qui prauo vtuntur cibo.

APHORISMVS XXXVII.

QVi bene se habent corpore, difficulter ferunt medicationes.


VO hi aphorismi quantum attinet ad primam prioris aphorismi partem, ac totum secundum, fermè idem sunt, quemadmodum Galen. in commento testatur: differunt autem penès accidens in aphorismo propositum, nam in priori vnum casum proponit, cum corpora salubritatem habentia purgantur, nempè quòd citò ea corpora exoluuntur, at in postremo magis generico vtens vocabulo corpora illa difficulter ferre medicationes ait, nam vertigines fiunt, tormina, item parua & difficilis purgatio, adhæc exoluuntur, & virtus imbecilla redditur, quæ omnia sub eo generico dicto, quòd difficulter ferunt medicationes, conprehenduntur: quantum igitur ad primam primi aphorismi partem attinet, dicit Hippocra. qui habent corporis salubritatem, ita quòd eorum corpora inculpate sana sint, si euacuantur, ex euacuatione exoluuntur: tales autem (inquit Galen.) purgari non debent, quoniam malos humores non habent, purgatio ãt malorum est humorum, & ob id qui tales sunt ex purgatione exoluuntur, contabescunt, & extenuãtur, quoniã boni humores reducũtur, quibus corpus nutriri debebat, supponitur nanq; talia corpora (vti dictum est) inculpate sana esse,

neque habere nisi bonos duntaxat humores, quibus corpus nutritur, ac indiget. Subdit in secunda eiusdem aphorismi parte Hippocrat. Et qui malo vtuntur cibo, suple citò vel facile in purgationibus exoluuntur: hoc autem contigit ex Galeni sententia ob malorum humorum superabundantiam: per prauum autem cibum duo intelligere possumus, vt idem testatur in com. vel cibos, qui exterius assumuntur, vel humores malos in corpore contentos, quicquid autem intelligatur (dicit Gal.) sermo Hippo. uerus est, siquidem cibi exteriores non dicentur vitiosi, nisi quoniam vitiosum sanguinem generant, atque ita vitiosi dicuntur per relationē ad sanguinem, quem generare debent. Subsequitur postmodum sententiam hanc generalius proferens, ꝙ qui bene se habent corpore, difficulter ferunt medicationes: intellexit autem Hipp. per medicationē, vt solet intelligere, solam purgationem, quòd autem Hippo. verbo medicari pro purgare medicamento vti consueuerit (dicit Galen.) omnes confitentur, quicunque paruam hanc de eius dictione notitiam habent, nam vt quispiam alia omittat ipsius volumina, & de solis aphorismis mentionem faciat, nihil aliud per uocem medicari in eis posse significari paulò post manifestum fiet: Dicit itaque Hippocrat. quòd tales difficul-

1. Aphoris. part. 22.
4. Apho. 1.

ter medicationes ferunt, hoc est purgationes per pharmacum: fiunt autem vt testatur Gale. vertigines, tormina, & alia istiusmodi, quemadmodum dictum est, quæ quidem ob vnam eandemque causam efficiuntur (vt dicit Galen. in comment. nimirum, quoniam vnumquodque medicamentum habet vim attrahendi proprium, determinatumque humorem ratione similitudinis, vtpote flauam bilem, aut pituitam, aut superfluitatem aquosam: trahit autem, & non attrahitur, quoniam potentius est ratione caliditatis, vt cnicus calidior est pituita, quam attrahit, cum autem humores hi non adsunt in corpore, hoc est praui, quos natura appetit euacuari, medicamentum assumptum sanguinem & carnes etiam colliquat, vt ex eis colliquatis humorem proprium attrahat. Est autem animaduertendum, quòd (vt sæpe dictum est) sanguis in venis existens, ex quo totum corpus nutritur, alios secum humores admixtos habet, ex quibus & membra nutriuntur, vt ex Galen. colligitur, qui omnes humores nutrientes dulces sunt, ita quòd & colera dulcis est. Et ideo dicebat Galen. indiget enim non minimum sanguis & eo humore, qui flauus est, & nondum igneus ad summum factus: De quo quidem superius dixerat, quòd est veluti mel, & pars calidissima, dulcissimaq; sangui-

Lib. quos & quādo.

1. de Cmp. med. 24.

2. de pot. na. ultimo

sanguinis, quæ si aßetur, & comburatur, amara bilis, vt mel assatum & combustum amarum efficitur: & alibi dixit idem: Cæterum omnium, quę nutriunt, communis dulcedo est, nam quicquid nutrit aut plus, aut minus dulce est. Cum itaque in corpore non sunt humores praui, tunc medicamentum se conuenit ad coleram sanguini commixtam, quæ bona, dulcisq; est, eamq; attrahit, atq; hoc est sanguinem colliquare, eademq; ratione se conuertit ad carnem, & eam colliquat proprium humorem attrahēdo, atque imprimis humores attrahit, qui carni sunt appositi, & fortè qui vniuntur: Ex eadem igitur causa rectè inquit Gal. omnia dicta accidentia conficiuntur, ex ea.n. colliquatione eleuantur vapores ad caput tendentes, quibus fit vertigo, quā quidem à scotomia distinguebat, propterea ꝙ vertigo græce δῖνος est, cum caput circūregi uidetur, cū autē simul fuerit visio tenebricosa, dicitur σκοτώδινος, siue scotomia apud nostros hoc est vertigo tenebricosa, talisq; efficitur ob inordinatam spiritus flatuosi motionem, qui vel in capite localē habet generationē, vel sursum ex infernis fertur partibus: hoc igitur pactò vertigo gignitur ex illa sanguinis & carnium colliquatione, vaporibus ad caput eleuatis: Tormina præterea fiunt medicamentis sui acredine vētrē, & intestina rodētibus: parua verò difficilisq; purgatio, quoniā

4. de simp. med. 14.

4. de rat. uict. acut. 42. & 3. huius ultimo.

natura bonos humores detinere conatur, iamq; dictũ est corpus absq; malis humoribus mundũ esse, & ex consequenti virtus in ea lucta debilis redditur, tum etiã ob spirituũ resolutionẽ, & humorũ bonorũ euacuationẽ. Sed aduersus Hip. et Gal. placita in priori aphorismo est experientia quotidiana: videmus. n. quotidie sana corpora purgari, quod quidẽ iuxta illius aphorismi sententiã medici minime efficere deberent: itẽ cum

6. apho. 47 inquit Hippo. Quibuscunq; venæ sectio, vel purgatio cũ medicamento cõuenit, hos vere purgare, vel venã incidere oportet, Gal. ĩ com. subdit, Liquet, ꝙ in eis, qui adhuc sani, sed ægri futuri sunt, nisi euacuẽtur, tũc sermo habetur Hip. qđ quidẽ libello illo quos & quando purgare cõuenit repetit Gal. si dixeris (vt veritas est) ꝙ pręsenti aphorismo Hippo. & Gal. intelligũt de corporibus inculpatè sanis, quæ purgationes nõ sustinẽt, at corpora culpate sana, quæ prona sunt ut in ægritudinẽ, ni purgẽtur, elabãtur, purgari quidẽ possunt, vt Gal. se istos purgasse testatur,

6. de tuẽd. uale. & alibi ait: Nemini. n. ex his, qui corporis habitum inculpatũ habent, aut medicamenta bibẽda, aut tenuãte victu vtendũ cẽsemus: sed qui pro naturali imbecillitate, aut corporis totius, aut partiũ quarundã ex leui causa lęduntur: Et de his paulò inferius scribens ait: Vtiq; si affligitur duorũ alterũ faciens aut victum hominis

in

in tenuiorē mutās, aut certo anni tēpore purgatione vtēs, ac alijs quidē vna quot annis purgatio vere incipiēte satisfacit, alijs altera quoque post hāc autūmno est opus: ac si sanguinis quidē abundantiā corpus accumulauit, mittendus is est, sin vitiosum succū uacuandus hic est medicamēto, cōtra hoc est Hippo. authoritas dicentis, & qui prauo vtūtur cibo, quæ quidē verba Gal. in com. interpretatur, siue āt illud, quod exterius assumitur, siue quod in corpore cōtinetur, vitiosum alimētū nominet, vterq; sermo veritatē habet: videtur igitur, ꝙ qui malos habēt humores, haud purgādi forēt. Expositores hoc modo superiorem sententiā intelligere videntur, quòd corpora utentia malis cibis duplicia sunt, nonnulla quidem in quibus malitia humorum per totum dispersa est, totique communicata, quædam uerò, in quibus humorum malitia solum partibus quibusdam communicatur præsertim receptaculis, siquidem uirtus fortis malos à bonis seiungere potest, quod quidem primis non accidit, ut sunt corpora robusta, quæ malo regimine utuntur, atque de his Hippocrat. sermo non est, sed de primis, ut sunt hi, qui ad lepram parati sunt. Sed Hippocrat. & Galen. absolute dicunt: Qui prauo utuntur cibo, clarum autem est corpora parata ad lepram euacuari, non igi-

tur solutio tuta est: Ideo Curtius ait, corpora sana quædam semper sunt, vel vt multum à principio generationis, quæ debito regimine vtuntur: atque hoc nullo modo euacuare opus est, vt testatur Gal. quędam aũt sunt,
6. de tuẽd. ual.
quæ mala temperatura, aut huiusmodi malos congerunt humores, atque hæc purganda sunt, sed non semper, sed quando aliquam læsionem percipiunt, quemadmodum de muliere dolente mammę: at viro melancholico exemplificat Galen. Vult igitur Curtius, quòd in aphorismo de sanis loquatur, qui dummodo cibo vtuntur, purgantur, cum corpora sunt neutra deciden-
6. apho. 47
tiæ. Verum Galen. ait: liquet, quòd in eis, qui adhuc sani, sed ægri futuri sunt, nisi euacuentur, nunc sermo habet: quare responsio hæc suspecta videtur. Fortè itaque dicendum est, quòd Hippocrat. non inquit, quòd qui prauo vtuntur cibo, euacuari non debent, sed solum ait, quòd citò exoluuntur, atque ob id nõ valet consequens, ergò euacuari non debent. Dices, de salubribus Hippo. idem dicit, propter
6. de tuẽd. nal. propè calcem.
quòd Galen. ait, quòd purgandi non sunt, quod & hic, & libro quos & quando purgare conueniat, innuit Galen. ergò cum idem de his dicat, qui prauo cibo vtuntur, voluit & hos purgandos non esse. Respondeo, quòd idem dicit de sanis, & his, qui malos habent humores

mores, vt ex hoc innuat, quòd ſani purgandi non ſunt, ſiquidem ea non indigent, cum mali humores non adſint: qui verò prauò cibo vtuntur ait, quòd exoluuntur, vt innuat, quòd licet indigeant euacuatione, id tamen cum præmeditatione faciendum eſt, cum in his virtus non valida eſſe poßit ob malorum humorum abundantiam: quare purgandi ſunt, vt docet ipſe Galen. ac paulatim, & paulatim reficiendi, atque hæc curatio ab eo Epicraſis nominatur. De his autem non meminit Auic. nec Raſis, vbi hunc citũt aphoriſmũ. Proinde ſolet hic moueri quæſtio ob Galen. dicta in comment. an medicamentum attrahat determinatum humorem ſubſtantiæ ſimilitudine, vt idem voluit, an verò alio modo: item num trahat in ſtomaco reſidens, an verò petat ad loca, vbi humores euacuandi ſunt, ſed pro nunc dimittatur, ſolumque id pertingemus, quomodo medicina in quantitate conuenienti data, humorem proprium euacuat, in ſuperflua verò & alios humores, ac ſanguinem ipſum. Auer. huiuſce effectus cauſam aßignare videtur, quoniam medicamentum non attrahit niſi per proprium calorem, quem in corpore noſtro acquirit (ſi enim poneres ſcamoneum extra corpus coleram extra corpus exiſtentem non attraheret) quòd ſi in debita ſit quantitate, vnum calorem

9.meth.10
4.1.cap.4.
6.cõti.c.1.
4.de ſimp. med.24.
5.colli.21.

acquirit, quo suum humorem attrahit, in maiori autem alium calorem, quo & alios humores indistincte attrahat, Galen. autem, atque cum
3. de simp. med. c. penul. & ultimo. 1. de nat hum. 29. 30. 31.
eo Hippo. volunt, quòd exhibito medicamento, quod vim habet purgandi coleram in dosi superflua primo coleram euacuat, deinde pituitam, tertio melancholiam, vltimo sanguinem: si verò dederis, quod pituitam euacuet, primo eam, secundo coleram, mox melancholiam, ac postremò sanguinē euacuabit, sin quod melācholiam euacuet, imprimis melancholicum humorem, secundo coleram, tertio pituitam, ac postremo sanguinem ipsum, ita vt sanguis vltimus euacuandus erit, propterea quòd cum is naturæ familiarißimus sit, eum quo ad fieri potest, pro conseruanda vita retinet: Causæ ex Galen. sententia, cur & humores alieni à medicamento purgante vnà euacuentur, in tribus consistunt, vasorum imbecillitate, laxitate osculorum vasorum, & medicamenti purgantis mordicatione, quod detentum intra corpus post euacuationem proprij humoris, venas mordicat, & organa ad excretionem excitat: atque hæc mordicatio (dicit Galen.) sola sufficere posset ad excitandum organa ad excretionem, vbi verò & apertio, & virtutis contentiuæ vasorum imbecillitas coierint, tanto id magis efficietur: mordicationi nanque purgantis

gantis medicamenti mirum in modum oppitulabuntur, apertio enim fit ob medicamẽti vires, ob quam & mordicatio: imbecillitas verò tum ob ingentem defatic ationem à medicamento mordicante, atque veluti emulgente ortam, tum ob intemperiem ex superflua purgatione genitam: Post igitur proprium humorem ille euacuatur, qui tenuior est, ac postremò sanguis, cum vasa ad extremam deuenerunt imbecillitatem, atque osculorum ipsorum vasorum adapertionem tametsi naturę adeo familiaris existat, vti dictũ est. Curtius Auer. reprobat opinionem ꝙ si medicamentum ratione traheret caliditatis nõ primo proprium, sed quod tenuius est, attraheret. verum dici posset ꝙ Auer. sustinet ipsum medicamentum hoc non habere, ut eum solum attrahat humorem, sed & alios, imprimis tamen proprium, ex consequenti autem & alios.

APHORISMVS XXXVIII.

PArum deterior potus, aut cibus, suauior autem melioribus quidem, sed minus suauibus, est præferendus.

Hippo.


IPPO. hoc Aphorismo definit, quo casu medicus cibum, potumvè deteriorem infirmo concedere debet: is autem (inquit) parum deterior sit: atque ob id cibi illi valde deteriores ab hoc Aphorismo excluduntur: insuper suauior sit melioribus, hoc est quòd æger eum magis appetat, quàm meliores, qui minus suaues sunt: Hinc etiam colligitur aduersus illos, qui infirmos cogere uolunt, vt vel contusum vel aliud quid tale assumant, nolunt autem concedere vel oua, vel alia huiusmodi, quæ vel non deteriora, aut saltem parum deteriora sunt: Gal. in comme. huiusce Aphorismi rationem assignat, inquiens, non solum id efficere debemus, vt ægris gratificemur, sed & quoniam eis magis vtile est: quòd id etiam fiat, vt ægris gratificemur, declarabãt alibi Hippo. & Gal. & in commen. hoc subdebat

6. Epid. se. 4 contex. 7. & 8.

ordinatis curatiuis intentionibus, quantum fieri potest, infirmis gratificari debet medicus: Vnde si quis cibum infirmo porrigat munde agat oportet, in uase mundo, omniaque uideat æger quæ sibi delectent, quemadmodum & quæque tactui subijciuntur, & sicut de his Hippo extremis sensibus meminit, ita & medios subintellexit: concedenda quinetiã sunt, quæ placent infirmo

firmo

firmo, dummmodo non multum lędant, neque magnam offensam ipsi inferant: insuper addit, quòd in ingressu, figura, vestibus, sermonibus, vnguibus, odoribus, atque capillis adeo se gerere debet, vt infirmis placeat, iubereque vt grati aßidentes, & ministri adsint, nec non & exteriora, vtpote permittere eum iacere in lecto duro mollivè, vt sibi placet: hac enim ratione infirmus diligit medicum, & dehinc in his, quæ maioris sunt momenti, ei magis obediens est, videmus enim infirmum medicinam sumere, quam prius renuebat, patris præcibus, idque nonnisi ob eius reuerentiam, amoremque: at quòd ei magis sit vtile, declarat Gale. in commen. quoniam ventriculus, quæ cum appetitu & voluptate assumuntur, arctius complectitur: respuit autem ea, quæ displicent, neque cum appetitu sumuntur: quare priora quidem melius concoquet, tametsi deteriora, meliora verò deterius conficiet: atque hinc nauseæ contingunt, & flatus, & fluctuationes, quę ventriculum non recte cibum complecti indicant, unde & ipsa prohibetur coctio, nam dicebat Galenus, cum ventriculus secundum naturam recte se habet, & bene utitur circumplectente potentia, quamquã parum fuerit, id quod continetur totum ipsum circum apprehendens nullum spatium vacuum derelinquit, cum vero debilis est, ubicunque non potest 2. de pr nat. cap.
exquisite

exquisitæ circumprehendere hic laxius spatium efficiens permittit ea, quæ in ipso humida continentur secundum figurarũ permutationes alias aliò defluere, & fluctuationes operari: Rationabiliter igitur qui in tali casu fuerint constituti, debilē expectãt ciborum coctionem: Et superius immediate eadem ratione dixit, ꝙ ventriculus etiam plenus est, & tamen fluctuationes audiuntur, perinde ac si vacuus foret: insuper inquit idem, vt fiat perfecta concoctio opus est, vt cibus a uentriculo amplexetur, congruoq; tempore contineatur, atque in his duobus virtutis retentiuæ uentriculi robur cõsistit, debilem autem complexum hęc sequuntur symptomata nempè fluctuationes, & inflationes: eum verò, qui breuiori, quàm satis est, tempore durat festina deiectio, & ciborum in vẽtre inferiori corruptella: hac igitur ratione cõtinget, vt cibus deterior non modo non deterior maneat, sed & melior efficietur: patet quinetiã ex dictis apertißime colligi aduersus nonnullos, qui ex fluctuationibus virtutem digestiuam debilem esse arguunt, non enim hæc virtus est imbecilla, sed contentiua, vt ex Galeni placitis clarißime ostendimus, atque ob id mirum in modum decipiuntur.

3. de acci, & mor. c. 4

Apho-

APHORISMVS XXXIX.

SEniores iuuenibus plurimum ægrotant minus : qui verò morbi ipsis accidunt longi, maxima ex parte comittantur ad mortem.



APHORISMVS hic duas habet partes , in prima quidem parte ait Hippocra, quòd seniores iuuenibus vt plurimum minus ægrotant , etenim ęgritudines aut ex mala fiunt corporis dispositione, aut ex malo victus regimine , non ex mala corporis dispositione iuuenes magis ægrotant senioribus ipsis, ergo ex malo victus regimine: & propterea Gal. in comm. dicit, quòd non omnes seniores minus iuuenibus ægrotant, quoniam non omnes circa victum maiorē quàm iuuenes cōtinētiā habēt, & ob id qui talē non habent continentiam, iuuenibus magis ægrotant , siquidem eis imbecilliores sunt: in secunda autem Aphorismi parte subdit Hippocrat. quòd morbi longi senibus contingentes ,

eos vt plurimum ad mortem comittantur, cuius quidem rationem ſubiecit Galenus, in comment. quoniam virtus in ſenibus eſt imbecilla, quæ morbos haud facile concoquere poteſt, ſiquidem morbi diuturni ſunt omnes, atque hi frigidi: vnde & magis ſenibus, quàm iuuenibus accidunt, cum omnes ſimilioribus quàm diſsimilioribus facilius corripiantur. Non eſt autem hoc loco dubitandum quomodo ſenes morbis frigidis facilius corripiantur, qui tamen in eis inſanabilis videntur: etenim ſatis ſuperque diximus, dum Aphoriſmum trigeſimumquartum, qui incipit In morbis minus periclitantur, exponeremus: colligitur quinetiam ex dictis Hippocrat. & Galen. quòd plus facit in euitandis ægritudinibus debita victus ratio, quàm uirtus validior.

APHORISMVS. XXXX.


Aucedines, & graudines in valde ſenibus coctionem non admittunt.


N hoc Aphorismo Hippocra. ponit exemplum eius, quod in secunda superioris Aphorismi parte dixerat, ita quòd inquit Galen. Aphorismus hic simul iunctus cum præcedenti legi potest hunc in modum: Qui verò morbis ipsis accidunt longi magna ex parte comittantur ad mortem: Raucedines igitur & grauedines in ualde senibus coctionem non admittunt: quod noua versio dicit, Raucedines, antiqua habet, branci, quod vero grauedines noua antiqua corizæ: Per brancos intelligimus cum humor defluit ad fauces: & quoniã tales rauci sæpe fiũt, ideo raucedines dicuntur: corizæ verò nominantur, cum ad nares defluit humor, & grauedines, propterea quòd grauitatem inferunt. subdit Galen. in commen. quòd non solum hi morbi, sed & alij senes comittantur ad mortem, inter quos enumerat rephritim, idest renum paßionem, podagram, quæ pedibus accidit, morbum articularem, qui per omnes extenditur articulos, coxendicum dolores, qui à neotericis sciatici dicuntur, frigidas intestini laxi, idest tenues dispositiones, & sunt dolores intestinorum, hoc est colici, asthmata, vel crebros anhelitus, tusses, gibbos, recuruationes, obliquationes, quæ spinæ sunt ægritudines: cum enim spina promit se ad

retro,

retro, fiunt gibbi, cum ad ante, recuruationes, cum ad aliquod latus, obliquationes: pariter & quoscunque alios morbos, qui ex frigidis humoribus orti nedum in senibus, verum & in quibusdam iuuenibus difficulter concoquuntur:
6.Aph.46. Proinde de gibbis est Aphorismus Hippo. quo quidem loco vnum est perpendendum a Galeno in commen. tactum, vbi ait, omnibus quidem cõmune, qui sponte gibbi facti sunt, hoc est, quibus sine ictu, vel casu spina passa est propter tubercula & concoqui difficilia tales fieri, additq; ꝙ vbi tubercula non sunt exquisite dura, aliquid ex suo humore ad asperam mittunt arteriam, tussisque efficitur: Auicenn. autem alias interiores causas constituit præter dura tubercula, nempè humiditatem ligamenta molientem, & huiusmodi, quæ ad Galeni mentem esse non videtur. Cæterum sciscitabitur fortè quispiam, cur Hippocra. de raucedine, & grauedine meminit, nulla facta de destillatione mentione, non ne & ipsa senes comittatur ad mortem? uel in eis non maturatur? Respondeo & huius responsionem ex Galen. elicio, qui eo loco consimilem mouet difficultatem, nam cum dicat Hippoc. in contex. Grauedines, & sternutamenta per omnes morbos, qui in pulmone fatigent, præire, & subsequi, malum est, sed de alijs morbis exitiosis sternutamenta vtilia sunt, dubitat Galen.

22.3.tract. 1.cap.12.

2.prog.49.

Destillationes

Destillationes sūt deteriores, quàm grauedines, ergo cū maxima ratione mirandū est, quamobrē eas Hipp. per hunc sermonem omiserit: Respondet idem, Nisi aliquis velit, vt per grauedines eas quoque intelligi dederit: postea aliam dat responsionem, dicens. Ac fortasse ab eo, qui inter initia librum transcripsit, omissæ sunt: pariter ego respondere possum ad propositam superius difficultatem, siue is primā, siue secundā magis probare malit responsionem. insuper est aliud dubium ob ea quæ in 39. superiori Galeni commentario ab eo scripta sunt, ꝙ omnes morbi diuturni sunt frigidi: contra, tertiana notha est calida, & durat per sex menses, ergò Galeni dictum falsum est: præterea dicit Hippocra. Quicunque morbi podagrici fiunt, hi sedata in 40. diebus inflammatione finiunt. Galen. in commen. subdit: Quæ carnosas partes occupat inflammatio morborum acutorum subijcitur termino diebus quatuordecim, quoniam carnis substantia mollior est, ac rarior natura ligamentorum, sed tardius inflammari incipit, nam ligamentorum, tendonum, atque neruorum & longiori tempore ad consistentiam inflammationis perueniunt, ac tardius sanantur: superius autem dixerat, Vltra tamen spatium dierum 40. non probabitur curatio inflamationis; ergò ægritudo hæc calida est & diuturna esse potest. Dicendum quidē ad pri- 6. Aph. 49.

mum de tertiana notha est, quòd ratione phlegmatis longa est, non autem coleræ: atque in morbus calidus ratione humoris calidi breuis est, longus autem si est, id ob humorem frigidum fit; Ad aphorismum vero dicitur, quòd ille non est terminus cronicarum, neque etiam simpliciter acutarum, sed acutarum ęgritudinum cum recidiuatione: adde, quòd est longior ratione frigiditatis, duritiei, & densitatis partis, quę quidem omnia prohibent, quominus humor faciens inflammationem discutiatur, qui tamen sui ratione facile discuti posset;

APHORISMVS XXXXI.



Vi frequẽter, ac fortiter absq; causa manifesta exoluuntur, de repente moriuntur.



IPPOCRA. præsenti Aphorismo vnum signum tradit, quo patientes citò morituros esse dignoscuntur, tale autem est, si exoluuntur, hoc est, si vires deperdunt, seruatis tamẽ tribus conditionibus, inquit Galenus in commen. quarum prima est, ꝙ sępe

hoc

hoc patiatur, non autem semel: secunda, quod fortiter patiatur: ac tertia sine causa manifesta, vt cuidam contingit mulieri, quæ cum balneo lauaretur, frequenter exoluebatur, tum propter longam in balneo moram, tum propterea quod ut plurimum ligna, quæ succendebantur, vitiata erant, quare cum manifesta causa foret, id huius morbi, de quo hic loquitur Hippo. signum non erat: pariter altera quædā mulier reperiebatur, quæ vitio matricis exoluebatur, sicut & quidā, qui ob longum ieiunium balneum ingrediebatur, ac alius pariter, si per horā lauaretur, nisi prius partis aliquid ingeßisset, exoluebatur: Quibus quidem omnibus exolutio illa contingebat, quoniam ventriculi os aut erat imbecillum, aut plurimi sensus, atque in his talis vtique mortis propinquæ signum non existit. Si quis igitur nulla tali manifesta causa, sæpius, & fortiter exoluatur, signum est, virtutem valde imbecillam esse, & ob id citò moriturū, vt cuidā contigit de repēte mortuo, cui cor fortiter palpitabat, dum exolueretur, neque secus mortuus est, quàm illi, qui subitò intereunt, ob acutißimos cordis, vel oris uentriculi affectus, quos syncopas solent appellare: De huiusmodi aphorismo mentionem facit Gal. ubi ait, quod exigunt quidem cordis intempera turæ arteriarum pulsus pro sua quæque natura variant, de quibus quo ad ipsorum dignotiones 5. de lo. af. primo.

lib.de pulsibus iam dictum est,maiores verò per proprias quidem similarium partium intemperaturas subitam mortem non inducunt:per eas verò,quæ ad instrumentales partes pertinent ,subitò enecare possunt,sed præcedentibus prius signis quibusdam , quorum vnum ab Hippocrat. dictum est : Qui sæpe, & multum exoluuntur absque manifesta causa , ij repente moriuntur: subdit postea, quod aliud est signũ ,quando nocumẽtum adeo magnum existit,vt dilatatio, & constrictio prohibeatur:estq; cordis tremor , qui ex manifesta causa non gignitur,vtpote metu et huiusmodi,neque aliquo membro extrinseco patiente,cum enim talis tremor ex magno cordis nocumento euenit,subita mors cõtingere potest, multisq; (inquit Galen.) mißio sanguinis contulit, multiq;ue ab huiusmodi accidente perfecte sunt liberati,præsertim,qui & victus ratione, & medicamentis extenuandi vim obtinentibus vtebãtur:insuper ait ipse se nouisse quẽdã,qui quotãni tẽpore veris huiusmodi vexabatur accidente,qui adiutus per tres annos sanguinis mißione,anno quarto antequam accidẽs eũ inuaderet venæ sectione seruatus est,quod faciẽs deinceps pluribus annis ,adhibitis idoneis et medicamentis similiter seruatus est,sed ante senectutẽ mortuus est , sicuti & reliqui omnes,aut acutis etiã febribus correpti siquidẽ cũ sani forẽt,cõfestim

syncopa

syncopa intercepti sunt, quamuis vnus vel duo citra syncopē alia quadā mortis spetie perierint.

APHORISMVS XXXXII.

SOluere morbum, quem apoplexiam uocant, fortè impossibile, debilem verò non facile.



ENTENTIA *Hippo. est, ꝙ impoßibile est patientem à forti apoplexia liberari, quæ morbus est, in quo sensus & motus deperditur: à debili verò cum difficultate liberatur. Declarat Galen. in commen. quid sit apoplexia, quæque fortis, ac debilis, siquidem in apoplexiis totum corpus sensu, & motu priuatur: remanet autem solus anhelitus, à quo haud necessarium est priuari ægrotantem: quam quidem apoplexiam Auicenn. diffiniens, dicebat, quòd est ociositas membrorum à sensu & motu, propter* 1. primi trac. 5. c. 12 *oppilationem contingentem in ventriculis cerebri, & cursibus spiritus sensitiui, & motiui: ordo autem est in ipsius magnitudine, paruitateque consistit, maxima quidem est & acutißima, cum prohibetur anhelitus: secunda*

autem, cum quis respirat, at cum ui magna, atque hęc etiam fortis est: tertia verò, cum quis neque internum, neque violentum habet anhelitum, sed & inæqualem & inordinatum atque etiam intermittentem, quæ adhuc fortis est apoplexia, sed minus quàm priores iam dictæ: at quarta est, in quibus anhelitus ordinem seruat, debilis quidem ipsa, in qua si omnia necessaria adhibeātur (inquit Gal.) citò aut fortè curatur: citò quidē si Leoniceni versionem insequamur, qui vbi litera græca in com. habet τάχα citò vertit, fortè verò ob Laurentiani versionē, qui melius, meo quidem iuditio transtulit, quoniam si citò morbus hic cura rerum, aduersum aphorismum sentire videretur: nisi dicatur, quod aliud est dicere citò curari, & aliud facile curari: citò quidem curatur omnibus adhibitis, propterea quod ægritudo acuta est, sed difficilis curæ, omnia enim oportuna sunt adhibenda, si curari debet, quod difficile est: Patet igitur ex dictis quomodo ex anhelitu eius fortitudo, atque debilitas dignoscitur, quemadmodū in quacunque alia cerebrali ægritudine magnitudo vel paruitas ex ipso anhelitu intuetur, subdit Gal. quod omnes apoplexiæ contingunt, propterea quod vis animalis ad partes, quæ infra sunt caput, defluere non pōt, aut ob aliquam dispositionē similē inflāmationi in cerebro constitutā, aut cū ventriculi cerebri humore replētur pituitoso.

pituitoso, ad cuius quidē causæ magnitudinem paßionis magnitudo consequitur: proinde magna ex parte non curatur apoplexia propter respirationis læsionē, quæ mortis est causa, de qua Galeni testimoniū habemus, vbi ait, ꝙ in apoplexia, & huiusmodi affectibus cerebri, in quibus sensus & motus aut amittitur, aut saltim læditur, non est periculū ob sensus & motus amißionē, si quidē multa sunt animātia, quæ tota hieme in cauernis absque sensu, & motu vitam traducunt, sed ob spirationē ipsam deperditā, qua pereūte calor naturalis cordis, qui indiget expiratione, & inspiratione exoluitur, & suffocatur, idq; potißimū in apoplexia, ꝙ si anhelitus sufficienter seruari poßet, donec materia concoqui poßit, huiusmodi ęgritudo facile curaretur: quare difficile curatur, quoniā difficile est, vt tātus seruetur anhelitus, qui satis sit ad morbi usque solutionē: quo fit, vt debilis etiam non nisi cum difficultate curari poßit. In secūda com. parte postmodū Gal. vnā mouet difficultatē, nā quid miri videtur, ꝙ omnes alij musculi in apoplexia careant motu, illi verò, qui mouēt thoracē, plerunq; licet cū difficultate, moueantur. Respōdet Galenus, & in hac responsione aduertēdū est, ꝙ duplex est versionis litera, vna quidē antiqua, quæ dicit: Sed arbitror ipsorū. s. lacertorū virtutem naturaliter mobilem mouere ipsos ex spiri-

3. de lo. af. cap. 7.

tus desiderio: & ita ex hac authoritate nonnulli credidere motum anhelitus secundum partẽ saltim à naturali virtute prouenire, quæ coacta necessitate respirationis mouet pectus, licet virtus animalis à cerebro non transmittatur, à qua et pectus mouetur: atque hæc vna est solutio, vt pectus à proprijs mouetur musculis, cum tamen alia membra non moueantur: iuxta verò alterã versionem, quæ ait: Videtur autem hoc fieri propter respirationis necessitatẽ, quæ neruorũ uim excitat ad operationem, alia est responsio: pro quo animaduertendum est, quòd vt testatur Galen. In somno à cerebro vis aliqua defluit animalis, quæ cum parua sit, non nisi imbecilliter agit, & propterea subdit Gal. ꝙ enim quis vel profunde, vel minus profunde dormit, ex eo est (ut quotidie dicere solemus,) quod aut plus aut minus affluit, quippe tãto minus affluere par est, quanto grauior fuerit somnus: insuper aduertendum est, quòd vt idem asserit libello de causis respirationis, si respiratio non sit violenta, motus pectoris à solo fit diaphragmate, cum verò cogitur pectus moueri, vt in violenta respiratione cogente necessitate, tunc pectus non modo à diaphragmate, sed & ab alijs pectoris, & uentris inferioris musculis mouetur, quemadmodum à nobis dum anathomiam legimus, diffusius explanatum est: necessitas autem bifariam

4. de acci. & mor. c. 8

bifariam contingere potest, aut necessitate aucta vt in uehementibus exercitijs, aut virtute imbecilli facta, quæ non tantum mouere potest, ut suppleatur necessitati: dicit igitur Galenus, quòd musculi pectus mouent, licet alij non moueant, ob respirationis necessitatem, quæ neruorum uim excitat ad operationem, quæ quidem uis imbecilla est, quoniam ob oppilationem à cerebro parum defluit: Et propterea dicit Gal. vt plurimũ musculi omnes mouentes thoracẽ in apoplexijs operantur, licet prius rarò operabantur: atque hoc etiam contingit in vehemẽtibus exercitijs, in quibus plurimus anhelitus necessarius est: Verum alia atq; alia ratione, nã in apoplexijs non omnes mouent musculi, operanturque, quòd respirationis necessitas aucta sit, vt in vehementibus exercitijs, sed quoniam vis imbecilla est: Et ob id musculi omnes thoracis simul operari coacti sunt, quemadmodum etiam in his euenit, in quibus ratione febris necessitas augetur; virtusque est imbecilla, ob quam omnes seipsos mouere coacti sunt, vt ex omnibus operatio effatu digna colligatur: In hoc itaque consistit responsio, quòd alij musculi operari necessitate coacti non sunt, quoniam motus aliorum membrorum pro vita necessarius non est, sed bene motus ipsius pectoris: Et ideo si adeo valida est obstructio,

quòd

ꝙ nihil fermè virtutis defluat, ex quo auferatur anhelitus, animal statim moritur: si verò nõ ex toto prohibetur defluxus, necessitas cogit virtutem illam paruã operari, non sic aũt res habet in alijs membris: Quòd autem pectus ab illa virtute naturali non moueatur, vt illi sentire videntur, qui iuxta antiquam versionem interpretãtur, facile declarari potest, quoniã Galen. in principio com. ait, quòd si totum corpus sensu & motu priuetur, & anhelitus quoque prohibeatur, maxima est atque acutissima apoplexia, modo si daretur virtus illa naturalis, tunc sequeretur, quòd anhelitus prohiberi non posset, quoniam per se necessitas cogeret hanc naturalem virtutem pectus mouere: ob id & antiqua versio, & illorum omittenda est opinio. Sed insurgit dubium aduersus ea quæ de apoplexia dicta sunt, quoniam apoplexia est affectio, quæ contingit viuenti, sed cum spiratio à vita,
6. de lo. af fe. 5. & vita à spiratione separari non possit, vt testatur Gal. adeo vt viuentem non spirare, & spirãtem non viuere sit impossibile: ergò non erit apoplexia, in qua anhelitus prohibeatur, vel nõ erit passio viuentis, quod quidem inconueniens esse videtur. Respondet Curtius, quòd hanc, vel
6. ꝓdicto lib. & c. 5. similem Gal. mouet difficultatem de mulieribus patientibus vteri suffocationum, quæ sine spiratione videntur, & medici dubitantes, an mor-
tuæ

tuæ sint, necne, quoniam aliquando sine pulsu etiam sentiebantur manifestò, coram naribus lanæ floculos ponebant, vt an exacte intercepta esset spiratio, deprehenderēt, quidam etiam poculum aquæ plenū ori uentriculi imponebāt, quòd si aquam immotam seruari intuerentur, totam spirationem periisse deprehendebāt, alioquin totam non periisse diiudicabant: dicit autē Gal. ꝙ si omnes tales periissent, frustra esset quæstio, sed oritur difficultas, quoniam multæ ex his euaserunt, & supra vixerunt: atque ita videtur, ꝙ animal sine spiratione viuere potest: Respondet Gal. ꝙ hoc creditu facile est, si animalia latebris inclusa perpendas, nulla in eis apparente spirationis nota: item si cōsideres, ꝙ maximus respirationis vsus est, vt calor intimus ventilatione, refrigerationeque seruetur: vnde vbi calor exiguus fuerit, ita exiguus esse poterit, ꝙ vt seruetur, respiratione nō indigebit, sed satis erit ea, q̃ fit officio cordis, atq; arteriarū, à quibusdam Medicis uocata trāspiratio modo inquit Gal. in his mulieribus ob vteri affectum totū corpus refrigeratur, ideo in his sola pulsus, cordisque actio sufficit: quod itidem soluens Curtius eodem modo de apopleticis respondendum esse uolebat. Verum quoniam in apoplexia, ut in uteri affectibus totum corpus non refrigeratur. Vnde ibidem Galen. aliud etiam mouet dubium, quare

quare contingit in talibus totum corpus refrigerari, & longo processu declarat, quod sicut ab alijs corpore paruis, sed facultate magnis totum corpus alterari potest, pariter & ab his refrigerari valet, ideo aliter dicendum esse censeo, atq; fortè tutius, quod in apopleticis spiratio adeo exigua est, vt omnino sensum effugiet, vt & Gal. ait de prædictis mulieribus areptis vteri affectibus, sed quoniam in illis corpus refrigeratur, neque spirationis neceßitas adest, ideo reuiuiscunt, quod quidem non cõtingit apopleticis, quoniam non sic refrigerantur, & ideo ex prohibita spiratione moriuntur: posset etiam hac ratione prior respõsio defendi, quod mulieres illæ reuiuiscunt, isti autem nõ, licet in totũ spiratio prohibita sit. Dubitaret quinetiã quispiã, quoniã videtur Aui. dicere oppositũ eius, quod determinatũ est ab Hippo. atq; Gal. nẽpè quod apoplexia fortis solui possit, cũ ait: Aliquãdo accidit, quod homo apoplexiã incurrat, & nõ sit differẽtia inter ipsum & mortuũ, & appareat in ipso aliquid anhelitus, deinde reuiuiscit, & sanatur, & nos plurimos corũ vidimus, quorũ dispositio hæc erat; et in istis quidẽ anhelitus nõ apparet, & ipsorũ pulsus [non] integre cadit. Respondẽt quidã, quod Hipp. & Gal. dictũ hoc loco intelligendũ est cũ certis circũstãtijs, quod licet prohibitio anhelitus fortẽ arguat apoplexiã, non tamẽ simpliciter, sed vbi corpus ca

1. 3. tract. 5. cap. 12.

lidum

lidũ ſit maiori indigens euẽtatione, vbi verò ecõtrario foret, cor nẽpè frigidũ, virtus muſculorũ debilis ex leui obſtructione prohiberi poſſet anhelitus, & tamẽ fortis apoplexia nõ eſſet, de qua intelligit Aui. ſicut de alia, vbi cor eſt calidũ, Hippo. atq; Gal. ſed quoniã Gal. abſolute loquitur hic, & vbiq;, neq; diſtinctionẽ hãc facit inter habẽtes cor frigidũ, aut calidũ: itẽ ut ꝓhibeatur anhelitus, opus eſt, vt nõ parua ſit clauſio, alioquin deſcenderet virtus, ideo miſſa eorũ ſolutione mihi dicẽdũ videtur, ꝙ Aui. voluit, qđ recitat Gal. quodq́; non eſt apoplexia, ſed ſimilis apoplexiæ: ꝙ aũt Aui. idem ſentiat quod & Gal. ex eo patet, quoniã pręciſe Gal. verba recẽſet, inquit. n. Et videtur, ꝙ calor innatus in eis nõ vehemẽter indiget euẽtatione, & expulſione vaporis fumoſi à ſe anhelitu magno, ꝑ illud, ꝙ accidit ei ex frigore: hęc ꝓfert Aui. poſt illa ſtatim verba eius, quæ à principio dubitationis à nobis relata ſunt, et ſubdit, ꝙ horũ ſepultura tardanda eſt, donec eius perpẽdatur diſpoſitio, neq; minus ſit 72. horis: Ex quibus patet, ꝙ vult Aui. vt tardetur ſepultura, quoniã certi nõ ſumus nũ ſit apoplexia, nec ne: nã vbi eſſet apoplexia, impoßibile foret talẽ reuiuiſcere, quoniã ĩcurrabilis eſſet, ubi ãt eßet ꝑfocatio, reuiuiſcere poſſet, atq; hoc nõ ſolũ feminis, ſed & maribus contingere poteſt ex ſeminis retẽtione, aliȷsq́; infrigidantibus,

6. de lo. af fe. cap. 5.

dantibus, statuitur autem trium dierum terminus, quippe nullus vnquàm in huiusmodi dispositionibus post tres dies reuiuiscere visus est. Quid igitur ad Aui. verba superius enarrata, quæ pariunt difficultatem, dicere possumus, ꝙ Aui. nomen ampliat ipsius apoplexiæ: sed hęc responsio tuta non est, quoniam tunc apoplexiæ ab ipso tradita diffinitio minime cõueniret, quã superius attulimus, ꝙ est ociositas membrorum à sensu, motuq; e propter oppilationem contingentem in uentriculis cerebri, & in cursibus spiritus sensitiui & motiui: Vel dicendum est, ꝙ litera Aui. non recte iacet, uelit autem dicere: Aliquando autem accidit, ut homo dispositionẽ similem apoplexiæ &c. vel fortè dici potest, ꝙ Aui. inaduertenter hęc ab ipso Galeno colligit, putans ea omnia de apoplexia ipsum loquutum fuisse, cum tamen de alia loquatur, vt dictũ est, dispositione, quod & in alijs ipsi contigit, quæ postmodum morte peruẽtus haudquaquam corrigere potuit. Insuper aduersus hunc aphorismum videtur sibimet Hippo. contrarius, nã ait. Quicunque sani dolore capitis repente capiuntur, & statim muti fiunt, & stertunt, in septem diebus pereunt, nisi febris apprehenderit: quibus quidem uerbis Hippoc. uelle uidetur, fortẽ apoplexiam sanari posse, quam tamen hoc aphorismo soluere impossibile dixit. Respondet Curtius,

6. aphor. par. 51.

ius, quòd uel ibi non loquitur Hippocr. de uera apoplexia, sed de stupore, qui similis est apoplexiæ, ut patet: uel si loquitur de apoplexia, illa utique imbecilla est, quæ solui potest. Verum nulla istarum responsionum stare potest, prima quidem non, quoniam Gal. in com. loquens de affectu, de quo in contex. uerba facit Hipp. ait, talem utique affectum apoplexiam uocant, est autem & hæc alia quidem debilis, alia uerò fortis, huncque allegat aphorismum: secunda autẽ responsio nõ est bona, propterea quòd is in com. eodem habet: Videtur autem nunc fortis apoplexiæ inditium posuisse, quod stertere dixit: igitur de forti, non autem debili apoplexia loquutum fuisse manifestum est. Rectius autem, meo quidem iudicio, respondendum censeo, ꝙ hoc aphorismo dicit à medico curari non posse, nõ autem ꝙ absolute curari non poßit: videtur nanque quòd per febrem melius materia illa quàm per medicinas dissolui, extenuarique poßit. Cæterum petet fortè quis, num apoplexia cum spasmo esse poßit, id enim contingere indicatur, quoniam cum epilepsia, qui minor est morbus, spasmus associatur: Soluo ego, dicant alij, quicquid uelint, quòd est Gal. sententia his uerbis: si uerò non solũ totum corpus conuellitur, sed principes quoque functiones detinentur, hoc symptoma morbus comitialis appellatur, quemadmo- 3. de acci. & mor. c. 3

dum

dum & apoplexia, qua simul & totum corpus resoluitur, & principes functiones occupantur; Etenim cum in epilepsia non tanta sit oppilatio, nocumentum percipitur, fitq; totius conuulsio, quibus contrahitur cerebrum, at in apoplexia, quoniam magna est obstructio, nocumentũ non percipitur, & ob id totius fit resolutio, non autem conuulsio. Est autem animaduertendũ nõnullos tenere apoplexiam, quæ desinit in paralysim, vt plurimum in eam dextri, quàm sinistri lateris finire, quęrunt autem hi istius effectus causam, cuius quidem tres causas constituunt, prima quidem quoniam latus dextrum calidius est, & rarius, hoc est, in quo venæ maiores, reperiũtur: ob id ratione caliditatis materia ad dextrũ fortius attrahitur, & ratione latitudinis uenarum natura ad dextrum latus facilius expellit: secunda autem est, quoniam ex natura dextrum ad latus motus efficitur: tertia uero, quoniam in apoplexia materia magis in dextro, quàm in sinistro latere colligitur, sed isti forte decepti sunt ex una Galeni authoritate, vbi quædam Hippo. verba recenset in libro de locis aere, & aqua, dicit .n. antiqua uersio senioribus decrepitis catharri ueniunt propter debilitatem venarum, & constipationem earum, unde & celeriter pereunt, uel in dextro latere paralysim sustinebunt: at noua Leoniceni habet: Quosdam ue-

3.aph.par. comm.12.

rò

rò contigit dextra aut sinistra parte stupidos fie ri: patet igitur, ꝙ corũ imprimis dictũ ac proble matis solutio super falsa authoritate, vt sæpe ẽt in aliis, fundatur, quinmmo Aui. idẽ fermè ha- bet, quòd ex Leoniceni versione, & græca scri- ptura collegimus, vbi ait, Apoplexia verò resol uitur secundũ plurimum ad paralysim, & illud ideo quoniã cũ natura defuit ab expulsione ma teriei ex vtrisq; lateribus simul expellit eam ad vnum duorum laterum, quod magis est suscepti bile eius, quod effunditur, & quod eorũ est de- bilius: Vana igitur est prima eorũ causa, nã la- tus dextrum cum est calidius ex natura, non aũt præter naturam, validius quoq; est, ergò ea de causa ad id humores non effundentur, sed ad im becillius: neq; etiã in venarum amplitudine ma- gnam inter latus dextrum atq; sinistrum, ꝙ ad dextrum materia magis efferatur, esse differen- tiam dicendum est: nulla quinetiam est secunda causa, quoniam dicit ex natura, hoc autẽ non est secundũ naturã: pariter & tertia falsa est, quo niam humores in vtroq; latere æqualiter colligã tur. Proinde circa causas materiales apoplexiæ nõnihil videtur differre Galenus ab Auic. siqui dẽ Gal. libello de phlobotomia inquit: Nam hoc pactò apoplexiæ proueniunt, multo nimirũ sangui ne in principiũ animãtis confertim incũbẽte: Ex qua q̃dẽ authoritate tenet Gal. ꝙ apoplexia ex

1.3. trac.5 cap.12.

sanguinis copiæ ortum habet, necnon alibi ex frigidis, & craßis, & non tantum ex pituitoso humore sed & melancholico, quoniam communis vtrisq; craßitudo est: Vnde de morbo comitiali & melãcholico verba faciens Gal. concludit: Igitur vt crassus pituitæ succus, ita hic quoque comitialem morbum solet efficere, vbi in meatibus ventriculorum cerebri retinetur, siue is melius sit, siue postremus, vbi verò in ipso cerebri corpore abundat, eam insaniæ speciem, quam græci melancholiam vocant, efficit: Auicen. autem de sanguine tantum & phlegmate meminit, non autem de melancholia: item duplicem obstructionẽ constituit, coarctatoriam alterã, alteram verò attenuatoriam, & ex vtraque apoplexiam fieri posse autumat: ex coarctatoria quidem clarum est, ex attenuatoria nanque fieri putat, cum vapores cerebrum petentes, aut dolere faciunt, & ita cerebrum contrahitur, aut stipant, & contrahunt, & inspissant illud ex sui natura, sicut frigus forte: Verum Gal. videtur sentire, quòd apoplexia à totius essentiæ intemperantia non efficiatur, estque ratio huius in promptu, quoniam resolutis vaporibus illis facile sanari posset, neque difficilis admodum morbus esset, vt inquit Hippo. Porrò de motu pectoris dictum est, quòd voluntarius est ex virtute à cerebro transmissa, vt expresse

2. part. aphor. 55. & 3. de lo. aff. 7.
6. aph. par. 56.
3. de lo. affe. 5.
1. 3. trac. 5 cap. 12.

Gal. sentit, vbi de seruo historiam recenset, qui respiratione retenta mortuus est, & de seipso ambulante dormiendo, soluitque Auer. instantiam, quæ est, quòd nobis non aduertentibus, & nolentibus quandoque anhelamus: de qua quidem controuersia cum locus his opportunus non sit, ad aliud tempus difficultatem hanc pertractare differemus.

2. de motu musc.

2. colli. 19.

APHORISMVS XLIII.

STrangulati, ac dissoluti nondũ mortui non referũtur, quibus spuma circa os fuerit.

HIPPO. hoc aphorismo vnũ signũ prognosticũ tradit, quo dignosci põt, quãdo quis strãgulatus sit moriturus: dicit autẽ [strangulati] hoc est quibus stringitur gula, vel laqueo, vel apostemate via aeris, & cibi clauditur [ac dissoluti] hoc est qui debilitate virtutis strangulatione deficientis, toto corpore resoluuntur [quibus spuma circa os fuerint, non referuntur nundum mortui] idest nundum relatum est, quòd quis tale symptoma cum prædictis condi-

tionibus passus fuerit liberatus : quod quidem Hippocratis temporibus verũ fuit, sed (inquit Gal.) nonnulli tamen rarò strangulatorum relati sunt, quibus spuma circa os apparuerat, qui liberati fuere : in quibus igitur strãgulatis hęc duo reperiuntur, dissolutio totius corporis, ita ꝙ totum corpus sensum & motum ex strangulatione amittat, & spuma circa os affuerit, mortis est signum : atq; hæc satis sunt ad aphorismi veritatem : quare nec aliorum audiendæ sunt conditiones, qui ad huius veritatem duas alias requiri autumant, alteram quidẽ, ꝙ spuma sit rubea, cum in epilepsia, & debili apoplexia, spuma sit alba, & tamen sanantur, ut manifestum est : alteram uerò, ꝙ spuma perseueret, neq; citò delitescat, sufficiunt namque duæ prædictæ in contex. aphorismus tamen vtplurimum verus est : cum autem dicũt, ꝙ in Epilepsia talis est spuma, dico ego, ꝙ in ea non fit dissolutio, sed potius conuulsio, siue motus spasmosus, ob id ea deficit conditio : si dicas, saltim ueritatem habere in apoplexia debili ꝙ liberantur, dicam ego, ꝙ in apoplexia non fit ob strãgulationem dissolutio, sed quoniam cohibentur meatus, per quos uirtus sensitiua, & motiua ad totum corpus defluere debet, aphorismus autem intelligitur, cum fit dissolutio ex strangulatione, non autem alia ea ratione. Galen. in prima suæ commen-

tationis

tationis parte declarat ſpumæ generationem, ipſiusque cauſas: quo ad materialem cauſam ſpuma qualibet ex duplicis ſubſtātiæ mixtione conficitur, quarū altera eſt ſpirituoſa vel vaporoſa, vel ventoſa, et aerea: altera verò humida, vel humoroſa: harum autem duarum ſubſtātia talis fit mixtio, quoniā ambæ in multas partes refranguntur ſeſe mutuò cōplectentes, quo quidem complexu humiditas ſpiritum vel aerē circumplectitur, & tunc multæ, & paruæ ampullę fiunt, contingit aūt ſpumam fieri non facile ſolubilem, ſed ſtabilem cum humor conſiſtentiā tenacem habet (atq; hæc in urinis materiā viſcoſam peccare indicat) qualis eſt ſpuma, quæ in equis currentibus circa os generari ſolet, & in capris vel ſuibus (iuxta aliam commenti Galeni uerſionem) ira percitis: Quo verò ad cauſam agētem, in generatione ſpumæ (ait Gal.) duplex eſt agens, nonnunquā enim confractus ille fit, ac mixtio ex motu violento, vel vtriuſq; prædictarū ſubſtantiarū, vel alterius duntaxat, aliquando etiā fit (& eſt alterū agens) ex valido, fortiq; calore, niſi quis dicat calorē per motū ſpumā generare, ſed inquit Gal. qui vult coniectari, quę ſunt euidentiora, tutius dicet duas eſſe generationis ſpumæ cauſas: declarat aūt in exterioribus duplicē generationis ſpumæ modū ex duplici nēpè cauſa, flātibus nāq; vētis, et vehemēter

percutientibus, ac commouentibus mare generatur spuma: quippe cum sit confractus & mixtio vtriusq; materiæ mutuo se cōplectentis, vt supra declaratū est: taleq́; exēplū est illius spumę, quæ ex motu tanq̃ agente cōficitur, aliud autē est, quo declaratur calorem spumæ generationis agentē causam esse, siquidē in lebetibus ebullientibus ratione caliditatis simul eas substantias cōmiscentis generatur spuma, sunt etenim aerei vapores, qui simul cum aqua permiscentur: quod itidem in animalibus manifestatur, nam cum morbus fit comitialis, quo fiunt conuulsiones, ex vehementia motuum generatur spuma, de calore verò aliud est exemplum: in capris enim vel suibus circa os ratione caloris producitur spumæ, cum irascuntur: Est & aliud exemplū cum ex vtraq; causa spuma generatur: in equis enim currentibus vtraque, s. causa vehemens motus, & calor generant spumam: Modus autē generationis spumæ in his talis est, propterea q̃ cum per respirationes aer intro, forasq́ue feratur, & saliua circa os existens extenuatur, & aliquid etiam instar vaporis ex pulmone ab aere moto modo intus, modo foras effertur, quod simul cum aere atque saliua commiscetur, ac tandem spumam producit. Postmodum Galen. in secunda commē. parte reprobat quosdam, qui spumam, quæ circa os colligitur è ventriculo
ad

ad os mitti censebant, & aduersus eos pluribus innititur rationibus, prima quidem est, quoniam nihil effatu dignum è ventriculo efferri potest, cum neque nausea, neque vomitus adest, quoniam citra hæc nihil è ventriculo educitur. Dices, contra saliua prodit à stomaco sine vomitu, & nausea: vnde post cibum ob multam in stomaco materiam multa fit spuitio. Respondeo, ꝙ dictum Gal. intelligendum est, quòd nihil effatu dignũ prodit à stomaco sine vomitu, et nausea, & repente, sed aliquid non in magna quantitate, & paulatim à stomaco efferri potest, sicut saliua, veruntamen videmus spumam in magna quantitate subito, & repente circa os apparere: quam quidem responsionem inferius Gal. innuere videtur: altera autem ratio est, quoniã spuma fit ex uapore mixto cum saliua, sed ex uentriculo tanta vaporis quantitas concurrens ad spumę generationem efferri non potest, quanta est, quæ è pulmone effertur, ergò spuma à uẽtre non prodit: tertia verò ratio est, sanguis, qui educitur à stomaco, non modo spumosus non est, vt ille, qui è pulmone educitur, sed etiam multum distat ab eo, qui enim è pulmone, vtpote ei similis spumosus conspicitur, ergo nec spuma à stomaco educitur: Sed dicet fortè quis, quod educitur ex pulmone, cum tußi euacuatur, vt de stomaco dicebatur, quòd quæ ab

eo educuntur, cum vomitu, & nausea protrudebãtur, sed spuma cum tußi non educitur, vt fit sanguis à pulmone spumosus, ergo spuma à pulmone non prouenit. Respondet Galenus, quòd sanguis spumosus è pulmone cum tußi educitur, quoniam subitò & simul protruditur, vapor autem, qui paulatim expiratur, tußim non excitat: Et ideo si spuma subitò & simul educatur, tußim excitari necesse est, vt contingit in spuma cum sanguine educta: si verò fiat spuma circa os ex vapore à pulmone, & saliua in ore existẽte educto, necessarium non est, vt tußis excitetur. In postrema deinceps parte com. Gal. declarat quomodo in strangulatis laqueo fit spuma, quæ aphorismi est declaratio, nam cum laqueus collo circundatur, fuliginosæ superfluitatis expiratio prohibetur, qua necesse est cor & pulmonem (vt lib. de respiratione declaratum est) omnino expirare, quo fit, vt pulmo violenter totũ id superfluum expellat, vnaque etiam portionem propriæ humiditatis, quemadmodum & in sanguinis screationibus euenit: hoc autem signum mortale est violentiam indicans, quã pulmo ex animalis strangulatione compatitur: cõtigit autem hoc ob caliditatem à corde ad pulmonem transmissam: mortale igitur est signum huiusmodi spuma, tum ob caloris vehementiã, tum ob spiritus, siue vaporis & aeris motũ violentũ,

tum

tum etiam ob magnum pulmonis ad expellēdū conatum. Sed dicet quis, Aliqui licet rarò conualescere visi sunt, quibus spuma circa os apparuerat. Respondet Gal. ꝙ fortè Hippo. dicit, non referuntur, quasi negare noluerit, ꝙ quis euadere non poßit: Vnde & enuntiat quædam nonnunquam absolute, quæ vt plurimū vera sunt, vt uigesimo aphorismo huius iā enarrato, cū ait: Quibus iuuenibus & quæ sequūtur, et inferius aphorismo illo, Quicunq; aluos humidas habent &c. Apho. 53.

APHORISMVS XXXXIIII.

QVi natura admodū craßi sunt, citius intereunt, quàm qui graciles.



GALENVS in commen. Aphorismi sententiam, & causam aperiens, inquit, Hippocratem hoc loco comparare crassos ad graciles, qui tales sunt à principio generationis, siquidem craßi hi citò perueniunt ad mortem magis, quàm graciles: optimum autem est nasci bene carnosum, idest moderate, ita ut neque crassus neque gracilis dici poßit, qui enim eo modo habent, & viuere, & ad senectutem vitam

protrahere

protrahere queunt, quòd si contingat hunc à mediocritate recedere, melius est per gracilitatem, quàm per craßitiem: huius quidem ratio est, quoniam in valde craßis venæ & arteriæ sunt angustæ, & ob id parum habent sanguinis atque spiritus, quo fit, vt procedente ætate citò & parua de causa naturalis calor extinguatur, quod non contingit gracilibus, qui venas & arterias latas poßident: propterea craßi partes habent principales sine munimine, & ob id ab externis causis afficiuntur, at qui mediocres natura erant, hoc est principio generationis, & postmodum craßi facti sunt, quoniam victu lautiori utuntur, licet molem carnis & pinguedinis obtineant, venas tamen, & arterias latas habent, & ob id calor innatus in his non adeo extinctioni paratus est.

7.4. trac. 4 cap. 5. Huius proinde Aphorismi meminit Auicen. his verbis: Et ad summum mors super vltimatos in pinguedine festinat, ut proprie illos, qui impinguantur in prima ætate, ipsi enim minutas habẽt venas, & cõstrictas, & sunt expositi apoplexiæ, & paralisi, & pulsui cordis, & diariæ propter humiditatem ipsorum, & malitiæ anhelitus, & syncopi, & febribus malis, & non tolerant famem, neque sitim causa constrictionis meatuum spiritus, & vehementiæ frigoris complexionis, & paucitatis sanguinis, & multitudinis sanguinis: Videtur itaque Auicen. intelligere per craf-

sos pingues, qui frigidæ sunt temperiei: Vnde statim subdit Auicē. Et homo quidem non peruenit ad ultimum magnitudinis impinguationis, nisi cum est frigidæ complexionis: mox subiecit idem, quòd tales prolem non gignunt, paucumq́ue semen habent, & tales mulieres non concipiunt, etsi concipiunt, abortiuntur, neque coitum appetunt: insuper si tales medicinis vtantur, facile est, quòd hæ ad locum affectum ob uenarum coarctationem non perueniant, tuncq́ue humores mouebuntur, non autem educentur, & hoc timorosum est, & forte perducet ad perditionem, quod itidem in his accidit, cum & phlobotomantur, etenim phlobotomia vt & alia huiusmodi difficilia admodum sunt. Proinde ex Galen. apparet, ꝙ per crassos valde debemus intelligere huiusmodi, qui à natura frigidæ complexionis esse dicuntur, quoniam hoc loco ait tales arterias, ac venas angustas habere, & ob id parum sanguinis atque spirituum, & ex consequenti natura frigidos esse: in secundo autem de temp. inquit, quòd craßitudo & gracilitas insequuntur temperamenta nō modo naturalia, sed & si qua sunt ex longa consuetudine contracta: multi. n. graciles facti sunt pingues ex ociosa, delicataq́ue vita toto ad humidius commutato temperamento, contraq́ue complures pingues graciles ex multa inedia, curis, & tenui victu persiccati:

2. de tēpe. cap. 4.

ti: ſunt aũt qui natura tales ſunt, aut ex cõſuetudine cognoſcẽdi, ꝙ latiores venas habẽtes, natura ſunt calidiores, anguſtiores verò qui habent, magis frigidi, ſiquidẽ calidi eſt dilatare, & flatu extẽdere, pariter naturaliter ſimul cocũt anguſtia quidẽ venarũ, & habitus pinguis et craſſus, ſimili modo laxitas ſeu amplitudo uenarũ et gracilis habitus: Vnde ſi contingat aliquẽ eſſe ſimul pinguẽ, & craſſum, latasq; habere venas, is nõ eſt pinguis natura, ſed factus cuiuſpiã cõſuetudinis rõne pariter ſi quis anguſtas habet venas, & gracilis eſt, non talis ex natura, ſed cõſuetudine dicetur: atq; hi ex Galeni ſententia cognoſci poſſunt, quoniam cum fameſcunt habentes quidem anguſtas venas, cum exigui ſint ſanguinis, longam non ferunt inediam, habentes autem latas venas, longiorem quidem ferunt inediam citra noxam, cum ſanguine abundent: patet igitur ex his, quòd ibidem Gal. per craſſos intelligit pingues, vbi enim dicit litera latina: Quòd ſi quis pinguis, craſſusq́ue eſt, ac venas laxas habet &c. litera græca habet, πιμελώδης καὶ παχὺς, & Hippo. in contex. ait οἱ παχέες σφόδρα κατὰ φύσιν hoc eſt craßi valde ſecundum naturam: cum verò dicere intendit Gal. aliquos eſſe carnoſos, non inquit quòd illi ſunt παχέες hoc eſt craßi, ſed πολύσαρκοι ideſt corpulenti, qui quidem frigidæ temperaturæ minime ſunt, ſed vt ibi declara

tur,

tur, aut calidæ, aut mediocris quoad caliditatẽ, ac frigiditatem, in altera autem contrarietate humiditate mediocrem excedunt. Neque hoc loco Curtij opinionem approbo, qui putat Hipp. intelligere crassos absolute, quoniã secũdũ naturã, & à principio generationis corpora crassa esse nõ possunt nisi rõne pinguedinis, dãtur.n. corpora à principio natiuitatis calida & humida, q̃ corpulenta erunt, atq; carnosa. Sed sciscitabitur fortè à me quispiam, num per graciles intelligat absolute omnes tam colericos, quàm melancolicos, an verò colericos tantũ: videtur.n. ꝙ melancolici natura sint graciles, sed venas latas non habent, quoniam frigidi sunt, Gal. aũt ait, ꝙ qui latas venas habent, graciles sunt. Mißis, q̃ à Curtio dicuntur, qui de gracilibus absolute aphorismum intelligendum esse censet, & ꝙ graciles ab initio natiuitatis sunt colerici, non autẽ melãcolici, ex adustione tamẽ tales fieri possunt: clarũ nanque est, ꝙ dantur melãcolici nõ adusti à principio generationis, dicendũ arbitror, ꝙ melancolici naturales, quoniam frigidæ sunt temperiei multum generant phlegmatis, & in eis etiã nõnihil pinguedinis generatur, licet non tãta, vt in frigidis & humidis, ita ꝙ tales habita ratione sui corporis non ualde graciles dici queũt, præsertim quoniã ut Hip. de ualde craßis loquitur, ita & de ualde gracilibus loqui debet: præterea

diceret

diceret quis, cum Hippo. de morte loquitur, num de ea naturali intelligit, an verò de ea præter naturam, nam de naturali haudquaquam intelligendum esse videtur, quoniam craßi sunt humidi, humiditas aũt facit ad vitæ longitudinẽ, sicut graciles sicci. Respondendum est, quòd ex his quæ diximus ex Auicenn. patet, quòd pinguia magis sunt obnoxia morti preter naturam, cum enim vasa stricta facile implentur, ex quo suffocatio, venæ ruptura, prohibitio debitæ transpirationis, ac per consequens putredo cõtingere possunt, periculosa admodum phlobotomia est, atque pharmacia: pariter de naturali dico morte, quòd breuioris sunt vitæ, non quidem quoniam (vt nonnulli dicunt concedentes in colericis maiorem fieri resolutionem, cum sint calidiores) in colericis maior fit restauratio, sed quoniam in gracilibus minor fit resolutio, propterea ꝙ corpora dura & sicca resolutioni obsistunt: in craßis autem, cum humida sint, magis resoluuntur, licet calor sit imbecillior: item colericus cum maiori stabit siccitate, cum qua valde crassus non consistet: item in valde crasso parua resolutio maior est, quàm magna in gracili, quandoquidem in illo calor debilis, in hoc verò validus est. Quod autem dubitari solet num pingues sint calidi, an frigidi, & calidi potius quàm frigidi, quoniam pinguedo calidæ est naturæ & humidæ, vt

sentit

ſentit Galen.& Auicenn.nec non & Auer. in aliud opportunius tempus differatur, vt ad alterum exponendum Aphoriſmũ condeſcendamus. 11.de ſim. med.cap.2 2.cano.c. 73. 5.colli.26

APHORISMVS XXXXV.

QVicunque iuuenes morbo comitiali laborãt, mutatione maxime ętatis, & temporum, & locorum, & victuum quoq; liberantur.



ENTENTIA eſt Aphoriſmi, quòd iuuenes, aut pueri morbo comitiali laborantes liberantur ex mutatione ætatis humidæ, nempè in ſiccam, & temporum humidorum, ſcilicet in ſicca, pariter & locorum ac victuum: hũc Gal. inferius aphoriſmum citat, vbi & de exercitatione, ac medicinis verba facit. Quo ad epilepſiæ nomen, qui comitialis eſt morbus, ſciendum eſt, quòd Epilepſia morbus hic nominatur, vt nonnulli aſſerunt, ab ἐπὶ quod eſt ſupra, & λῆψις hoc eſt læſio, ſed rectius dicitur ab ἐπὶ q̃ eſt ſupra, & λῆψις ideſt captio, vt & exponit Alexander. Tralli. vtpote quòd capitis ſenſum, ac mentem pariter apprehendat: vocatur 5. Aph.7. lib.1.c.21

&

& sacer morbus ex eiusdem Alexan. sententia, quoniam in capite nascatur, quod partis animæ sacrum, templumque est: dicitur & morbus herculeus, vel ob immensos labores, vel quemadmodum Hercules inuictus, sic & morbus hic ferè nulla medicorum ope superatur, vel quia Hercules eum passus est, vt alij censent: à quibusdam nominatur morbus infantilis, vel puerilis affectio, quippe pueris vt plurimum accidit, morbus etiam caducus, quoniam cadere facit, & morbus lunaris, propterea quòd qui in Lunæ coniunctione nascuntur, hunc morbum pati videntur: postremò & morbus comitialis, nam si contingeret in comitijs quempiam cadere, comitiæ, quæ erant conuentus populi ad creandos magistratus, differebantur. Galen. in commen. imprimis declarat, in quibus morbus hic & apoplexia conueniant, & in quibus adinuicem distinguantur, mox aphorismi sententiam aperit. Comitialis itaque morbus apoplexiæ quodammodo proximus est, in vtroque namque morbo idem locus nempè cerebrũ patitur, & vterque ab humore crasso & frigido ortum habet: distinguuntur autẽ adinuicem, quoniam apoplexia fit, quando ex toto virtutis à cerebro ad neruos defluxus deficit, & ob id in ea totum corpus dissoluitur: morbus autẽ comitialis fit ob vitiosum motũ, q̃ q̃dem motus totius corporis cõuulsio est, fitq; talis, quo-

niam

niã vētriculi cerebri nõ ex toto obstruũtur, ita vt virtus nullo modo à cerebro confluat. His declaratis Gal. aphorismi sñiam enucleat, nã cũ humor crassus sit, ac frigidus, qui generat epilepsiã, ætas quidem iuuentutis, quæ calida est, & sicca, tali morbo laborãtibus vel maxime p̃stat, quippe cum crassus ille, frigidusque his indigeat, quæ calefaciant, attenuent, atque exiccent, pariter & mutationes locorum proportione respondentes idipsum efficient, cum ad sicciorem, calidioremque naturam vergunt: eodem etiam modo victuum mutatio, quæ habitum corporis calidiorem & sicciorem efficere apta est, neque enim qualibet victuum mutatio morbum comitialem sanat, quapropter illud simpliciter audiendum non est: contingit etiam (inquit Gale.) audire simpliciter, ꝙ victus mutatio morbo comitiali vtilitatem præstet, quoniam magna ex parte victus deprauatus, & malus morbum excitat: quare & victus mutatio multo ad melius perducit. Est aũt aduertendum, quòd Galen. inferius vbi hunc citat aphorismum, quemadmodum diximus, eum etiam fusius, & clarius exponere videtur, nam & eo aphorismo consimilem Hippo. habet sententiam, inquiens: Quibuscunque morbi comitiales fiunt ante pubertatem mutationem accipiunt, quibuscunq; autem uigesimoquinto anno commoriuntur: Galen. in 5. aphoris. par. 7.

com. ait Hippo. de ea tantum eo aphorismo memi nisse mutatione, quæ ex ætate fit, reliqua autem subaudienda voluit: & ex hoc vnum soluitur dubium, quod fieri posset, cur est, ꝙ Hippoc. in hoc aphorismo de medicinis mentionem non facit, cũ præsertim dicat ibi Gal. ꝙ haudquaquam credendum est ex sola ætatis mutatione morbum sanari comitialẽ, nisi & alia recte se habuerint, siquidẽ responsio in promptu est, ꝙ ex memoratis reliqua ẽt subaudiantur quæ sub silẽtio inuoluit: & ob id hoc aphorismo de alijs, nõ ãt medicinis mẽtionẽ fecit. Dices, videtur, ꝙ aphorismus ille huic sit contrarius, quoniã ibi ait, ꝙ qui morbi comitiales fiunt ante pubertatẽ ex ętatis mutatione soluuntur, qui uero ad vigesimũquintũ annũ processerunt, cõmoriuntur, clarũ ãt est, ꝙ vltra vigesimumquintum annum succedit iuuentus, quæ calida est, & sicca, ergo ętas illa ad morbi solutionem efficere deberet. Dicendum est, ꝙ Hip. intentio eo aphorismo est, morbos comitiales incipientes ante pubertatẽ ętatũ mutatione dissolui, ppterea ꝙ incipiunt in ætate humida apta quidẽ multiplicare materiã, quæ talẽ pariat morbum, quæ vtiq; materia, mutatione facta ad ætatẽ calidã & siccã, dißipatur, & liberantur ægri: qui verò post pubertatem nempe 25. annum inchoant, qui terminus est pubertatis, cuius initium est 14. annus, vt ibidẽ testatur Galenus, ætate solui non

possunt,

possunt, quoniã si ætas iuuentutis calida & sicca morbi generationem prohibere nõ potuit, signũ est, ꝙ magna affuit causa, quare neq; ẽt curare poterit: hac.n.rõne Galenus aduersus Dioclem vtebatur in cõ. aphorismi superius enarrati, qui febrem aredentem hiberno tempore factam facilius sanari putabat, cuius tamen oppositum ob prædictam rationem censet Gal. Vnum præterea ibidem in com. subdit, postquam dixerat, ꝙ paßio hæc ex sola ætatis mutatione non sanatur, sed & alia omnia recte procedant, oportet ꝙ neq; ẽt intelligendum est, ꝙ morbus talis incipiens post pubertatem omnino permaneat, nulloq́; modo curari poßit, sed ꝙ Hip. ostendat morbum consenescere, quantum ad ætatem attinet, si quis tamen rectam victus rõnem adhibuerit, aliaq́; probè fuerint adhibita, curari quidem põt, licet id rõne mutationis ætatis nequaquam consequatur. Proinde verum motus spasmosus sit de essentia epilepsiæ, siue in eius diffinitione ingrediatur: id vtique præter Gal. sententiam, & Auic. & Auerroem sensisse videtur, etenim Auic. eam diffinit ꝙ est ægritudo prohibens membra animata ab operationibus sensus, & motus, & erectionis non integre, vt inquit antiqua versio, ex qua laborarunt expositores, noua autem habet, prohibitione non completa, & illud est propter oppilatione contingentẽ, plurimum uerò eius est ꝑpter

aphc. 34.

3. collig. ultimo.

1. 3. tract. 5. cap. 8.

spasmum vniuersalem accidentem ex nocumento adueniente ventriculo anteriori cerebri, quare facit prouenire oppilationem non completam: Vnde prohibetur transitus virtutum sensus & motus in eo, & in membris penetratione integra absque abscisione totali ipsius, & prohibet à possibilitate erigendi, seu standi, & neque possibile est homini, vt cum eo remaneat erectio corporis: Auerro. autem ait, epilepsia est ægritudo, quæ facit cadere in terram patientem in primis tunc mouentur omnia membra motu malo extraneo, deinde sic mouentur, donec homo cadit, & priuantur omnes sui sensus, & virtutes animales, aut diminuuntur, & contrahuntur, & colliguntur omnia ipsius membra, & contrahuntur, sicut spasmata. Quidam autem volunt, quòd motus spasmosus non sit de eius essentia, & ad Auicenn. dicunt, quòd diffinitio illa ab eo tradita peruenit vsque ad illud [non integre] reliqua enim adiecta sunt, vt quomodo generetur apoplexia, indicetur: nam dicunt hi, in epilepsia spasmus non semper durat, ergo in eius diffinitione includi non debet, propterea quod cum non est spasmus, tunc neque foret epilepsia, quod quidem falsum est: quòd autem non semper duret, habetur à Gal. cum ait, Atque morbus quoque comitialis conuulsio est omnium corporis partiũ non perpetua, vt in Prosthotomo, opisthotono, atque

3. collig. c. vltimo.

3. de lo. af. cap. 5.

Tetano

Tetano, idest neruorũ rigore videre est, sed quæ ex temporum accidit interuallis. Verum hi non recte sentiunt: videtur nanque spasmum in eius essentia seu diffinitione introcludi, cum Galen. innuat eò differre epilepsiam ab apoplexia, his verbis: si verò non solum totum corpus conuellitur, sed principes functiones detinentur hoc symptoma comitialis morbus appellatur, quemadmodum & apoplexia, qua simul & totum corpus resoluitur, & principes functiones occupantur: de diffinitione igitur epilepsiæ apud Auicenn. quoque est illud, quod sequitur, cum ait, Plurimum verò eius, scilicet oppilationis est propter spasmum: Vult etenim Auicen. quòd cerebrum principio contrahat se nocumentum percipiens, postea se extendat, ut id, quod nocet, expellat, quemadmodum faciunt hi, qui lõgius salere cupiunt, imprimis enim se colligunt, mox se extendunt: & huiusmodi motu est in causa cerebrum ꝙ paucus humor obstruit, qui quidem non obstrueret, nisi cerebri ventriculi constrictio foret, ob id nonnunquam stant absq; motu: & propterea inquit Auicen. quòd obstructio completa non est, & transitus virtutum non integre prohibetur: at quoniam in apoplexia obstructio non fit ex cerebri constrictione, ob id opus est, ut multa materiæ quantitas adsit, vt illa efficiatur obstructio: proinde de motu qui fit

3. de acci. & mor. 3

in epilepsia, dicebat quoque Gal. cæterum velox
3. de lo. af cap. 5. eius scilicet cerebri discußio crassum humorem spiritus in cerebri ventriculis obstruentem hunc maxime affectum peperisse declarat, neruorum principio seipsum quatiente, quo excutiat, id, quod noxium est: quod idem repetit & in præsenti commento, dicens, Apoplexiam esse ob omnimodam carentiam illius potentiæ, quę ad neruos defluit: morbum autem comitialem propter motum vitiosum generari. Cęterum quę nam sit epilepsię immediata causa, an mala sine materia intemperies, an verò materialis ipsa intemperies. Nonnulli censent malã vtique intemperiem absque materia posse epilepsiam generare, dico autem malam intemperiem ipsius cerebri præcipuam. Sed aduersus hos est Galen. authoritas, vbi ait, quemadmodum apo-
5. de acci. & mor. ultimo. plexia & morbus comitialis ob pituitę in ventriculis ipsius aceruatæ multitudinem accidere videntur, proinde horum symptomatum tum generatio, tum solutio subitana est, id quod per corporum intemperiem fieri haudquaquam potest: Horum ẽt opinionẽ reprobat Auer. dicẽs: Hẽt paro
3. colli. ultimo. xismos, ergò non fit à mala cõplexone sine materia, quæ nõ citò recedit: si fiat à mala comple-
1 3. tract. 5. cap. 8. xione materiali rerum intrinsecarum neque ẽt à rebus extrinsecis, talis mala intemperies indu ci potest, quæ pariat epilepsiam: idem & Auic.
in-

inquit easdem moliens rationes. Galenus autem tres epilepsiæ modos constituit, eosque declarat: vnus quidem est, cum epilepsia fit, affecto scilicet cerebro, cum in eo materia reperitur, quæ nocumentum & obstructionem efficit: alio autem modo cum affectio ab ore ventriculi ad cerebrum per consensum ascendit: ac tertio cum ab aliqua parte æget affectionem incipere persentit, quæ deinde paulatim ad cerebrum vsque pertingit: quem tamen modum rarò fieri autumat Galenus, accidisse autem cuidã puero, qui dispositionem incipere à crure, & paulatim per lũbos, & femur, & latera ad ceruicem, & usq; ad cerebrum ascendere percipiebat. Verum de materia, quæ immediate epilepsiam producit, nonnihil inter se differunt Galenus & ipsius Auerrois, siquidem Gal. apoplexiam, & epilepsiam fieri ex multitudine pituitæ in uentriculis cerebri coaceruatæ sustinet, quod quidem subita eius generatio, & solutio indicat. Auer. ãt eadem ratione tenet, ꝙ non immediate ab illa materia frigida crassa & viscosa efficiatur, quod Galeni ratione comprobat, nam talis materia nec facile solui, nec discuti potest, neque etiam pariter subitò talem affectum gignere, sed tenet inquàm ipse, ꝙ à uaporibus ex materia illa crassa, & frigida genitis, & eleuatis efficiatur, quæ ex se obstruere non posset: uapores autem sunt hi, qui ob-

3. de lo. af fect. 7.

struunt, & ob id utraq; epilepsia & apoplexia si debilis sit, citò dissoluitur. & forte Auer. Galenum non reprobat, sed Galen. in hoc ita sentire existimauit: Attamen Galen. vbique tenet eas ex materia frigida crassa ventriculos obstruente generari: possumus autem dicere eas citò dissolui, propterea quòd natura magnum conatum demolitur, naturamque ad alium locum transmittit. Videtur quinetiã Auic. voluisse epilepsiam ex vaporibus ex materia genitis fieri, vt & Auerro. quæ tamen & colerica, & sanguinea, & melancholica, atque phlegmatica esse potest, atque hoc vtique non negaret Gal. sed præter hæc vult etiam Gal. ex materia ipsa fieri obstructionem. Vnum aliud addit Aui. quòd dupliciter meatus obstructio effici potest, aut enim obstruitur meatus spiritus à cerebro, & tunc est obstructio in cerebri ventriculis, & neruorum origine, aut est obstructio meatus spiritus ad cerebrum, atque hæc est sanguinea, fitque repletis venis & arterijs, per quas spiritus ducuntur ad cerebrũ: & de hac videtur meminisse Hip. & Gal si epilepsia, aut apoplexia dici promerentur. Dices, cum epilepsia, & apoplexia ab eodem generentur humore, cur epilepsia habet periodos, apoplexia verò minime? Dico, quòd est simile sicut de podagra, & morbo articulari: podagra nanque periodicat, quoniam

4.reg.acu. 23.

niam tanta materia ad faciendam podagram non requiritur, sicut ad morbum articularem, qui omnibus accidit articulis: ita & epilepsia habet periodos, quoniam minor materia ad eius generationem, quàm ad apoplexię generationem requiritur. Est autem aduertendum, quòd conuulsio, siue spasmus, qui in epilepsia fit, ex siccitate prouenire non potest, vt Auic. declarat, & Gal. eo argumento, quòd nec subitò fieri, nec subitò solui poßit, cum nec cerebrum, nec eius membrana tenuior breui tempore ad tã tam ariditatem peruenire queat, vt corio similis efficiatur: fit igitur spasmus non proportionatus materię: de eo verò ex repletione dubie admodũ loquutos fuisse videmus, cum dicunt, quòd ex obstructione fit, in ventriculis cerebri, & princi pijs neruorum: atque tunc dici fortè posset, ꝙ illa ex materia in neruorum origine imbibita spasmus fieri potest ex repletione, quę quidem materia citò ammoueri potest, licet viscosa, quoniam neruorum origines humidę, & molles sunt, & non ualidè retinent: de spasmo autem nõ proportionato clarum est ipsum gigni, quoniam cerebro ex nocumento percepto, ut superius dictum est, conuulso totum conuellitur. 3. de lo. af fe. 5.

APHORISMVS XXXXVI.

DVobus doloribus simul non eundem locum infestantibus uehemētior alterum obscurat.



LITERÆ legi d. t negatiuè, nō āt affirmatiuè, vt legit Leo nicenus, & hoc patet ex Gal. cōmen. in quo aphorismū decla rat, & aphorismi rōnē red dit. Imprimis itaq; ait Gal. Hip. innuere, ꝙ duo dolores simul in eodē loco cōsistere possunt: si quis āt eūdē locū ꝑcise intelligat, impossibile est, sed eūdē locū late intelligēdū est, vt pote brachiū vel manum, vel cubitū, aut femur, aut tibiā: duo. n. dolores ad hūc sensum eūdē locū occupare queūt, verū hi ex Gal. sñia loci affluxū adaugēt, quoniā ægrotās ambos percipit. Hinc omittēdæ sunt erroneæ quorundā imagina tiones, qui Gal. non recte intelligentes de immediata causa doloris, putātesq́; nō solū cōtinui solutionē, sed & malā intēperiē esse immediatas causas doloris, mille chymeras astruunt, vt duos dolores in eodē exquisite loco fieri nō posse salunt. Proinde Gal. sñia est, ꝙ sola continui solutio sit causa immediata doloris: & ob id cū in eo

dem

dem loco exquisite duæ continui solutiones fieri nequeant, neque etiam duo dolores in eodem exquisite loco consistent: quòd autem sola continui solutio sit doloris immediata causa ex ipso pluries Gal. colligitur. Postea ipse aphorismi rõnẽ reddit, pro cuius declaratione aduertẽdũ est, quòd dolor quadrifariam remoueri potest, vno quidem modo doloris causam ammouendo, nempè malam intẽperiem, quæ continuum soluit, vel materiã multam membrum extendentem, & tunc sanamus, non autem sedamus dolorem; alio autem modo per ea, quæ verè sunt anodyna, hoc est dolorem sedantia, quæ etiam nõnunquam dolorem sanant. & talia sunt calida in primo ordine, tenuiumque partium, neque vim adstringendi poßidentium: tertio verò modo per ea quæ sensum remouent, quæ non verè anodyna dicuntur, neque mitigare dolorẽ, nisi vt quis dicat, in homine mortuo dolorem mitigare, remouereve: at quarto & postremo per reuulsionem, idque bifariã, vno quidem modo per reuulsionem materię dolorẽ inferentis, alio verò per reuulsionẽ virtutis sensitiuę, quo quidem postremo volũt Hip. & Gale. quòd maior dolor minorẽ obscuret: vnde dicebat Gal. quòd si duo sint dolores diuersis in locis, vt alter quidem in cubito, alter verò in tibia, alter quidem ab altero obscuratur, quoniam uis sensilis tota fermè ad dolorem maiorem reuellitur

4. de simp. med. 1. & 2. & 4. de ac. & mor. cap. 6.

5. de simp. med. ca. 8.

atque

atque distrahitur, quo fit, vt minor defectu virtutis sensitiuæ minime sentiatur: hoc enim (ait Gal.) solet & nobis contingere in mœroribus, qui veluti dolores solius animi absque corpore existunt, nam si duo sint mœrores, qui ex eadem causa ortum non habent, maior quidem occultat minorem: si autem ex eadem originem causa habeant, seipsos potius adaugent. Cur autem virtus sensitiua distrahatur, causas nonnullas expositores reddere contendunt, inter quas primam aßignant, quoniam virtus, quæ totum regit, atque gubernat, quæ & ipsa ab intelligentia non errante dirigitur, sanguinem, & spiritus transmittit, vt parti offensæ succurrat: Sed contra hanc est ratio: si enim dirigitur ab intelligentia non errãte, quomodo ea, vt iuuet, mittit, cum eadem lædant? altera autem causa est, quæ ab eis recensetur, quoniam dolor inflammat, malamque calidam inducit intemperiem, quæ attrahit. Sed quid dicent de dolore, qui à frigiditate fit? is enim caliditatem, quæ poßit attrahere, inferre nequit: postrema vero ab hisce aßignatur causa, quoniam membrum, in quo maior est dolor, debilius efficitur, & ob id fortiora ad illud transmittunt: Hoc quidem verum est de superfluitatibus, non autem de san-
13. meth. med. 2. guine & spiritu, vt ex Gal. alibi sæpius colligitur. Veram itaque causam aßignat Gal. inquiẽs:

Decla-

Declaratum est libro de pot.nat.virtutē expulsiuam suo fungi munere, cum aliquid sentit contristans, causa autem doloris de numero est contristantium; dum igitur hanc reijcere properat, nihilque primis conatibus proficit, vehementius aggressa expellere, quod infestat ex partibus superpositis in partem afflictam simul aliquid sanguinis & spiritus exprimit, plus autem influit, vbi maior est dolor, quoniam maiorem facit conatum in eius doloris causam remouendo. Porrò consultò omittatur difficultas illa, num plures dolores in eodem membro, vel eadem parte exquisite consistere poßint: concedunt nanque expositores duos dolores specie distinctos in eodem loco consistere posse: dicunt autem Gal. intellexisse de doloribus numero solo distinctis, qꝫ in eodem loco esse nequeunt: quod tamen ex dictis superius de causis doloris Galeno apertißime aduersatur.

APHORISMVS XLVII.


Vm pus conficitur, dolores, ac febres accidunt magis, quàm iam confecto.



RO declaratione præsentis aphorismi Gale. in commen. primum declarat ex qua materia, & ex quo agente generatur pus, mox ipsius sententiam, ac causam aperit. Generatur itaque pus ex sanguine habente semimalam transmutationem: cur autem semimalam dicat Galen. rationem reddit, quoniam transmutatio simpliciter mala cum putrefactione graueolenti fit, quemadmodum est transmutatio, quæ simpliciter optima est, nutritio ipsa animalis partium existit: qua de re Galenus triplicem transmutationem constituit, quæ enim simpliciter mala à solo calore præter naturam fit, ut in mortuis, quæ simpliciter optima, à solo naturali calore, quæ vero media neque à calore tantum præter naturam, neque à naturali duntaxat: vnde in inflammatione, in qua gignitur pus, calor inflammationis mixtus est ex vtrisque, vtpote calore naturali rõne nẽpè membrorũ radicalium, à quibus generatur pus, & ob id alba est, vt testatur Gal. & ex calore præter naturã, qui quidẽ in materia putrescente, hoc est ipso apostemate continetur: ex quo patet aperte quomodo duo etiam sunt calores, siquidem generatur pus (vt dictũ

1. progno. ultimo.

est

est) naturali quidem concoquente, præter naturali verò putredinem tentante: & propterea dicebat pus optimum est, si candidum, de quo dictũ est, æquale, leueque, quàm minime fœtidum conspiciatur, quasi dicat, quòd paruum habet fœtorem, quoniam calor naturalis vincit: hoc declarato inquit Galenus, Aphorismi sententia, eiusque causa est, quoniam dolor fit, cum particula inflammata extenditur simul & calefacit præter naturam, febres autem fiunt, & consequuntur concalefacto principio, nempè ipso corde: ambo autem hæc vtpote extensio, calefactioq; inflammatæ particulæ, & cordis concalefactio ex quadam veluti ebullitione, vstioneque sanguinis eueniunt, ex cuius quidem sanguinis, vbi is integre fuerit exustus, residuo fit pus, quemadmodum ex lignorum integre vstorum reliquijs cinis: quo sanè tempore non sine ratione dolores, & febres desinunt, atque præsertim si pus fuerit excretum: Dico autem non sine ratione desinunt, cum iam materia consumpta sit, & ignea caliditas extincta, vt in cineris generatione videri licet, etenim cum generatur cinis, ligna inflammari necesse est, multosque lignorum vapores in flammam conuerti: pariter in puris generatione sanguis accenditur, qua ratione cõplures vapores gigni contingit, qui membrum accensum extendentes, & continuum soluen- lib de [illegible] têp. [illegible] cap. 3.

tes

tes dolores pariunt, & ratione quoque caliditatis eorum, quæ in phlegmone continentur, fusio efficitur: item quemadmodum cum cinis genitus est, cessat flamma, & lignorum inflammatio, pariter pure genito cessat inflammatio, & ex consequenti membri extensio, atque dolores, adhæc quoniam cessat inflammatio, febres etiam delitescunt, quæ quidem aucta inflammatione auctæ conspiciebantur. Est autem animaduertendum, quòd cum cinis fieri incipit, & flamma augetur, aliqua semper cineris portio facta est, neque intelligendum, quòd totus cinis vno instanti, vel tempore imperceptili efficiatur, cum autem pro maiori parte factus est cinis, nec confestim flamma delitescit, sed per partem post partem paulatim, & eo tempore adhuc aliqua cineris portio generatur: maior verò, cùm maxima inflammatio adest: pariter in generatione saniei pars semper quæpiam genita est, & cum dolor etiam, & febris cessare incipit: voluit itaque Hipp. cum dixit, dum pus conficitur, intelligere, cum pro maiori parte generatur, & quo-
1. de diff. feb. cap. 6. niã eodem modo digestio fit materiæ in venis existentis, sicut puris generatio, vt docet Gal. ideo semper aliqua materiæ portio concocta est, quæ
11. meth. cap. 8. indiget euacuatione, ob id dicebat idem ad illorũ eductionẽ his vti debemus, quæ vrinam cient, su-

dores, vomitum, & huiusmodi: Est etiam intelligendus Aphorismus in seruantibus pro maiori parte materiam ad vnam expulsionem, non autem in his, in quibus paulatina fit euacuatio, vt in pleuritide: de hoc autem aliàs à nobis diffusius dictum est: insuper intelligendus data sensus paritate, nam si in statu stupefacies membrum, non ita æger dolorem percipiet. Aduertendum autem est, quòd saniem aquosam medici virus appellant, si verò sit crassa, sordem, sanies autem & pus idem indicant, vtpote tam quæ bona, quàm quæ praua sanies existit, atque de his loquitur Auicenn. Ceterum Aphorismus hic de bono duntaxat pure 4.4. tract.
subintelligitur. Nunquid autem verum sit, 3.c.1.
vt Galenus consentit, saniem à duplici calore, naturali scilicet, atque præter naturam generari, an verò à naturali tantum, non autem ab eo præter naturam, ut ex nonnullis Auicenn. authoritatibus ellici videtur, vbi lo- 3.4. tract.
quens de laudabili sanie, inquit, Et in qua non 1.c.23.&
operata est, nisi caliditas innata: & rursus hæc loco supra
verba profert, Et non generatur sanies, nisi à & 2.primi
digestione naturali, ergò calor præter naturam doctri. 2.
non concurrit: & de putrefactione verba faciens, ait, Putrefactio enim sæpe accidit, cum in corpore remanet (posteaquam ab ea causa extranea calefaciens separatur) caliditas extranea sum. 2.1.

& in materia humida accenditur, & eius humiditatẽ mutat ab eo, quod complexioni substantiæ, in qua est, erat conueniens, ita quòd eam ad aliam complexionum specialium non naturaliũ non conuertit. Vgo ob hasce Auicen. authoritates tenet ꝙ sanies à calore naturali tantum efficiãtur, & Galenum glossans ipsum voluisse, inquit, quòd ad saniei generationem calor præter naturam concurrat, non quòd saniem generet, sed quoniam sanies ex materia semiputrida fit, quæ ad benignũ reduci non potest, quæ quidẽ putredo in materia à calore putredinali, ac præter naturam conficitur, quemadmodum si dicamus stomacum ad sanguinis generationem concurrere, quoniam oportet imprimis, vt in stomaco cibus digeratur, ita & materia primo putrescit, mox pus ipsum conficitur. Verum contrarium expresse sentit Gal. in commento, cum ait, quòd transmutatio, quæ pus generat, neque simpliciter mala est, neque simpliciter bona, sed media, quæ ab vtroque calore fit nempè naturali, atque præter naturam, cum calor inflammationis ex vtroque quodammodo mixtus sit: Ex quibus patet, quòd calor præter naturam, & naturalis ambo tunc sunt, cum pus ipsum conficitur. Proinde quibusdam suppositis aduersus Vgonem instabimus, primum quidem suppositum est, quòd cum calor naturalis, & ille præter na-

turam

turam sint agentia merè naturalia, agent quidem quoad possunt, vbicunque reperiantur: secundum autem suppositum est quod duo calores agentes in eodem subiecto, unam, eandemque caliditatem producunt, quoniam duæ causę in eodem subiecto consistere nequeunt: tertium verò suppositum est, quòd agens materiam disponens formam etiam introducit: His stantibus, arguo modo contra ipsum, Ambæ caliditates sunt in inflammatione, in qua generatur pus, ergò agunt, & calefaciunt, quoad possunt, quoniam agentia sunt merè naturalia ob primum suppositum, ergò unum & eundem calorem inducunt per secundum suppositum, sed ille calor est disponens materiam ad saniei formam suscipiendam, ergò calor præter naturam ad saniei formam introducendam ex tertio supposito, nempè vt agens partiale. Ad Aui. autem authoritates, ad primam quidem dicerem, quòd Aui. loquitur de laudabili sanie, quæ fit cum calor innatus alterum præter naturam superat, non quòd velit ipse calorem extraneum nullo modo agere: Et ob id post ea verba confestim subdit, licet non sit excusatio à communitate extraneæ: Ex quibus quidem verbis facile constat ipsum ad calorem etiã extraneũ agere: ad secũdã verò pariter dicimus verũ esse, ꝙ sanies non generatur, nisi à digestione naturali, calore. s. naturali illũ præter naturã

superante, non tamen consequitur, quòd & calor præter naturam non agat, licet infirmius: & ad tertiam dicendum censeo, quòd calor extraneus in materia humida accensus putrefacit, solusque quatenus putrefacit ad aliquam complexionum specialium naturalium non conuertit, propterea quòd corrumpendo agit, sed simul cum naturali ad saniei formam disponit: solus enim calor innatus ad saniei formam non disponit, sed membri, cuius est actus.

APHORISMVS XLVIII.

IN omni corporis motu, vbi laborare cœperit, quies statim lassitudinem aufert.



CLARA est Aphorismi sententia, quòd in motu, siue exercitatione corporis, ubi quis laborare cœperit, quies statim laßitudinem siue laborem ammouet: Galen. autem in commen. id verbum πονέειν in græco perpendens duo indicare ait, & dolere, ac fatigari, siue laborare, & quomodocunque intelligatur, aphorismum verum esse, siue enim membra iam dolo-

remſentiant ex multa, longaq́ue motione, ſiue ita fatigata ſint, vt vix munus ſuum obire poſſint, quies ſtatim (inquit Hippocra.) laßitudinem aufert. Eſt autem aduertendum, vt ſuperius dictum eſt, quòd cum tres ſint laßitudines, vna vlceroſa, altera tenſionis, ac tertia apoſtemoſa, quæ quidem omnes ante & poſt exercitium fieri poſſunt, de quibus Galen. diffuſe admodum diſerit, cadit difficultas de qua nam harum hoc loco loquatur Hippocrat. Nonnulli volunt, quòd de neutra dictarum intelligat, ſed de ea, quæ dicitur arefactiua, quæ ex humiditatis, & ſpirituum reſolutione fit: aliæ namque laßitudines ex humoribus fiunt, qui per quietem non euacuantur, & ob id hæ quiete non remouentur: dictam autem laßitudinem Galen. diſpoſitionem laßitudini quam ſimilem appellat. Raſis autem ait, Dictum dicentis, quòd quies tollit deffeßionem, veritatem dixit in deffeßione extenſiua, & ea, quæ erit ad modum apoſtematis: quibus quidem verbis vult ipſe Raſis Aphoriſmum intelligendum eſſe de laſſitudine cum materia, non autem arefactiua. Dices, quid dicendum ad rationem, ꝙ quies materiã non remouet? dicendũ vtique eſt, ꝙ quies in cauſa eſt, cum laßitudo inchoat, quòd maior materiæ copia ad loca dolentia non mittatur, & tunc natura id quod collectum eſt, diſſoluit, laßi-

Aph. 5.

3. & 4. de tuen. uale.

25. contin. cap. 4.

tudinemq; aufert. Curtius dicit, quòd etiam cum iam laßitudo facta est, & materialis, quies est molienda, vt inquit antiqua versio, non quòd auferat (vt ait noua) ex toto, atque hoc pacto saluat ipse, quinimmo & Aphorismum ita esse intelligendum existimat. Verum hoc apud me suspectum est, mihique non placet, quoniam litera græca habet ἄκοπον hoc est infaticatum, κόπος .n. laborem significat, illud verò ἀ est priuatiua dictio. Aduertendum quinetiam est, quod illud statim construi potest, & cum eo quies, & cum illo aufert melius meo, quidem iudicio, videtur, vt cum eo quies construatur, hoc est quiescere laßitudinem aufert, non autem quòd statim aufert. Expositores unam hic mouent difficultatem, num exercitium sit congruum pro sanitatis conseruatione, quæ cum impertinens sit, eam omittendam censeo, id tantum in medium afferens, quod de eo ex Gal. placitis & ab Aui. colligi potest, nempè, quòd qui exercitio congruo vtuntur, medicinas assumere sunt excusati: insuper ab Auer. corroboratur dicente, exercitium ad expurgandas omnium digestionum superfluitates (vt aliàs dictũ est) sed præcipue tertiæ vel maxime valere: id autem vario modo adhibitum esse oportet iuxta temperierum, ætatum, temporum, & huiusmodi varietatem: Et hæc de eo satis sint dicta. Dubitant præterea ijdem, num exercitium

Lib. de tuen. uale 3. primi doctri. 2 cap. primo. 6. collig. 2

tium

tium magis calefactiuum colerico, an phlegmatico conueniat, quod colerico quidem magis conueniat, uidetur esse ratio ex Gal. 3. techni desumpta, quoniam conseruatio fit per similia: in oppositum autem est ipsemet Gal. 6. de tuend. sanit. dicens coleris conueniunt exercitationes minus calefacientes. Quidam tenent exercitium magis calefaciens phlegmatico, quàm colerico competere, & tunc dicunt, quod licet tale exercitium simile formaliter phlegmatico non sit, est tamen effectualiter simile, siquidem ipsum in propria temperie sanum conseruat. Alij autem respondent, exercitium minus in se calefaciens, sed longiori tempore valde resoluens phlegmatico conuenire, magis autem calefaciens colerico, sed minori in tempore, vt minus dissoluat: quod quidem expresse Galeno contradicit. Dici potest, quòd exercitium magis & minus calefactiuum trifariam dicitur, uno quidem modo quoniam maiorem minoremvè conseruat caliditatem, atque ad hunc sensum exercitium colerico conueniens magis calefactiuum dici potest, siquidem maiorem seruat caliditatem: altero autem modo magis calefactiuum in se dicitur, cum cetera sunt paria, si corporibus eodem modo dispositis comparentur: & ita si intelligatur, exercitium phlegmatico condecens in se magis calefactiuum est, quàm id, quod colerico competit, siquidem in se data corporis dispo

ſitionum paritate exercitium quod colerico congruum eſt, magis calefaciet, atque æquali in tẽpore: tertio verò exercitium magis calefacit non quidẽ in ſe, ſed ratione corporis diſpoſitionis, ſicq́ue illud colerici corpus colerici magis calefacere aptum eſt, quàm illud phlegmatici corpus phlegmatici, propterea ꝙ corpus colericum ratione ſui corporis diſpoſitionis calefieri magis aptum eſt, quàm corpus ipſum phlegmaticum: ſtãte igitur hac diſtinctione, inquit Curtius, exercitium colerici magis calefactiuũ eſt duobus quidem modis, at id phlegmatici uno duntaxat modo, atque ob id ſaluatur, ꝙ ſimilia ſimilibus conſeruantur, dato, ꝙ exercitium phlegmatico congruum ex ſe validius ſit, quàm id, quod colerico conuenit. Sed videtur, ꝙ reſponſio hæc fermè cũ prima reſponſione conueniat, quæ exercitium in tale formaliter, & effectualiter diſtinguit, quã tamẽ ipſemet Curtius renuit. Mihi igitur rectius dicendum videtur, ꝙ propoſitio illa famoſa præſertim vera eſt de his, quæ talia ex ſe dicũtur, at exercitium ex ſe non calefacit, ſed per accidens, ſiquidẽ ad exercitium conſequitur, vt calefiant corpora, magisq́ue ac minus iuxta corporum diſpoſitionem, quæ quidem efficit, vt in tali corpore maior caliditas, in alio vero non adeo diſpoſito minor ad exercitium conſequatur.

Apho-

APHORISMVS XLIX.

QVi consueti solitos labores ferre, etsi fuerint imbecilles, & senes non consuetis fortibus, atque iuuenibus facilius ferunt.

GALENVS in initio suæ cõmentationis in hunc aphorismum declarat imprimis diuersos labores diuersis esse cõsuetos, siquidem alij cursu, vel alio motu ex cruribus facto, delectantur, alij manibus, alij terram fodiunt, alij remigant, atque alij arant, omnesque hi & huiusmodi labores, seu exercitationes differũt, quoniam his vel plures, vel pauciores corporis partes exercitantur, inter cætera autem Gal. libello de exercitio paruæ pillæ illud mirum in modum collaudat, quandoquidem eo omnes corporis partes exercitari queunt, tum vehementi, debiliq; motu, tum etiam mediocri, quo quidem motu exercitationes ipsæ inter sese distinguuntur. Inquit igitur Hippo. ꝙ qui eiusmodi exercitijs, atq; laboribus sint assueti, licet senes sint, & imbecilles, facilius tamen ferunt, quàm iuue

nes

nes & fortes non assueti: cuius quidem rationem subdit Gal. in com. commune enim est omnibus exercitijs, quòd partes illæ quæ exercentur, validiores efficiantur, atque hæc est causa, cur assueti facilius assuetos labores ferant, quàm hi, qui sunt insueti, quod quidem libello de assuetudinibus se diffusius pertractasse ait, quo etiã loco rationem reddebat, cur est, ꝙ exercitio partes calidiores fiunt, atque hæc erat, quoniam superflua resoluuntur, corpora verò solidiora relinquuntur, ibidemque hunc allegat aphorismũ, atque declarat: Sed hæc satis sint pro nunc.

APHORISMVS L.

QVæ ex longo tempore consueta sunt, etsi deteriora sunt insuetis, minus molestare solẽt: oportet igitur ad insueta permutari.



VOD in præcedenti aphorismo dixit Hippo. de solis exercitationibus, hoc aphorismo in vniuersum de omnibus assuetis sententiam profert, & veluti consilium præbens concludit, ꝙ ad insueta transire oportet, cum vnica consuetudo

suetudo periculosa sit. Vniuersalis itaque est aphorismus, qui in se non tantum exercitationes includit, sed & cibos, potus, balnea, illotiones, uigilias, somnum, calefactionem, ac refrigerationem, ac omnes denique curas, quorum omnium singula minus nocēt, quæ assueta sunt, quam ea, quæ sunt insueta, licet natura minus sint noxia: De qua quidem assuetudine seruanda diffuse habetur ab Hippo. & Gal. acut. per longum processum, vbi longe melius esse non solum sanis, sed & egris vitiosam victus rationē seruari, quàm eam subitò vel in meliorem mutari, idem quoq; Gal. consulit in senibus circa solita exercitia, ac postremo de omnibus assuetudinibus libello proprio, quas mutandas esse haudquaquam arbitratur, nisi homo sanus sit, & à ciuilibus exercitijs liber. Quoad exercitationes quidem attinet, dicit Gal. in com. illud referri ad robur partiū operantium, vt & in præcedenti aphorismo dixit, & libello de assuet. declarauit: exercitio namq; partes validiores fiunt, siquidem calor membri naturalis augetur, quo fit, vt melius membrum nutriatur, superfluitatesque exquisitius purgētur, atque exiccentur: Vnde & partes euadūt solidiores, vt tutius proprios proferant motus, quàm partes insuetæ, & exercitio vacantes molliores, atque imbecilliores: Proinde quod de corporis exercitijs dictum est, idipsum verū

5. de tuēd. ual. & 2 de rat. uict. acut.

est in animæ exercitijs, vt ait Plato in Thimeo: Etenim virtutes animæ exercitijs fiunt robustiores, quemadmodum ocio imbecilliores, ac marcidæ, cum vnaquæq; animæ virtus suos proprios habeat motus: Vnde conspicimus, ꝙ melius studemus, cum sumus assueti, quàm cũ per multum temporis vacauimus, quoniam organa, quibus vtitur anima, exercitatione ualidiora redduntur, ocio verò marcescunt, in qua quidem exercitatione tam animæ quàm corporis mediocritas seruãda est, ne excessu corpora valde admodum extenuentur, exiccẽturq́;: Quo ad cibos autem, & potus spectat, hi quidẽ ex libello de assuet. licet in ventriculo, alijsq́; partibus à nostro corpore mutentur, agunt tamẽ & in ipsum corpus, idq́; disponũt quodãmodo pro sui natura, quo fit, vt tractu tẽporis corpus aduẽtitiã naturã suscipiat, fiatq́; similitudo quędã nutriri ad nutrientia: Vnde planta persica venenosa,

lib. 3. de temp. 4.

quæ ad nos fuit transportata, venenositatem amisit, siquidem nutrimentum nutritum immutauit: insuper cum sæpißime declaratum sit vnumquodque à similibus facilius alterari, relinquitur, ꝙ quanto id quod permutat, similius factũ sit ei, quod transmutari debet, illud citius transmutabit: Vnde assueti comedere vitulinam carnem, eam melius concoquunt, quàm pulinã: ideo fratres insueti non comedere carnes melius pa-

natellam

natellã concoquunt, quoniã panẽ comedere sunt assueti q̃ contusum: itẽ melius est eis dare oua si bi consueta, q̃ alia non assueta: ob id cũ quis me dicus infirmos inuisit, bonũ est, vt eos semper in terroget, quibusnam cibis sint assueti, vt postmo dum assuetos q̃ insuetos cibos ipsi administret. Pariter & de his, quæ extrinsecus occurrunt, dicendũ est: corpora.n.aeri frigido occurrẽtia dẽ santur à frigido, quæ verò aeri calido apponun tur, laxantur à calido, & quod facilius tolerat cõsueta, aerem.s.calidũ, ab insuetis hoc est aere frigido repẽte superueniente vel maxime mole statur, quandoquidem frigus in partes corporis imas subintrat, maximeq́; lędit. De reliquis verò huiusmodi si placet Gal. lib. de assuet. leges, ad quem hoc loco nos remittit, vt ad alia necessa ria cõdescendat: Vnũ tamẽ silentio nõ inuoluã, quod ibidẽ à Gal. declaratur, cur est, ꝙ rustici et nautæ nec aere frigido, nec calido lædũtur, quo niã assueti diutius morari in sole, ita se habẽt, ꝙ à principio pori dilatãtur, & caro redditur mol lis, postea resoluta cutis humiditate, ea ipsa cu tis dura efficitur, ac densa, ita ut ab omnibus ex trinsecis causis non facile patiantur: Hinc pa tet error expositorum, qui contẽdunt assuetos magis ab assuetis alterari, vtpote ab aere calido & huiusmodi, minus tamen affici ob quandam ex assuetudine acquisitam virtutem, proprieta-

temvè

temvè: palàm enim est, quod ex Gal. sententia hi non solum minus patiuntur, uerũ nec etiã alterãtur, neque talis virtus est causa: Vnum etiam ibidẽ discutit Gal. vtrum assueti singulis annis determinatis temporibus medicinas assumere ad euitandas ægritudines aßuetas ob consuetudinem sint euacuandi: respõdet ipse, si eadem victus ratione vtantur, qua singulis annis humores multiplicabantur, quibus ægritudines eueniebant, statis temporibus purgandi sunt: at si variata victus ratione humores haud fuerint multiplicati, purgatione nõ egent, cum nec humores adsint euacuandi. In secunda autem aphorismi parte consulit Hippo. vt fiat transmutatio ad insueta salubris securitatis quodammodo gratia, quoniam vt dictum est vna tantum assuetudo perniciem protendit, cum homines inopinate in ea, quæ sunt insueta, nonnunquàm incidere valeãt: quare ne nos nimis lædant, cum contingunt, melius est ea omnia tentare, neque semper assuetis inhærere. Sed aduersus hæc placita extat Galeni authoritas, dum verba facit de cucumeribus,
2. de alim. cap. 6. dicens, quòd ab aliquibus recte concoquuntur, sed quoniam sui natura humorem prauum generant, tractu tandem temporis maxime nocent, nam ex eis in venis humor frigidus & crassus coaceruatur, qui non facile venarum coctione in bonum sanguinem conuerti potest: Vnde sub

dit ipse: Proinde omnibus praui succi edulijs quantumuis probè à nonnullis conficiãtur, abstinere in totum consulerim, clam enim sensimque longa dierum serie prauus in uenis succus ex ipsis suggeritur, atque accumulatur, qui vel leuicula arrepta putredinis occasione febris sęuißimas, & mire contumaces excitabit: quod quidem Aui. à Galeno desumptum corroborat. Dicendum est, quod licet assueta deteriora minus molestent, quàm insueta pro illo tunc, non sequitur ob hoc, quòd cibi ex se mali prauos humores non ratione coctionis, sed ex natura sua, generare nequeant: Et propterea censet Gal. malas consuetudines paulatim remouendas esse, non tamen subitò, quoniam boni cibi ob inassuetudinem subitò non concoquerentur: Insuper aduersus aphorismum est vna ratio, quod si aphorismus verus esset, ergò indicatio à consuetudine fortior foret, quàm indicatio à naturali temperie, vt si colericus sit assuetus comedere frigida, eadẽ ipsi à consuetudine sumpta indicatione, exhibemus. Hanc quidem rationem diluit Gal. vbi de naturis intemperatis verba facit, inquiens, si longo tempore has intemperatas naturas tentasti contrario victu ad melius reducere, antequã ægrotarent, in ipsa etiam ęgritudine eadem vtere victus ratione. Præterea aliam etiam formant rationem nonnulli aduersus aphorismum,

3. primi doctri. 2. cap. 7.

8. metho. cap. ultimo.

ꝙ consequeretur debilem timidum assuetum timere, minus ex timore lædi, quàm fortem, qui timere non sit assuetus. Dico ꝙ assuetus timere frigidam timore temperiem acquirit, & ob id minus læditur, quàm fortis non assuetus complexionis calidæ, qui cum timet, versus frigidam tẽperiem sibi contrariam alteratur, & ob id magis offenditur. Postremo insurgunt & alia ratione, ꝙ sequeretur temperatum cum intemperatis conseruari, vtpote quòd temperatus assuetus stare in aere calido, vel frigido, melius in aere intemperato assueto, quàm temperato conseruabitur, quod quidem à veritate absonum videtur: Respondeo, quòd dictum est, diu assuetis in aere calido cutem indurari, atque exiccari, atque ob id hi tales temperati diutius persistere non possunt.

APHORISMVS LI.

PLurimum atque repente euacuare, vel replere, vel calefacere, vel refrigerare, siue quouis alio modo corpus mouere periculosum, quoniã omne nimis est naturæ inimicum, sed quod paulatim fit, tutum est, tum aliàs, tum cum ab altero ad alterum transitus fit.

Quo-


VONIAM præcedenti Aphorismo dixerat Hippocrat. oportet igitur ad insueta permutari, hoc Aphorismo docet, quomodo facienda est permutatio: inquit igitur in prima contextus parte, Plurimum & repente siue statim euacuare, vel replere, vel calefacere, vel quacunque alia mutatione corpus mutare periculosum est, exempli gratia, si corpus obesum gracile subitò & repente euacuatione, aut gracile pariter obesum repletione reddere volumus, mutationes hæ periculosæ sunt, cuius rationem aßignat Hippocra. quoniam omne nimis est naturæ inimicum: atque hic illud adagium commune prouenit, naturam repẽtinas nõ tolerare mutationes: huius autem ratio à Galeno in commen. aßignatur, quoniam natura vel substantia animalis in elementorum commoderatione consistit, sed omne nimis dictam commoderationem destruit, ergò & animalis substantiam dißipat. Subdit autem Hippocra. in altera Aphorismi parte modum, quo talis molienda est permutatio, tuta enim est si paulatim fiat, tum in aliis, tum præsertim in illis mutationibus, in quibus ab altero assueto ad alterum insuetum fit transitus: consuluit enim in antecedente Aphorismo talem faciẽdam esse mutationem. Sed

aduersus hoc placitum dicet forte quis, quòd Ga
4. de acci. & mor. c.6 lenus causam communem delitiæ ac doloris aßi-
gnans ex Plationis mente in Thimeo ait, pa-
thos præter naturam violenter, & affatim in-
cidens dolorem excitat, cum vero ad naturalem
habitum reddit, idque rursus affatim, delecta-
tionem inducit: ergò uidetur oppositum eius di-
cere, quod hoc loco ab Hipp. & ipsemet scriptū
2. primi doc. 2. cap. 23. est: idem quoque confirmat Aui. dū agit de cau
sis delitiarū. Dico quod hoc Aphorismo non in uni
uersum intelligitur de quaque subita mutatione,
sed vt exponit Galen. in com. vel vt saltim in-
nuit, de subita ab eo quod est naturale vel con-
suetum: non autem de ea, quæ est ab eo, quod est
præter naturam, vel insuetum, ex illa nanque
fiunt delitiæ, vt testantur Gale. & Aui. Quare
expositores male illam vulgatam propositionem
admittunt, naturam repentinas non tolerare mu
tationes, veram esse in omnibus etiam cum subi
ta ab ægritudine ad sanitatem mutatio efficitur.
3. Techni cap. 86. Est & alius scrupus Galen. quoniā vbi ēt istius
Aphorismi sententiam ponit, inquit, si corpus co
lericum corrigendum est, trahendumque ad ha-
bitum temperati corporis, non similia adhibēda,
sed ea quæ tantum distent à temperamento per
frigidum & humidum, quantum colericū corpus
per calidum & siccum distat: ergo hæc reductio
subitò fiet, cum medicina frigida in secundo adhi
bita

bita corpori in secundo calefacto illud statim ad temperamentum reducat: malas enim temperies ibidem remouere docet Gal. Dissoluo ego, missa Trusiani solutione, qui volebat contraria illa esse exhibenda cum temperatis permixta, quod quidem Gal. non dixit, vt satis liquet, q̀ talia exhibenda sunt in conuenienti quantitate, vt effectum perducere poßint, vt si duo darentur temperato alterato vt duo ad contrariam qualitatem, alterabuntur etenim spiritus atque humores, sed hæc licet statim spiritus & humores alterare queant, non tamen statim membra alterare, eorumq́; complexionem permutare possunt: ob id exhibita illa colerico corpori id ad contrariam tēperiem nō nisi tēpore permutabunt: quo fit, vt aliud sit, cū de caliditate loquimur acquisita, & aliud cū de ea naturali sermonē facimus.

APHORISMVS LII.

Omnia secundum rationē faciēti, si non succedat secūdū rationē non est transeundū ad aliud, stante eo, quod à principio visum est.

HOC Aphorismo ostendit Hip. q̀ si medicus omnia faciat secundū rationē, licet sanitas vel aliquid ad sanitatē ducēs non succedat, curā mutare, atque ad alia transi-

re non debet, stante eo quod à principio uisum est, nam si ægritudo mutaretur, curatio quoque mutanda foret. Gal. in com. subdit, Non permutari ab his, quæ recte visa sunt, licet nondum manifestam vtilitatem consequi appareat ad ea, quæ adhibita sunt medico non paruæ scientiæ indiget, nam si medicus scire debet, ꝙ remedium non conferens mutandum nõ est, cognoscat oportet, se & ægritudinem, eiusque causam necnon ægritudinis remedia agnouisse: remedia autem facile non quidem ex coniectura, sed scientifice percipiet, si dispositionum dignotionẽ inuenerit, in quarum quidẽ dignotione pars artis coniectu-ralis (inquit Galen.) potißimum consistit, ex quo quidem loco colligi videtur partem curatiuam, vt mathematicam scientiam, certißimam esse, non sic autem partem ipsam symioticam, siue significatiuam: Elicitis igitur indicationibus curatiuis ex se notis haud mutanda remedia sunt, licet effectus non consequatur, quoniam sicut vix longo tempore paßio in lapide gutta in eo sæpe cadente manifestatur, ita & in crudis euenit dispositionibus, quandoquidem difficulter admodum concoquuntur: quod quidẽ & alibi loco citato confirmabat. Est aũt aduertendum, ꝙ astantes & ægri nonnunquam remedia mutari exoptant, quo quidem casu, vt eis morem geramus, ea quidem mutare valemus.

libro 2. de cõpo. med. secundum loca c. 10.

mus,

mus, sed quæ eiusdem sunt roboris atq; virtutis adhibere, cum ægritudo remediorum mutatione haudquaquam indigeat: item contingere posset, quod medicamentum longo temporis tractu ita naturæ consuetum efficeretur, quod natura ipsam sperneret, ob id mutanda remedia sunt, quæ eandem cum prioribus obtineant facultatem, ita vt neque in eadem excedant qualitate, vt litera Galeni antiqua dicere videtur.

APHORISMVS. LIII.



QVicunque aluos humidas habent, siquidem iuuenes fuerint, melius commutant his, qui siccas habent: ad senectam verò deterius commutant, nam senescentibus magna ex parte exiccantur.



APHORISMVS hic manifestus est, quicquidq; de eo dicendum est, in expositione vigesimi aphorismi huiusce particulæ à nobis dictum est. Dupliciter autem legitur, vno quidem modo iuxta literam antiquam, ac Leoniceni versionem his verbis [melius cõmutãt] & tunc exponendũ est, quod qui aluos humidas ha

bent in iuuentute melius cõmutant, hoc est melius cibos cõcoquunt, quàm ſiccas aluos habentes, cuius ratio eſt, quoniã qui humidas habent, ſuperfluitatibus purgantur, quare ab his digeſtio non prohibetur: qui verò ſiccas, ſuperfluitates retinent, quæ coctioni officiunt, non pura .n. corpora quanto magis nutries, tanto magis lædes, vt Hip. ſuperius aſſerebat: contra verò fit in ſenectute, nã magna ex parte humidas habentibus aluos in iuuentute, ſeneſcentibus exiccatur, & econuerſo, vt aphoriſmo vigeſimo abunde diſeruimus: alio verò modo legitur quo ad ea verba [melius degunt] & eſt Laurentiani verſio, & Theodori, ſiue Theodoro attributa, cuius quidem ſenſus, ꝙ iuuenes præhumidas aluos habentes melius degunt hoc est vitam ducunt minori cum moleſtia, quàm qui ſiccas aluos obtinent, eadem quidem ratione, quoniam corpus magis ſuperfluitatibus expurgatur, contra verò in ſenectute ob eandem planè rationẽ. litera verò græca ἀπαλλασθῦσ *habet.*

APHORISMVS LIIII.

MAgnitudo corporis iuuentæ quidem neque indecens, neque illiberalis: ſenectæ verò inutilis, & deterior paruitate.

Gale.



ALENVS in com. duo facit, primo corporis magnitudinis significata, mox aphorismi sententiam declarat. Magnitudo quidem corporis dupliciter dicitur, propriè, atque impropriè: proprie quidẽ ea est, quæ non solum longitudine, sed & latitudine, ac profunditate mediocritatem exuperat: improprie verò corpus magnum appellare solemus, quod sola longitudine mediocre excedit, atque hoc proprio vocabulo longum dicitur: item & improprie magnum nominamus, quod secundum latitudinem atque profunditatem mediocrè superat, quod proprio nomine crassum nuncupatur. Dicit itaque Galen. in commen. ꝙ si Hippocr. accepisset in proprio significato corporis magnitudinem aphorismus verus non esset, quoniam ea in senectute ipsa paruitate deterior est, etenim virtutem validam in senectute ferre posse indicat: neque etiam per magnitudinem crassitudinem intelligere possumus, quandoquidem licet senibus deterior sit atq; inutilior, nõ tamen decens est, hoc est decora, & iuuentuti liberalis, hoc est innoxia, reliquitur intelligendum esse de sola longitudine, quæ iuuentæ quidem decens sit, & liberalis: senescentibus verò, qui hac gibbi fiunt, cum vix onus ferre queant, inu-

6. contin. cap. 4. tilis, & paruitate deterior. Rasis hunc recitat aphorismum, Galenique expositionem, mox suã subdit, sed existimo, quod est de corpore pingui. Dices, videtur, quod aphorismus hic medicis nullam præstet vtilitatem, dicebat nanque Gal. in principio de opt. hær. vnumquodque medicinalium theorematum, & in vniuersum theorema omne primo quidem verum sit oportet, demũ vtile, postremo assequutiuum ad principia supposita: ex his nanque tribus sanum theorema diiudicatur, & si quid prædictorum non aderit, neque theorema iure dicendum erit: quod autem vtilitatem non præstet, satis liquet, quoniam nec eo sanitas conseruatur, nec aliqua curatur ægritudo, nec quicquam necessarium ad illa duo habetur. Dicendum est, quòd præstat quidem vtilitatem, qui enim talem magnitudinem in senibus qua gibbi fiunt, deteriorẽ esse nõ ignorant, euitant causas, quæ gibbositatem inducunt, vtpote ponderum grauium lationem, superfluum coitum, & quæcunque neruos & musculos imbecillos reddunt.

Finis expositionis super secundam aphorismorum particulam Hippocra.

RERVM ET NOTABILIVM QVÆ IN TOTO HOC OPERE CONTINENTVR

Index copiosissimus.

Acuti

que

artis

Cali.

Cauſa

Corpus

Extenuatio

Inæqualis

Infrigidatio

Loca

metho-

Olera

principio

Sanitas

Suppu-

ne

Vinorum

vomi-

FINIS TABVLÆ.

